FLORES THEOLOGICAE



FLORES

THEOLOGICARVM QVAESTIONVM,

In Quartum Librum Sententiarum.

COLLECTI, DENVOQVE, POST varias æditiones selecti, & vtilissimè aucti a R. P. F. Iosepho Angles Valentino,

Ordinis Minorum regularis obseruantiæ, Prouinciæ sancti Iacobi, sacræ Theologiæ professore.

PARS PRIMA.

Ad Perillustrem, & Reuerend. D. D. Petrum Triuisanum Abbatem dignissimum.

Quæ addita sunt sequens pagina indicabit.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS,
Ex Officina Damiani Zenarij. 1586.



CANDIDO LECTORI.

Appositi sunt prioribus æditionibus: tractatus tres vtilissimi nempe de Oratione, Ieiunio, & Eleemosina, & Difficultates aliquot notatu dignissimæ una cum Indice Alphabetico locupletissimo, quæ omnia reperies in calce totius operis.

13895/1-2

3 a 1985

PERILLVSTRI. ET REVERENDISS. D. D. PETRO TRIVISANO ABBATI DIGNISSIMO.

Felicianus Berardus Sacræ Theologiæ Doctor. S. D.



IRVM est Petre Triuisane, & explicatu difficile, quàm multa, eademque grauia Protoplastorum nostrorum peccatum humano generi attulerit incommoda: nam præter illa, quæ ipsemet Deus eis prædixit. Homini quidem. Maledicta terra in opere tuo, In laboribus comedes ex ea omnibus diebus uitæ tuæ, spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: In sudore uultus tui uesceris pane tuo, &c. Mulieri uero. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos; In dolore paries filios, sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui: sunt & alia tanto quidem maiora, quantum corpori præstat anima: hæc etenim sunt corporis damna, calamitates, & erumnæ, sed quæ nunc dicturus sum animæ sunt uulnera, imo potius ulcera lachrimis omnium deploranda: qualia namque uulnera sunt illa, quæ a sacris Theologis recensentur, infirmitas, ignoran-

tia, malitia, & concupiscentia? nonne hæc in omne uitiorum, ac scelerum genus hominem præcipitem dederunt? nec ad uulnera tanti momenti curanda apta erant quorumcunque, uel præstantissimorum Medicorum pharmaca, imo neque genus humanum uniuersum medicinam sufficientem illis unquam adhibere potuisset Nam satisfactio debet æqualis esse culpæ: at culpa a primis parentibus commissa erat infinita: quomodo igitur actiones humanæ, quæ omnes suis terminis, ac finibus sunt circunscriptæ, illi potuissent æquari? & quamuis ista infinitas (ut ita loquar) peccati orta fuerit ratione obiecti offensi, qui est Deus ipse immensus, ac infinitus; & in idem obiectum tendat etiam satisfactiones nostræ, unde uideretur forte alicui, quod hac ratione culpa, & satisfactio sibi inuicem corresponderent, tamen (ut bene animaduerterunt) sacri Theologi, alia ratio est offensæ, alia satisfactionis: Offensæ enim grauitas ab obiecto offenso: satisfactionis uero pondus, ac ualor ex subiecto satisfaciente uim habent: Nulla itaque humana actio protoplastrorum nostrorum crimen compensare potuisset, nisi cœlestis ille medicus Christus Iesus, (quæ sua bonitas est, & clementia) uerum nobis attulisset medicamentum: nam præterquam quod ipsemet carnem assumens, labores que innumeros, ac crucis mortem patiens pro nobis cumulatissime satisfecerit, reliquit præterea septem ecclesiæ sacramenta, quæ essent uelut instrumenta quædam, quibus nobismet ipsis passionis

nis suæ meritum applicare, & uulnera tanquam a primo parẽte hæreditaria curare possemus. De horum sacramentorum dignitate, institutione, causa, effectu, & necessitate plures conscripti sunt libri, inter quos celebris est ille Petri Lõbardi, qui dicitur Quartus Magistri sent. sed quoniam (ut prouerbio fertur) dum breuis esse cupio obscurus fio, doctissimus, ac idem sanctissimus uir dum breuitati studuit, obscuritatẽ non paruam genera uit, quam postea disertissimi Theologi doctissimis cõmentarijs, & clarissimis dilucidationib. e medio tollere conati sunt: & inter alios magna laude dignus uidetur Perreuerendus P. Ioseph Angles Franciscanæ familiæ: & Hispan. simul decus, et ornamentum singulare, qui Flores hos Theo. quæstio. elegit, atq. selegit, quibus non solum ipsi Petro Lombardo magnum lumen attulit, sed difficiliora in hac materia dubia tanta cum facilitate enucleauit, ut merito isti sui labores maximo in pretio apud omnes habeantur. Noui ego de facie, & allocutus sum sæpe uirum istum doctissimum cum Rom. an. 1577. degerem, quo tempore ipse rursus Flores suos Theol. in iiij sent. cum noua additione imprimendos curabat, & sicut tunc author ipsi fui, ut indies huic operi aliquid addere eniteretur, ita nũc gauisus sum summopere, eum illud Hispan. rursus impressum, & tribus Tract. De Oratione. s. Ieiunio, & Eleemosina, ac multis, ijsdemq. doctissimis difficultatib. actum uidi, curauiq. ut cum istis additionibus Venetijs etiam imprimeretur, quod

impressum D.T. Reuerendiss. mittere uolui, ut cũ iuris, legumque peritia sacramentorum cognitionem coniungas, ex qua quidem cognitione non solum utilitatem maximam, sed uoluptatem, ac delectationem D.T. Reuerendiss. percipiet incredibilem. Vale, meque, ut soles ama. Venetijs die 16. Iunij 1586.

LICENTIA REVERENDISSIMI Patris Generalis totius Ordinis Minorum.



Frater Christophorus a capite fontiũ totius ordinis Minorum regularis obseruantiæ generalis Minister,& seruus, dilecto nobis in Christo,ac uenerando admodum Patri fratri Iosepho Angles eiusdem ordinis,sacrarum literarum professori, & prælectori eruditissimo Prouinciæ Valentiæ, salutem in Domino sempiternam. Cum nuper nobis relatum sit, te quoddam opus,cui titulum prætulisti,Flores Theologicarum Quæst. super quartum librum sententiarum Magistri,summis vigilijs & laboribus ad iuuandam Rempublicam christianam conscripsisse:cumque obnixius,& impensius a nobis petieris, ut tibi liceret illud typis mandare;eam ob rem opus ipsum maximæ frugis studiosæ iuuentuti fore,atque ad Sacræ Theologiæ isagogen,sine qua nullus sacræ Scripturæ sensa, & mistyca arcana penetrare potest,facilem uiam, & methodum demonstraturum esse,rati cum benedictione paterna,atque ad salutaris obedientiæ meritum, tibi liberam impertimur facultatem,dictos Flores Theologicarum Quæst.(modo sacræ Inquisitionis officio id consultum uisum fuerit) excudendi, atque omnia,quæ ad hoc opus imprimendum spectant,libere exequendi,nemine nobis inferiori impedimentum ponẽte, aut contradicente. Vale in Domino,eundem pro nobis oraturus. Dat. in nostro conuentu Hispalensi,Nonis Maij,Anno Dom. 1573.

Fr. Christophorus,qui superius propria manu.

APPROBATIO D. RECTORIS, & Doctorum Vniuersitatis Complutensis.



Oannes Ramirez in Sacratissima Theologia doctor, insignis collegij, & uniuersitatis Complutensis Rector, librum, quem F. Iosephus Angles instituti D. Francisci composuit; & Flores Theologicarum quæstionum inscribitur, quem Regius Aragoniæ Senatus ad hanc Complutensem Academiam misit, ut inspiceret, dignus ne sit, qui prelo mandetur: ex mea commissione legerunt, atque inspexerunt diligenter Didacus Lopez, Gaspar Cardillus Villalpandeus, Franciscus Ximenius, Ioannes Ruiz, Franciscus Munnoz, Nicolaus de Palacios, doctores Theologi, eodem autem inspecto, atque examinato summa cura, & diligẽtia, cum simul essent apud me, omnes retulerunt in eo libro nihil omnino reperiri, quod fidei, religioni, Christianæ Reipub. aut bonis moribus sit contrarium, sed utilem admodum esse ad iuuanda, & promouenda Theologiæ studia: tum propter res, quæ in eo explicantur, tum etiam propter stylum, quo res tractatæ sunt. Quamobrem dignum esse iudicauerunt, qui typis mandatus, in uulgus prodeat, ut ad plures ex eius libri lectione utilitas peruenire possit, in cuius rei fidem has literas dedi propria subscriptas manu, Academiæ sigillo. Compluti in Collegio nostro, die ij. Mensis Augusti. Anno Dom. M D L X X I I I.

Door Ramirez
Rector

Alphonsus de
Laserna Not.

APPRO-

APPROBATIO ADMODVM REVERENDI & doctissimi P.F. Michaelis Carranca, Sacræ Theologiæ D. & Sanctæ Inquisitionis Valentiæ consultoris, & calificatoris.



EGO F. Michael Carranca Sacræ Theologiæ D. ac in conuentu Carmelitarũ eiusdem Theologiæ immeritus interpres, & Lector, necnó ab Ill. & Reuer. D. D. Ioãne a Ribera, Dei & Apostolicæ sedis gratia Patriarca Antiochię, Archiepiscopo Valentino, & S. C. R. M. Consiliario, librorum imprimẽdorum in prędicta ciuitate, & regno examinator specialiter deputatus, uidi, & diligentissime perlegi primam partem cuiusdam libri, Flores Theologicarum Quæst. in iiij. lib. sententiarum, nuncupati, authore admodum R. P. F. Ioseph o Angles ordinis Seraphici D. Francisci, utriusque Philosophiæ, et sacræ Theologiæ eximio professore, & prouinciæ Sardiniæ sui ordinis commissario generali, omni scientiarum, & uirtutum genere ornatissimo. In quo quidem libro nihil est meo iudicio, quod cum sacræ Scripturæ, fidei sanctionibus, & S. R. E. dogmatibus, uel cum bonis moribus, pugnare uideatur; nec denique, quod utramque potestatem, Ecclesiasticam. s. aut ciuilem mordicus lædat; quin potius tanti uiri acumen ingenij, docendi dexteritatem, scribendi facilitatem, sermonis, prout res ipsa patitur elegantiam, rerum abditarum interpretandi subtilitatẽ, & in eligendis, & seligendis Sanctorum doctorum floribus, instar apis argumento sæ innatam prudentiam, & in christianam Rempub. in Deum summam animi charitatem, & pietatem contemplatus, merito imprimendum, manibusq. sapientiam circumferendum, et euulgandum censeo. In quorũ fidem, hoc publicum meæ examinationis, et approbationis instrumentum manu propria subsignatum exhibui. Dat. in præfato conuentu Carmelitarum Valentiæ, xiiij. Ian. Anno Dom. M D LXXIIII.

F. Michael Carranca.

APPRO-

APPROBATIO REVERENDI ADMODVM & eruditissimi P.F. Ioannis Baptistæ Burgos Sacræ Theologiæ, & iuris Canonici eximij D. & Sanctæ Inquisitionis Valentiæ consultoris, & calificatoris.



EGO Fr. Ioannes Baptista Burgos, Augustinianus, sacræ Theologiæ, & iuris canonici doctor, ac in Academia Valentina publicus sacræ Theologiæ professor, necnon pro Illustriss. ac Reuerendiss. D.D. Ioanne de Ribera Patriarcha Antiocheno, & Archiepiscopo Valentino librorum imprimendorum examinator, & corrector, fidem facio uidisse me secundam partem libri, cui titulus est, Flores Theologicarum Quæst. in quartum librum sententiarum, quem ædidit admodum Reuer. P.F. Iosephus Angles ordinis S. Francisci de obseruantia, Sacræ Theologiæ Doctor, quo summa diligentia uiso per me, & examinato, fateor nihil in eo esse, quod non sit catholicum, utile, & absque ulla hæresis, aut alicuius erroris suspitione, & plane redolens authoris sui sanã Catholicam, & eximiam eruditionem, dignumque quod in manus omnium communemque utilitatem ueniat, ac typis excussum euulgetur, & in publicum prodeat. In quorum omnium fidem præsens publicum testimonium dedi manu mea scriptum ac subsignatum, Decima Quinta Ianuarij. Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto.

Fr. Io. Baptista Burgos.

NOS

NOS Don Franciſcus Perez, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia, Archiepiſcopus Calaritanus, & Epiſcopus Vnionum, prior S. Saturnini, primas Sardiniæ, & Corſicæ, ſuæque Sanctitatis uexillarius, & de cõſilio ſuæ Catholicæ Maieſtatis. Cunctis pateat euidenter, & ſit notum; Qualiter coram nobis comparuit Reuerẽdus admodum P. Fr. Ioſephus Angles, ſacræ Theologiæ profeſſor, & ordinis S. Franciſci de Obſeruantia in præſenti Sardiniæ Regno Commiſſarius Generalis, & exhibuit, atque uidendum nobis obtulit librum ab eo recompilatum, & compoſitum, inſcriptum, ſeu intitulatum, Flores Theologicarum Quæſtionum, iam antea viſum, recognitum, & approbatum ab inſigni Vniuerſitate Complutenſi de mandato Regii Conſilii Aragoniæ; necnon cum facultate, & licentia illum excudendi ab examinatoribus librorum imprimendorum ab Illuſtriſsimo,

mo, & Reuerendissimo D. Archiepisco
po Valentino deputatis, prout de ap-
probatione, & licentia nobis in publi-
ca forma constitit, obtenta. Et nobis
institit, quatenus licentiam, & facultа-
tem illum imprimendi in præsenti Ciui
tate, & Castro Calaris sibi concedere di
gnaremur. Quapropter præfati R. P.
tam iustis petitionibus annuere, & si-
mul publicæ utilitati consulere uolen-
tes, librum prædictum R. Antonio Mō-
tano Ecclesiæ nostræ Calaritanæ Cano
nico, & in sacra Pagina Doctori uisen-
dum, relegendum, recognoscendum,
ac nobis quid de eo sentiret, referen-
dum commisimus. Qui quidem R. An-
tonius Montanus priorem ipsius libri
partem sedulo recognouit, vidit, & rele
git, & cum originali a præfatis Exami-
natoribus, vt videre est, approbato, at-
que subscripto diligenter, fideliterque
contulit, & comprobauit: imo transum
pta, seu etiam impressa cum eodem ori-
ginali omnino concordare, & conueni

re

re nobis retulit; atque insuper nihil in eius priori parte, suo quidem iudicio, reperisse, quod Sacræ Scripturæ, sacrisque Canonibus, aut œcumenicis Conciliis, Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, & bonis moribus aduersetur. Ipsumque fore Christianæ Reipublicæ mirum in modum proficuum, ac salutarem, non solum eiusdem Sacræ Theologiæ studiosis, uerumetiam quibusuis Ecclesiasticis, atque animarum curam exercentibus. Quamobrem euulgandi, imprimendi, atque impressum eundem librum legendi, tenendi, ac transferendi absque alicuius pœnæ, uel censuræ incursu tenore præsentium licentiam, & facultatem in Domino concedimus, & elargimur.

In quorum fidem præsentes literas manu nostra signatas, & sigillo munitas ac per Notariũ, & Curiæ nostræ Secretarium infrascriptum referendas expediri iussimus, & mandauimus. Dat. Calari in nostrõ Archiepiscopali Palatio.

Die

Die XV. Mensis Iulii, Anno a Natiuitate Domini. M D LXXXV.

F. Archiepiscopus Calaritanus.

Sua admodum Illustris & Reuerendiss. D. mandauit mihi Augustino Sabbater Not. & Curiæ Archiepis. Calaritanæ Secretario.



Nimaduerte christiane lector in his floribus animum meum ingenuum in deligendis, & sequẽdis opinionibus, atque sententiis. Aliquando enim a communi doctrina S. Thomę, & D. Bona ue nturæ uideor discedere. Nõ quod eam falsam, aut improbabilem existimem; sed ut aliorum scolasticorum doctorum sentẽtiam haud falsam imo aliquando sequendam esse demonstrem, uariis hinc, inde iactis fundamentis. Noui namque D. Thomam, Dominicanæ familiæ singulare ornamentum, cum quatuor ecclesiæ sanctæ doctorib. a sanctissimo P.V. quintum doctorem fuisse connumeratum, ac proinde eius doctrinam sanam, & Catholicam, & tuto sequendam. Noui etiam D. Bonauenturam sanctæ Romanæ Ecclesiæ olim Cardinalem, Episcopum Albanensem, ex nostro Seraphico ordine desumptum in suis sententiis, & piis perinde, ac doctissimis scriptis Seraphicũ ab omnibus christiani nominis, & sacræ Scripturæ professoribus passim, & in dies uocitatum. Vtrumq. deniq. noui diuino pollentem spiritu. Sacræ matris Ecclesiæ Sydus fulgentissimum omni adoratione, & ueneratione, & obseruatione, pro sua sanctitate dignum. Verum enimuero noui quoque Deum Optimum Maximum suas ueritates, & occultissimos suæ mentis conceptus aliquando per doctores, quamuis sanctorum numero non ascriptos declarasse. Hinc mihi permissũ intellexi Alexandri, Scoti, Ricardi, & aliorũ meæ

familiæ doctorum sententiam ueram sequi, susci
pere, ac uenerari (veritas enim a quo cunque pro
lata Spiritus sancti est) ut sicut Deus ostenditur
admirabilis in sanctis suis, ostendatur quoque ad
mirandus in doctoribus suis, quos hactenus Ec-
clesia ipsius sponsa, tanquam amicos sponsi fide-
les amplexata est, suis honoribus, titulis, & digni
tatibus extollendo.

Præterea ubicunque Alex. Alen. S. Tho. & reli-
qui Docto. citantur, & liber, in quo de quæstione
proposita disputant, prætermittitur, intellige, vel
in 4. par. Alex. Alen. aut in 3. par. S. Tho. siue in 4.
lib. sent. talem locum contineri: nam si alterius li
bri locus citatur, ibidem liber exprimitur.

FLORES

QVAESTIONVM DE SACRAMENTIS IN GENERE.

QVAESTIO PRIMA DE HIS, QVAE AD essentiam Sacramenti pertinent.

Alex. Alen. in 4. p.q.1.m.1.

Art. I. De definitione Sacramenti.

VARIAE à doctoribus, & exactæ Sacramenti definitiones afferuntur, qualis illa est D. Augustini, scilicet, in quo sub tegumento rerum sensibilium, diuina uirtus secretius operatur, & refertur. 1.q.1.canon.multi, & illa eiusdem B. Augustini, & magistri, inuisibilis gratiæ uisibilis forma. ita ut imaginem gerat & causa existat.

S.Tho.3. p.q.60. Doct.d.j. 4.li.Ric. art.1.Sc. q.2.Duran.q.1. & Gabr. q.1.mag. dist.1.

Et illa Hugonis, materiale, siue sensibile elementum, foris propositum ex institutione diuina significans, & ex sanctificatione spirituale gratiam continens.

Lib.1.de Sacr.p.j. cap.

Et illa B. Thomæ? signum gratiæ sanctificantis, his omnibus tamen perfectior esse uidetur, quæ in sequenti conclusione continetur.

Flo. Theo. q. super 4. lib. sent.

3.p.q.60 artic.1.

CONCLVSIO.

SACRAMENTVM est signum sensibile, gratiam Dei, uel gratuitum effectum, ex institutione diuina efficaciter significans, ad salutem hominis uiatoris ordinatum. singulas partes breui declaremus. primum, signum sensibile nominatur, gratiam Dei efficaciter significans; quia præter speciem quam ingerit sensibus, significat gratiam tunc recipienti Sacramentum exhiberi; idque efficaciter, quia fides Catholica docet. Posito, uerbi gratia, baptismi Sacramento, tunc baptizato, nisi ponat obicem gratiam dari: ut habetur apud D. Marcum, qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, hinc signum practicum nominatur; deinde additur in definitione, uel gratuitum effectum: propter Hostiam consecratam, quæ est Sacramentum, quia per illam, tanquam per certam cæremoniam Deum colimus, & adoramus, atque hęc non signi-

Scot. est dist.1.q. Augustin. 2.de doc. Christiana. Mar.ult.

ficat gratiam inhærentem: non enim illa datur: nisi quando Hostia recipitur: sed significat gratuitum Dei effectum, id est, Christum Iesum, & eius sanctissimam passionem iuxta illud Lucæ, Hoc facite in meam commemorationem, præterea ponitur ex institutione &c. quia non natura: ut fumus ignem, ablutio, uerbi gratia exterius facta, ablutionem animę interiorem per gratiam a peccatis significaret, nisi Christus Dominus ita constituisset: tandem ad salutem hominis uiatoris &c. qua particula & sacramenti necessitas, & finis institutionis eiusdēs qui est nostra institificatio, declaratur.

Lucæ. 22.

Vide S. Th. ubi supra art. 6. 7. Homil. 8. super Ioan. & habetur. Cano detrahe. 1. q. 1.

Artic. II. An determinata materia, & forma sint de essentia cuiuscunque Sacramenti?

CONCL. I.

Omnia sacramenta nouæ legis ex rebus tanquam materia, & ex uerbis tanquam forma, constant; definita est in Concil. Flor. sub Eugenio IIII. & patet ex B. Augustino dicente, accedit uerbum ad elementum & fit Sacramentum.

CONCL. II.

Ita est in unoquoque Sacramento determinata materia & forma, ut sub alia materia, uel forma non possit Sacramentum confici. Ratio est, quia solus Deus, qui potest gratiam conferre, potest materiam, & formam, ex quibus Sacramentum, quod est gratiæ signum, constat, instituere. Hinc collige in oleo lineaceo, quamuis in aliquibus effectis dum oleo oliuarum conueniat, non licere confirmationis, aut extremæ Vnctionis sacramentum conficere.

Appen.

CONCL. III.

Res in unoquoque sacramento dicitur materia, & uerba forma. Ratio est; quia quemadmodum materia ex se est indeterminata ad plures formas, determinatur uero ad certam speciē per certam formam: ita etiam res sensibiles in unoquoque sacramento sunt indeterminatæ ad significandum plura: determinatur uero per uerba ad significandum gratiam uel gratuitū effectum. Hoc autem fiet perspicuum, si inductione singulorū sacramentorum utaris: ut exempli gratia, in Baptismo ablutio multa significat. Nam potest quis seipsum abluere ut lauet se, & refrigeret: restringitur uero ad significandam ablutionē sordium peccatorum per formam, Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & in Sacramento Pœnitentię confessio, & reliqui actus pœnitentis, qui sunt quasi materia; possunt diuersimode fieri, & restringuntur per formam &c. Cau. Dar. qui tenet contra primam, & secundam conclusionem,

quæst. 3. dist. 1. Dar. an. Cazen.

nem, Matrimonium non constare rebus: sed uerbis tantum. Contra Concil. Flor. uerum quia fuit illo Concilio antiquior, non est crimine notandus, sed cauendus.

Scotus accusatur, sed falso quod dixerit, Sacramentum Pœnitentiæ non constare ex rebus, uel materia. Verum infra q. 1. de pœnitentia liberatur, & quid senserit declaratur. *dist. 14. infra.*

Art. 3. An liceat Sacramentorum formas uariare.

CONCL. I.

Quando uariatur forma in terminos Synonimos, dummodo non uarietur sensus, manet sufficiens forma, & uerum conficitur Sacramentum; ut si quis Hispane dicat, *este es mi cuerpo*, aut mixto idiomate, hoc est, *mi cuerpo* & ratio est, quia, quotiescunque seruatur idem sensus orationis, quamuis nomina uarientur, sufficiens Sacramenti forma seruatur.

CONCL. II.

Si aliqua Respublica imponeret noua rebus nomina, quæ essent cum formis Sacramentorum consuetis Synonyma, liceret cum illis sacramenta conficere: ut si statueret; ut A. significaret Patrem. B. Filium. C. Spiritum Sanctum, liceret tunc baptizando dicere, Ego te baptizo nomine A, B, C. Ratio est, quia seruatur idem orationis sensus: sunt enim termini illi ex impositione Synonymi cum uerbis formæ consuetæ.

CONCL. III.

Quando termini idem significant ex accomodatione usus, licet ex loquendi consuetudine, remanet sufficiens forma; ut si quis regem absoluens dicat, ego absoluo maiestatem uestrã. Ratio est eadem quæ superioris conclusionis, esset tamen ridiculus, qui hac forma uteretur, idem iudicium est de figurata locutione, ut in consecratione Calicis, Hic est enim Calix &c. ubi continens pro contento sumitur. *Soto. dist. 1. q. 1. artic. 8.*

CONCL. IIII.

Quotiescunque per terminorum mutationes pœnes augmẽtum, uel diminutionem siue interpositionem consuetę formæ sensus non uariatur, uerum Sacramentũ conficitur. Propterea quod cum obseruetur idem orationis sensus, forma sufficiẽs obseruatur, unde sub hac forma, Baptizo te, in nomine Patris omnipotentis, & Filij sapientis, & Spiritus Sancti diligentis, verũ fit Sacramentũ; quia istæ additiones non mutant formæ cõsuetæ sensum; item sub hac, hoc est corpus meũ, quia detractio particulæ, enim, non mutat sensũ &c. Et tandem si intercapedo temporis, aut alicuius orationis interpositio fuerit adeo breuis ut non discontinuet intentionem, uel sensum, uel communẽ

concipiendi usum, Sacramentum conficietur: ut si sacerdos dicat, Ego te baptizo (*alumbra mochacho*) in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti amen.

CONCL. V.

Quando fit mutatio in fine tantum terminorum, non autē in principio, & non animo inducendi errorem, sed ex imperitia sermonis, uel ex defectu linguæ, sufficiens forma non mutatur. patet; quia seruatur formæ consuetę sensus, qui non seruaretur, si in principio fieret mutatio, ut si loco patris diceretur matris, & confirmatur ex Cano. Retulerunt. de consec. distin. 4. de eo, qui baptizabat in nomine patrias &c. Vbi respondet Zacharias Papa, uerum fuisse collatum baptismum; quia ex accōmodatione usus, uerba corrupta, & integra idē signāt.

CONCL. VI.

Qui ex industria corrumperet fines terminorum dicens, Ego te baptizo, in nomine patris &c. Vere conficeret Sacramentum, & ratio est, quia quotiescunque minister seruat sufficientem formam cum animo faciendi, quod facit Ecclesia, & Christus faciendum instituit, uere conficit, & qui ex industria corrumpit fines terminorum, ita se habet, uere igitur conficit: seruatur enim idem orationis sensus, nam balbutientes in ecmædijs ex industria non mutant orationis sensum. eundem quidem concipiunt sensum ex accommodatione usus, audientes uerba integra, atque corrupta.

CONCL. VII.

Quando transpositis terminis seruatur sensus formæ consuetę, uerum conficitur Sacramentum, quoniam seruatur forma sufficiens cum formæ consuetę sensus retineatur, exemplū reperies. q. 1. de Eucharistia.

Prima difficultas. An qui prætermittæ forma cōsueta, utitur sufficienti, mortaliter peccet.

Respondeo per duas propositiones. Prima propositio in casu primæ, secundæ, tertię, quartę, quintæ, & septimæ conclusionis, peccat tantum uenialiter. Probatur, quia quando charitas Dei, uel proximi non uiolatur, Mor. peccatum non committitur; hic autem charitas Dei non uiolatur. quia non agitur contra præceptum primæ tabulę, cum seruetur formæ sensus a Christo institutę, nec contra præceptum secundę tabulę, neque enim proximus læditur: cum uerum recipiat Sacramentum, neque enim fit sacramento iniuria: quare peccabit tantum uenialiter, dummodo alias uel ex contemptu, uel ratione scandali, non fieret mortale.

Se-

Secunda propositio circa sextam conclusionem de sententia D. Thomæ, qui tenet non confici Sacramentum, ex industria corrumpens uerba, Mor. peccat, & baptismus de sententia eiusdem est sub conditione reiterandus. Quod peccet mortaliter, patet, quia secundum illam opinionem exponit se periculo Mor. peccandi, est tamen hæc propositio limitãda, nisi Minister sit Theologus, qui contrariã opinionẽ defendat. Quia tũc in nullo periculo constituitur, cũ non agat cõtra conscientiã, *Alexan. Alen. q. 13. m. 3. art. 3. S. Th. q. 60 art. 7. & 8. Doctores d. 3. D. Bona. q. 3. 1. p. dist. Ric. ar. 2. q. 3. Scot. & Dur. q. 2. Gab. q. unica ar. 1. S. Tho. est. Alex. Alen. q. 1. m. 2. par. 4. art. S. Th. q. 61. DD. dist. 1. D. Bonau. q. 1. Ricar. to. to art. 2. & 5. Sc. q. 3. Gab. q. 2. Magist. Vega cult. li. 7. super Concil. Trid. Dur. q. 2. ar. 3. In 3. sen. dist. 25.*

Secunda difficultas. An qui relicta forma consueta animo inducendi errorem, utitur sufficienti, uere conficiat.

Duæ sunt cõtrariæ opiniones, prima D. Thomæ, q. 60. art. 7. ad 3. & art. 8. contraria opinio est Palu. in 4. dist. 3. q. 1.

CONCL. I.

Qui non seruat consuetam formam, sed sufficienti utitur, cum intentione tamen faciẽdi quod Ecclesia præcipit, & Christus instituit, quamuis habeat animum inducendi errorem, nihilominus uerum conficit Sacramentum. Ratio est, quia formæ sacramentorum, & illorum ministri habent uirtutem ex institutione Christi, & non ab Ecclesia; unde si habeat animũ faciendi, quod Christus instituit &c. Et confirmatur exemplo Græcorum, qui conficiunt in fermentato, existimantes nos in azymo pane consecrantes errare.

CONCL. II.

Si minister habuerit animum iuducendi errorem in forma, dicendo in nomine patrias, &c. Volens innuere Deum habere filiam, non conficiet Sacramentum. Ratio est, quia forma tunc non est sufficiens, cum non habeat eundem sensum cum forma consueta, est etiam definita in Can. retulerunt, de consecr. dist. 4.

QVESTIO SECVNDA DE INSTITVtione Sacramentorum.

Art. I. An sacramentorum institutio fuerat ad salutem necessaria.

CONCLVSIO.

NOn fuit illorum institutio simpliciter necessaria. Ratio est, quia neque passio Christi Iesu, ex qua sacramenta habent uirtutem: ut est communis Theologorum sententia, fuit simpliciter necessaria: fuit tamen necessaria; quia conueniens ad nostram eruditionem. Hanc probant S. Thomas. & Doctores multis rationibus congruentibus.

Art. 2. An in statu innocentiæ fuerit aliquod sacramentum necessarium?

Communis est Doctorum sententia de hac re: uerum Alex. & Duran. arbitrantur, quod si in statu innocentiæ homines peccassent, tenerentur aliqua sacrificia ad fidem sanctissimæ Trinitatis protestandam offerre.

CONCL. I.

In statu innocentię nullum fuisset Sacramentum proprie dictum necessarium, quia tale sacramentum est medicina contra morbum, & cum ibi nullus fuisset morbus, nulla profecto opus esset medicina, Dicit enim Christus Redemptor noster. non est opus ualentibus medicus, sed male habentibus. *Matth. 9.*

CONCL. II.

In illo statu nullum fuisset, si homines non cecidissent, sacrificium. Primum enim, nō opus esset illo ad exteriorem fidei protestationem, quia satis fuisset uerbotenus illam protestari. Secundo neque ad distinctionem religionis. quia tūc unus fuisset Dei cultus in toto terrarum orbe. Tertio, neque ad redimē dam pœnam temporalem peccatis debitam. Quia in illo statu nulla fuisset culpa; Vltimo neque ad scientiam Dei comparandam: ut Deo debitum honorem exhibere discerent, nam ut Magister sententiarum ait; homo in illo statu sine medio uidebat Deum, id est non indigebat creaturis ad creatoris notitiam inuestigandam, per diuinam siquidem reuelationem illam habebat, non enim plures causæ institutionis reperiuntur. *distin. 1.*

Art. 3. An in statu legis naturæ fuerit aliquod sacramentum proprie dictum?

Tres sunt circa hunc articulū opiniones. prima est S. Tho. qui utramq. partem probabilem esse iudicat. *3.p.q.70 artic.4.*

Secunda Ricardi, qui defendit sola fide parē tum, nullo exterius adhibito signo, homines tunc a peccato purgari. *per tres q. in 4.d. 1.q.3.*

Tertia Scoti, cui subscripsit Gabriel, hi affirmāt ibi fuisse aliquod sacramētū proprie dictū, idem tenuit Alex. 4.p.q.2. & 5. *& 4.Ga.d. 1.q.2.ar. 3. & Palud.q. 5.art. 5.*

CONCL. I.

In lege naturæ fuit aliquod sacramentum proprie dictum, quo paruulis originale peccatum remittebatur. Cōstat multis rationibus, nam primum erat tunc sacerdotium Melchisedech, quod non fuit in aliqua lege institutum, nisi ad sacramentorum administrationem, deinde fœminę tempore legis scriptæ a peccato originali per aliquod sacramentum legis naturæ liberabantur. Præterea ubi est morbus debet esse aliqua medicina, tandem erant tunc fideles ab infidelibus separati: quam

obrem

obrem indigebāt sacramēto sensibili, iuxta sententiam D. Aug. dicentis, in nullum nomen religionis, siue uerum, siue falsum coadunari homines possunt, quin aliquorū signorum uel sacramentorum sensibilium consortio colligantur. *Gen. 6. & 24. & 27. & Deu. c. 7.*

Hinc colligitur solā fidem interiorem adultorum non satis fuisse paruulis, tunc ad salutem. Ratio est, quia cum esset opus sacramento, & sacramentum sit signum sensibile, necesse erat fidem aliquo signo exteriori protestari. Dicit enim D Paulus, corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutē. *Lib. 19. contra Faustum cap. 11. Appē. 1. Rom. 10.*

CONCL. II.

Sacramētum legis naturæ, originale peccatum paruulorum delens, non erat aliquod sacrificium, sed fides uerbo, uel facto aliquo protestata. patet ijsdem rationibus, quibus confirmata est Appendix & concl. 1. nam quando D. Greg. dicit, solam fidem, (ut refertur de consecr. dist. 4. Can. Quod apud nos) esse remedium pro paruulis, intelligitur pro fidei confessione uerbo tantum facta, uel facto aliquo protestata, non autem pro solo actu interiori credendi. *Vide Sc. q. 2. ubi supra.*

CONCL. III.

Huius sacramenti non erat definita uerborum forma sed præcipiebatur tātū ut super paruulū uerbo, aut facto fides mediatoris futuri inuocaretur, fortassis in hunc modum: futurus mediator te saluet. Perspicua est concl. illius enim Sacra scriptura meminisset, sicut & circūcisionis mentionem fecit, quæ tempore eiusdem legis fuerat tradita Abrahæ, quod autem fides, mediatoris (ut dictum est) esset necessaria, constat aperte quia peccata nunquam fuerunt dimissa, nisi propter merita unius mediatoris, unde Iob, scio, quod Redemptor meus viuit, &c. quo loco fidem unius mediatoris habuisse declarat. *Iob. c. 19. Appē. 2.*

Hinc in lege naturali nō sufficiebat actus alicuius infidelis intendentis facere super paruulum, quod fidelium congregatio faciebat. Ratio est ex 4. concl. De prompta, quia cum illius sacramenti non esset definita uerborum forma; sed actus fidei interioris, talem fidem exterius explicans, & infidelis interiorē fidem non haberet, non poterat exteriori actu, uerbo scilicet, aut facto fidem, siue actum, quem non habebat, uera explicare. hic, aduerbium, uere, nota diligenter.

CONCL. IIII.

Adulti in lege naturali uirtute sacrificiorum iustificabantur. Constat ex Can. quod apud nos, proxime citato; erat nihilominus necessaria fides mediatoris, ad Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem. &c. Erat quoque *Rom. 3.*

necessaria pœnitentia; quia confessio erat in lege naturali, tandem confirmatur Iob 1. Qui singulis diebus offerebat sacrificium pro filijs dicens, ne forte peccauerint filij mei &c.

Iob 1.

CONCL. V.

Scoti est Dur. & Palud.

Adulti in lege naturali habebant sacrificandi præceptum. Ratio est, quia remedium contra peccatum fuit sub præcepto: ut est modo baptismus atque pœnitentia, & sacrificia erant in illa lege remedium contra peccata: ut ex Canone quod apud nos B. Grego. constat.

Appē. 3.

Falso colligitur a Magistro Soto, ubi supra contra Scotum ex illius solutione non esse discrimen inter remedium paruulorum, & adultorum, contra D. Grego. nunquam enim Scot. dixit, fidem sacrificio protestatam, sed uerbotenus, unde maximum discrimen inter utrumq. remedium constituit, quod erit legenti Scotum facile perspicuum.

Sco. de fenditur.

Appē. 4.

2.2.q.2. art.7.

Hinc intelliges quoq. illud præceptum non scriptura, sed per traditionē a parentibus in filios fluxisse; quemadmodum de præcepto fidei unius mediatoris, quod erat necessarium ad salutem, nulla scriptura habebatur: ut D. Thom. docet, Dices, non potuit sine scriptura esse idem apud omnes, ergo uel erat scriptum, uel non erat sacramentum. Respondeo, erat idem secūdum actum interiorem fidei unius medietatoris: nō autem secundum actum exteriorem; quia non erat traditum hoc sacramentum sub certa forma, & confirmo ex sententia D. Tho. nam sicut ille docet. Solo instinctu interiori tunc mouebantur ad eligendas res, pro remedio adultorum, id est, pro sacrificio; ita a simili eodem instinctu ad eligendum actū exteriorem ad fidem pro paruulis manifestandam, moueri, tūc manifestum.

QVESTIO TERTIA DE CAVSALItate Gratiæ.

DD. d. 1. D. Bona. q. 4. 2. p. Ricar. ar. 4. q. 1. Durā. q. 4. Castro V. Bart. hæres. 3.

Art. 1. An sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ?

CONCLVSIO.

DE fide tenendum est, sacramentum nouæ legis causam esse gratiæ: est enim definita in Conc. Flor. sub Eugeno 4. his uerbis. Sacramenta nouæ legis continent gratiam, & eam digne suscipientibus conferunt: & in Conc. Trident. cap. 5. in præfat. Sessio. 5. & 7. Cano. 6. 7. 8. ubi Anathemate ferium tur, hanc Catholicam ueritatem negantes.

I. Diffic. Quomodo sacramenta sint causa gratiæ?

Variæ sunt de hac difficultate opiniones, quæ illam difficilem admodum reddunt. 1. est Alex. Alen. quæst. 8. num. 3. art. 5. & q. 19. m. 2. cui adhæsit D. Th. in 4. sent. d. j. qõ. j. art. 4. hi Doctores tenent esse sacramenta, instrumentalem gratiæ causam; quia quandam qualitatem efficiunt in anima, per quam disponitur ad gratiam suscipiendam, quam dispositionem in sacramentis characterem imprimentibus, dicunt esse characterem; in alijs vero quendam animæ ornatum.

Secunda opi. dicit sacramẽta efficere gratiam; ita ut sint causæ morales gratiæ: quia in illis applicantur nobis merita Christi, quæ sunt causæ gratiæ; hanc defendit Mag. Cano. in prælectione de sacramẽtis in genere, 4. p. quam dicit esse d. Th. multis in locis, quæ ibidem citat.

Tertia opi. est Sco. d. j. q. 4. dicentis, sacramenta gratiam efficere, ita q̃ se habeãt, sicut effectus priores destinati, ad effectus posteriores. s. ad gratiam, nam sicut notitia dicitur efficere volitionem. quia ad uolitionem præsupponitur (nihil. n. uolitum quin præcognitum;) ita sacramenta dicuntur gratiam efficere: quia ex lege diuina ad illam præsupponuntur.

Quarta opi. est Gab. d. j. q. j. s. quod sacramenta causant gratiam; sicut causę naturales suos effectus, cuius ratio nititur huic propositioni. s. causam secundam producere suum effectum, nihil aliud est, quam Deum talem effectum producere ad præsentiam illius causæ, quę quidem uidetur contra fidem: quia si operationes nostræ uoluntatis nõ producuntur ab illa, sed a Deo, uoluntate tamen nostra præsente, contra iustitiam profecto faceret Deus, puniendo peccata nostra, quæ ipse, nobis præsentibus ti facit.

Quinta opi. est Mag. Soto d. i. q. 3. ar. i. 4. asserentis sacramenta causare gratiam mediate, & consecutiue.

CONCL. I.

Sacramenta possunt quodammodo morales causæ gratiæ appellari: nam moralis causa est, quæ mouet efficientem mediãte aliquo obsequio, & sacramenta mouent quidem Deum Opti. Max. mediante Christi Iesu obsequio, ad conferendam nobis gratiam.

CONCL. II.

Sacramenta possunt quoque suo modo causæ, sine quibus, te, susceptis, sacramentalis gratia non confertur, nominari, nã per sacramenta: confertur gratia ex opere operato; quare nisi re ipsa suscipiantur, non dabitur talis gratia, atque ita erũt cau

sæ

sa sine quibus non re, s. susceptis cõfertur gratia sacramentalis.

Appen. Hinc sequitur, sacramenta, ut in 1. & 2. conc considerantur, non mereri nomen causæ instrumentalis. Tum quia causa moralis non est ens reale, quēadmodum instrumentalis causa. Tum etiam, quia causa sine qua non præsupponitur ad effectum, & non operatur illud, ut apertio fenestrę præsupponitur ad introductionem luminis, at uero causa instrumentalis producit effectum.

CONCL. III.

Sacramenta sunt instrumentalis causa gratiæ, quia illam super naturaliter efficiunt, eo modo quo instrumentalis causa artificiose simul cum suo artifice, effectum producit. Constat ex proprietatibus instrumētalis causæ, nam per illam primam reddit Deus, qui est principalis causa, animas sibi similes. Confertur enim gratia, quia animę deificantur, & diuinæ naturę consortes efficiuntur. Secundo, quia non uirtute propria sed Dei meritorumq. Christi operantur, deferuntq. actionem Dei ad passum, nam sunt media inter Deum, & animam illa recipientem, & confirmatur authoritate Conc. Trident. Sessi. 6. ca. 7 ubi baptismus instrumentalis causa iustificationis nuncupatur.

Art. II. An possit creatura instrumentaliter creare vel ad creationem concurrere?

Hæc quæstio breui in præsentia explicatur? quoniam instituta est de causa gratiæ disputatio, Duæ sunt opiniones, una affirmans, Gab. d. 1. q. 2. ar. 3. du. 2. Alma. quem ibi citat, & Mag. Vega super Conc. Trid. lib. 7. cap. 13. Altera & communis est oppositа, de qua lege Alex. Alen. in 2. p. q. 6. m. 2. arti. 4. Mag. sent. in 4. d. 5. D. Tho. 1. p. q. 45. art. 5. Sco. in 4. d. 1 q. 1. Ricar. in 4. d. 5. q. 4. ar. 1. & in alijs locis, quæ ibi citantur. Alber. Mag. in 2. d. 1. art. 7. Duran. in 2. q. 1. d. 1.

CONCL. I.

Nulla creatura etiam per Dei omnipotentiam potest esse instrumentalis causa creationis, propterea quod, de ratione instrumenti est, ut agat circa aliquod passum, & prius natura quā principale agens, illud tangat, sitque medium inter principale agens & passum: quæ quidem in creatione cum fiat ex nihilo haud esse possunt.

CONCL. II.

Bene tamen potest esse causa sine qua non creationis, quia imperium diuinum, quod defertur ad nihil, id est, ad nullum subiectum, non utitur creatura tanquam instrumento.

Hinc

Appen.

Hinc sequitur; quod si Deus per orationes, & preces alicuius sancti crearet aliquam formã, tales preces non essent causæ instrumentales, sed morales, per rationem modo dictam.

Art. III. An sacramentalis gratia in nobis aliquem peculiarem effectum operetur.

CONCLVSIO.

Sacramentalis gratia, etsi a gratia gratum faciente non distinguatur specie; hẽt nihilominus peculiares effectus. Ratio est, quia Deus & natura nihil faciunt frustra atque ita frustra ponerentur plura sacramenta, si illorum non essent diuersi effectus. Quamobrem in unoquoque sacramento promittit Deus simul cum gratia peculiare auxilium ad illius sacramẽti effectum, ut in baptismo præstat Deus cum gratia peculiare auxilium ad reliqua sacramenta, digne susc ipienda: confirmatione, ad fidem publice confitendam, & contra inimicos Ecclesiæ defendendam in Eucharistia delectationem, & deuotionis augmentum: in confessione peculiare auxilium ad persistendum in gratia, ne in eadem, uel alia peccata pœnitẽs relabatur: in extrema Vnctione contra tentationes dæmonum, qui nos in desperationem ducere conantur, demum in matrimonio Deus Opt. Max. speciales auxilium ad superandas carnis concupiscentias concedit.

Alexan. Alẽ. q. 8. art. 2. §. i. D. Tho. q. 62 ar. 2. & DD. d. i. D. Bon. q. 6. ar. i. Ric. q. 4. ar. 4 Sco. d. 2. q. i.

Art. IIII. An sacramenta virtutem efficiendi gratiam a passione Christi Iesu habeant.

CONCLVSIO.

†Virtus quæ est in sacramentis conferendi gratiam, ex meritis passionis Christi Iesu emanat. Ratio est, quia gratia nulli data tur, nisi propter merita passionis Christi & confirmatur ex Gl ossa, super illud Rom. 5. in similitudinem præuaricantis Ad æ, ubi legitur ex latere Christi dormientis fluxisse sacramẽta, per quę saluata est Ecclesia.

†*Alexã. Alẽ. q. 8. n. 3. ar. 5 §. 5. 6. & 7. D. Tho. q. 62 ar. 3. 4. 5. d. Bon. d. i. ar. i. q. 3. & d. 3. ar ti. i. qõ. 2. Scot. d. i. q. 5. & d. 2. q. i. Rica. d. i. q. 3. arti. 4. Dur. d. i. q. 4. & 5. Gabr. di. 2. q. i. ar 3. dub. i*

Hinc colligitur sacramenta esse uasa, in quibus merita Christi deferuntur, & per quæ nobis applicantur, gratia quæ confertur, habita quidem ratione. non ad merita nostra, sed Christi, ex quibus uirtutem habere dicuntur.

I. Diffic. An habeant virtutem efficiendi gratiam a qualitate, uel uirtute aliqua supernaturali illis inhærente.

CONCL. I.

Virtus in sacramentis existens non est specialis qualitas, sed motus a ministro, prout minister est, effectus; ut uirtus ablutionis i. baptismi, ut sit sacramentum, est, quod moueatur a ministro, utpote, infundendo aquam animo faciẽdi, quod Christus

App n.

instituit. Ratio est, quia uirtus cuiuscunque instrumenti est motus artificiosus factus ab agente principali, uel ministeriali; & cum sacramenta sint gratiæ instrumenta, ut supra diximus, erit profecto uirtus illorum motus effectus a ministro prout minister est. i. animo faciendi, quod Christus instituit.

Appen. Virtutem aquæ in sacramento Baptismi, & olei in sacramento Confirmationis, & extremæ Vnctionis esse ablutionem, & unctionem, & cæterorum sacramentorum esse motum, qui efficitur a ministro animo faciendi, quod Christus instituit, hinc

d.i.q.i. 4. manifestissime colligitur. Et uota, quod quando Sco. dicit uirtutem sacramentie esse, quod sit signum certum, loquitur de sacramento; ut est signum: at uero ut est instrumentalis causa, nõ it inficias sacramenti uirtutem esse prædictum motum.

CONCL. II.

Sacramenta, quatenus sunt instrumentales causę, gratiam cõtinent. Ratio est, quia causam continere effectum, nil aliud est, quam habere virtutem producendi illum: & cum sacramenta, quando applicantur a ministro (ut próxima conc. diximus) habeant uirtutem efficiendi gratiam, dicentur profecto continere illam quatenus instrumentales causæ sunt, ad differentiam Dei Opt. Max. qui solus est principalis gratiæ causa.

Art. V. De numero, excellentia, & necessitate Sacramentorum nouæ legis.

Ale. Alẽ. q. 8. n. 7. arti. 2. D. Th. q. 65. art. i. & DD. ĩ 4. d. Bon. d. 2. q. 3. Sco. q. i. Ric. q. 4. ar. i. Duran. q. 2. Gab. q. i. ar. i. in ea dem d. 2. Appen.

DE NVMERO, AN SINT septem tantum?

Hoc dubio explicatur 2. par. 2. dist. Magistri.

CONCL. I.

Septem tantum sunt nouæ legis sacramenta. ita. n. definitur in Conc. Flor. expresse & Trid. Sess. 7. de sacramentis in genere, cap. i. ubi ita habetur; si quis dixerit sacramenta nouæ legis nõ fuisse omnia a Christo domino nostro instituta, aut esse plura, aut pauciora, quam septem, &c. Anathema sit.

Hinc colligitur caute legendos esse Alex. Alen. in 4. p. q. 24, m. i. ubi dicit sacramentum confirmationis fuisse ab ecclesia in Concil. Meldensi institutum; & Do. Bona. d. 7. q. i. qui tenet cum Ale. & Hugo. li. de sacramentis, par. 15. c. 2. qui affirmat extremam unctionem fuisse a B. Iaco. institutam.

Appen.

DE EXCELLENTIA.

CONCL. II.

D. Th. ar. i. & 3. et habetur ĩ

Inter sacramenta nouæ legis, Eucharistiæ sacramentum est cęteris præstantius: est. n. finis, ad quem alia sacramenta ordinãtur; & finis est præstantior ijs, quæ sunt ad finem: continet etiã

Chri-

Christum realiter.

CONCL. III.

Cõc. Tri. Sess. 7. de sacram. in genere Can. 3.

Inter alia sacr. Baptismus, Confirmatio, & Ordo, cæteris præstantiora, censentur, quia Baptismus est ianua omnium sacramentorum, Confirmatio est ad defendendam fidem, & Ordo hominem in supremo ecclesiæ gradu constituit.

DE NECESSITATE.

CONCL. IIII.

D. Th. ar ti. 4.

Baptismus, Pœnitentia, & Ordo simpliciter tantum sunt necessaria. Ratio est, quia illud est simpliciter necessarium ad salutem, sine quo, de lege peccatum non dimittitur, talia sunt hæc tria sacramenta. de Baptismo. n. Ioan. 3. dicitur. Nisi quis renatus fuerit, &c. De pœnitentia, Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et de ordine constat, quia sine illo non potest pœnitentiæ sacramentum administrari.

Io. 3. Luc. 13.

CONCL. V.

Cętera sacramenta sunt, secundum quid, necessaria. i. ad salutem conuenientia, ne quis per contemptum illa prætermittat, quia qui sacramentũm contemnit, Christum Iesum, authorem sacramentorum, contemnere videtur.

Art. ult. De Circumcisione, & reliquis Sacramentis ueteris legis, conferant ne gratiam?

Quinque sunt opiniones circa sacramentũ circunciſionis, Prima est Mag. sententiarum d. 1. dicentis per circunciſionem deleri peccatum: gratiam autem minime dari, quæ opinio est aperte erronea, quia de lege non datur medium, inter filium regni, & perditionis. Nam qui non est mecum, contra me est &c. vide D. Bona. qui illum sano modo interpretatur.

Secunda opinio refertur a D. Tho. infra citato eorum, qui dicebant gratiam dari per ciucunciſionem, quæ sufficiebat ad deletionem peccati: non autem ad consequendam gloriam. hæc enim est falsa, quia gratia gratum faciens, & culpam delet, & ad gloriam iuuat.

Cauẽdus Mazifer. Luc. 11.

Tertia opinio affirmat deleri culpam, & gratiam ad gloriam utilem conferri? negat tamen per illam carnis concupiſcentiam cohiberi.

Quarta est D. Tho. q. 62. art. ultimo, & q. 70. art. 4. qui tenet, nulla veteris legis sacramenta, habuisse in se uirtutem, qua gratiam operarentur. non enim dabatur gratia uirtute circunciſionis, de sententia illius, sed fidei ministri.

Quinta opinio est Sco. d. 1. q. 9. quam multo antea defendebat Alex. Alen. q. 7. m. 7. & 8. D. Bona. q. 3. art. 2. Ricar. q. 3. ar-

6. m.

6.m.1.d.quos ſequuntur Dur.q.5. & Gab.q.4.eadem diſt.

D.Th.eſt 1.2.qō. 103.art. 2.ad 2. Scot.q. D.Th.eſt 1.2.qō. 103.art. 2. ad 2. Sco.q.6. citata cō trā Magiſtrum d. 1. Mat.10. Mar.9.

CONCL. I.

Veteris legis ſacramenta ſi cum gratia, & fide recipiantur, erant gratiæ,& gloriæ, ex opere operantis, meritoria, Ratio eſt quia erat actus a charitate procedens in Deū relatus. Talis enim actus eſt gratiæ,& gloriæ meritorius,ut pater Math.10. & Mar.9.Quiſquis enim dederit potum aquæ frigidę in nomine meo &c.

Flo.Theo.q.ſuper.4.lib.ſent.

CONCL. II.

Nullum ſacramentum, quod erat præciſe legis Moſaicæ ex opere operato gratiam conferebat, Definita eſt in Conc. Flor.ſub Eugenio 1111.ubi ita legitur.Nouæ legis ſeptem ſunt ſacramenta,quæ multum differunt a ſacramentisveteris legis. Illa enim non conferebant gratiā:hæc autem noſtra, & continent gratiam, & eam digne ſuſcipientibus conferunt.

Hinc colligitur eaute legendū eſſe Dur.ubi ſupra dicentem conſecrationē ſacerdotalem in lege ueteri gratiam contuliſſe.

Appen. Cauē. Duran.

CONCL. III.

Virtute circunciſionis olim dabatur gratia?ſicut modo Baptiſmi uirtute,patet 1.authoritate Eccle.in c.maiores,de Bapti ſm.ubi dicitur etſi originalis culpa per cricunciſionem remittebatur, & dānationis periculum euitabatur, non autem ad regnum cœlorum perueniebatur,ubi eodem modo loquendi, quo per Baptiſmū gratiam dari,determinatur in Conc. Trid. ſeſſ.6.cap. 7. uſus eſt Innocen. 3. ad uirtutē circumciſionis exprimendā.ibiq. ex profeſſo loquitur,cum comparat circūciſionē cum Baptiſmo,& in ultimo ſcilicet, non tamen ad regnū cœlorum perueniebatur, differre demonſtrat. Idem docet D. Aug.Cano.ex quo & D Greg. Cano. quod apud nos, & etiam uenerabilis Beda quę mag.d.1.citat.Dices,Conc.Flor.dicit ſacramēta ueteris legis non cōtuliſſe gratiā, ſed ſolum figuraſſe gratiā danda &c.Reſpondęo loquitur de ſacramētis quæ præciſe erāt ueteris legis: circūciſio autem fuit data Abrahæ ante legem, & quādo D. Pau. Rō 4.dicit accepiſſe Abraham ſignū circūciſionis, ſignaculū fidei iuſtitiæ, quæ eſt in præputio, nō neganit quin uirtute propria gratiæ augmentū Abrahæ contulerit.neq; recte inferes, non fuit inficiatus Abrahā, quando accepit circunciſionem, ergo circūciſio uirtute propria non conferebat gratiā,qua peccator iuſtificaretur, quēadmodum nō ualet a ſimili;uirgo ſanctiſſima,quando accepit Baptiſmū, non fuit iuſtificata, quia iam ab inſtāti ſuæ immaculatæ con

De conſe. diſt.4

Rom.4.

ceptio-

ceptionis erat gratiæ plena: ergo Baptismus nõ iustificat alios. recepit siquidẽ Abraham gratiæ augmentũ per circuncisionẽ, sicut uirgo sacratissima per Baptismũ. & nota ꝙ passio Christi tunc in circuncisione non operabatur: ut causa efficiẽs neque ut causa finalis, quamuis erat finis institutionis sacramentorum ueteris legis, sed tanquam moralis, & meritoria causa, ut nunc temporis operatur; & ut modo merita passionis exhibitæ applicantur nobis per actum exteriorem. i. per receptionem sacramenti: ita tunc merita passionis exhibendæ, quę erat causa moralis, & meritoria, per receptionem circuncisionis applicabantur. præterea, si obijcias Do. Pau. dicentem, cur ad egena, & infirma elemẽta conuertimini? Res. cum D. Hier. ibidem, loquitur contra illos, qui post acceptam euangelij gratiam ad iudaismum reuertebantur. Nam ante sufficientem euangelij promulgationem diuitijs plena erant: quia circuncisio gratiam cõferebat, & reliqua Christum uenturum significabant. Tandem si percunteris intelligentiam illius loci; si. n. per legem iustitia, Christus ergo gratis mortuus est, qui uidetur conclusionẽ Sco. euellere. Resp. loquitur ibi B. Pau. de operibus secundum ualorẽ proprium, & naturalem; ut postea falso docuit Pelagius; non autem secundum ualorem a lege, & a diuina ordinatione statutum, nam hoc modo operibus debetur ex meritis Christi Iesu præmium æternæ iustitiæ utpote, gratia, & acceptatio ad gloriam: circuncisio autem ex meritis Christi uirtutem conferendi gratiam habebat.

Galat. 4. B. Hiero.

Gal. 2.

Ale. Alen. q. 8. m. 4. ar. i. & per totum D. Th. q. 63. arti. & DD m. 4. d. Bonau d. 6. arti. i. per 5. q. Ric. di. 5. toto ar. 2. S. d. 6. q. 9 10. et 11 Dur. d. 4 q. i. Pa. castro c tra he ses V. haracter.

QVAESTIO QVARTA DE charactere.

Art. I. In quibus sacramentis noua legis character imprimitur.

CONCL. I.

CErtissimum est characterem in anima per sacramenti ireiterabilis receptionem, si recipiens non ponat obicem, imprimi, definitur in Conc. Flor. sub Eug. IIII. & in Conc. Tridẽ. Sess. 7. cano. 6.

CONCL. II.

In Baptismo, Confirmatione, & Ordine duntaxat character imprimitur, definita est in Conc. modo citatis, nam in Flor. dicitur inter hæc sacramenta tria sunt, scilicet, Baptismus Confirmatio, & Ordo, quæ characterẽ, idest, spirituale quoddam signum imprimũt in anima indelebilem, unde in eadem perse-

persona non iterantur,& in Trid.eodem cano. 9. ita legitur. Si quis dixerit in tribus sacramentis Baptismo,scilicet,Confirmatione; & Ordine non imprimi characterem in anima,&c. Anathema sit.

Art.II.An character sit qualitas absoluta in anima existente? &c.

Duę sunt opiniones,una communis quam tenent Ale.D.Bona.4.p.q.19.m.1.ar.2.quos citat Gab.d.6.q.2. Ric.q.1.D. Th.arti.2.ubi supra,& dicitur ab his esse qualitas absoluta.2.est Dur. d.q.1.asserentis esse relationem quādam.Sco.dubius est in hac quæstione.

CONCL. I.

Character est potentia actiua,seu passiua recipiendi,administrandive sacramenta,per characterem.n. distinguitur sacerdos a non sacerdote.s.per potentiam administrandi sacramentum. Baptizatus etiam a cathecumeno per potentiam recipiendi sacramentum.est.n.character signum, quo insigniti adinuicem distinguuntur,& inter se quandoque assimilantur,& a carentibus charactere differunt.

CONCL. II.

Potestas ista actiua,siue passiua,non est ens rationis, aut relatio;sed qualitas absoluta in anima existens,patet. Quia impressio est actio realis;ut impressio sigilli in cera, & character dicitur imprimi in anima;ut constat can.maiores, de baptismo. tū etiam quia similitudo non est nisi in qualitate,& per characterem, qui illum habent, dicuntur esse similes.

Videtōc. natam sup. q.4. ar.1.

CONCL. III.

Character respectu sacramentorum instrumentalis causa,siue potentia est,quia sacerdos est causa instrumentalis conuersionis panis in corpus Christi,uerum per uerba consecrationis, & hoc, quia habet characterem, ergo multo magis character.

DIFFICVLTAS.

An sit character indelebilis?

CONCL. I.

Ale.q.19 m.5.Do. Bon.q.5. Ric.q.3. D.Th.ar t.5.ubi sup.

Potestas hæc administrandi,uel recipiendi sacramenta, quæ character nuncupatur,indelebilis est. definita est expresse in Con.Flor.& Trid.in 1.ar.citatis, & in c. maiores, de baptismo, & cau.quod quidam, 1.q.1.

Art.III.An sit character in uoluntate,uel in intellectu, tanquam in subiecto?

Duę sunt opin.1.Ale.q.19.m.3.D.Bona.q.3.D.Th.art.4. ubi sup.Ric.d.5.p.q.2.ar.2.qui tenent characterē subiici in intellectu.

ctu. Altera Sco. q. ultima d. 6. qui defendit effecte uoluntatem characteris subiectum, Dur. uero. d. 4. q. 1. opinatur subijci in potentia executiua: ut in manu, & lingua, hęc autem opinio est contra Conc. Flor. Sess. 7. Can. 9. ubi difinitur imprimi in anima: quamobrem non in lingua, uel in manu. *Durandus cautę legendus. hic.*

CONCL. I.

Character non est in essentia animę, ut in subiecto; sed in eius potentia, uel mediantibus potentijs (ut Alex. & D. Bona. affirmant) inest, Ratio est, quia character est signū, quo Christo Iesu, qui est secunda persona Trinitatis sanctissimę, configuramur. quæ quidem configuratio nō fit secundum essentiā animæ; sed secundum eius potentias, hęc est Alexan. D. Tho. & D. Bona. cui seq. non repugnat.

DVBIVM.

In qua igitur potentia inerit? *Scoti. est.*

CONCL. II.

In uoluntate tanquam in subiecto, probatur; quia omnes Theologi fatentur iustitiam in uoluntate collocari, & actus sacramentalis, cum per illum Deo debitum honorem petendo æternam salutem ab illo reddamus, est actus religionis. religio uero pars iustitiæ est, atq. ita erit profecto character, ut iustitia, in uoluntate. Secundo, quia potentiæ distinguuntur per actus, & character inclinat ad actus uoluntatis, inclinat enim ad actus religionis, & iustitię, quę est in uoluntate, quare &c. Tertio quia per characterem obligamur ad colendū Deū sacramentalib. operationibus, & obligatio est uoluntatis, quia est actus potentiæ liberæ: quamobrem in uoluntate erit character. ex dictis fit satis rationibus contrariæ opinionis; nam operationes sacramentales, ad quas character inclinat, & si fidem saltem in suscipiente præsupponant, non sunt fidei, sed religionis protestationes. Deinde quando dicitur potentia animæ subijci in essentia animæ, intelligitur de potentijs naturalibus: character uero est supernaturalis potentia, habens se uelut habitus inclinans q. per modum habitus ad operandum.

Tandem nota non esse hoc loco institutam disputationē de subiecto inhæsionis, hac enim ratione tota anima, cum sit indiuisibilis, & omnes eius potentię idem realiter cum illa; erit characteris subiectum: sed de subiecto perfectionis, quo modo intellectus qui fide perficitur, dicitur esse fidei subiectum.

Art. ult. An character sit totius Trinitatis Sanctissimæ, vel alterius diuinæ personæ potius quam Christi. Iesu appellandus?

CONCL. I.

Alex. Alē. 4. p.q. 19. m. 1. art. 1. D. Tho. art. 3. ubi supra.

Gratia, quæ est character, quo sancti in Triumphanti Ecclesia ad Dei fruitionē deputantur, non Christi; sed Dei character nominatur, quod autem gratia character sit, perspicuū est. nam est signum, quo homines deputātur ad aliquem finē, neque, ad Dei fruitionem. tum esse Dei characterem patet. quia character alicuius principis est signū quo milites reddūtur illi similes in aliqua potestate; & per gratiā homines Deo similes in potestate fruēdi diuina essentia efficiuntur, ut enim Deus est beatus in uisione, & fruitione essentiæ diuinæ ita homo media gratia ad similem beatitudinem acceptatur.

CONCL. II.

Character sacramentalis Christi character est, per illū enim princ. Christo homini in aliqua potestate assimilamur. quod quidem manifestum fiet posito exemplo v. g. per characterē ordinis, qui est potestas absoluendi a peccatis, Christo qui sacerdos erat, & peccata remisit, sacrificiumque, id est, seipsum patri obtulit in sacerdotali potestate, assimilamur &c. Et nota non reddi nos similes Christo per sacramentalem characterem in alijs potentijs, quas Isaias cap. 33. indicauit dicens de Christo, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos. quo loco iudiciariam, legis latoriam, Regiam, & sacerdotalem potestatem complexus est.

Isaias cap. 33. Alex. Alen. q. 15. ubi sup. pr. & 16 m. 1. D. Th. ar. 1. q. 64. Ri car. dist. 5. q. 2. ar. 1.

QVAESTIO VLTIMA DE MINISTRO Sacramentorum.

Hac quæstione exponitur d. 5. & 6. Magistri sententiarum, ubi legendi sunt doctores.

Art. 1. Quoniam pacto Deus, & minister intentionem Sacramenti effectum operantur.

CONCL. I.

Du. Dist. 5. q. 63. Vega lib. 7. super Concilij Triden. ca. 4. usq; ad. 18.

SOlus Deus est gratiæ sacramentalis & characteris causa principalis. nam causa principalis est, quæ uirtute propria, & permanenti, atque independenter, reddens passum sibi simile operatur qualis est solus Deus, qui per suam diuinam uoluntatem, quæ est permanens, & independens, & ipsemet Deus, reddet hominem sibi similem iustificando per gratiam illum. Deus enim est qui iustificat.

CONCL. II.

Rom. 8.

Minister est instrumentalis gratiæ causa. constat ex propric-

pretatibus instrumentalis causę. non enim operatur uirtute propria, sed principalis agentis, nempe Dei, & meritorum Christi, cuius actionem deferens, in animam reddit illam non sibi; sed Deo mediante gratia similem. *Alexan. Alen. q. 16. m. 2. artic. 3.*

CONCL. III.

Gratia sacramentalis, quæ ex opere operato confertur, per sanctiorem ministrum maior minime datur. Ratio est, quia propter merita Christi datur sacramentalis gratia ex opere operato, & nullo modo propter ministri merita: non enim qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deꝰ. lege Cano. Baptismus, & Cano. inter bonos, de cons. dist. 4. *Corin. 3.*

CONCL. IIII.

Sanctitas ministri, & eius preces suscipienti Sacramentum diuinum impetrant auxilium: ut recte sacramentali gratia, & libero arbitrio utatur. Hinc enim Moysen, & Aaron multa suis precibus populo Israelitico impetrasse legimus, hinc B. Paul. in suis epistolis pro se orationes fieri postulauit. hinc tandem B. Iacob. multum iusti assiduam deprecationem ualere dixit. *capite. 5.*

Oppositum 4. concl. fuit error Pelagij, & aliorum hæreticorum, aduersus quos pater a castr. Verb. oratio hæresi. Tertia disputat. *Hæresis.*

Art. 2. An Christus, ut homo sit instrumentalis causa gratiæ, quæ per sacramentum confertur?

CONCL. I.

Humanitas Christi Iesu per receptionem Eucharistiæ est nunc instrumentalis gratię causa. Ratio est, quia per eius motum agens principale, ut pote Deus, infundit nobis gratiam, qua animas nostras deificat, sibique similes reddit. *Alex. 4. p. q. 15. m. 3. D. Th. q. 64 art. 2.*

CONCL. II.

Humanitas Christi fuit quibusdam iustificationis causa instrumentalis, illis, scilicet, quibus Christo domino loquente fuit concessa gratia, patet. nam fuit instrumentum miraculorum uerbi diuini, quia per eius imperium, & motum miracula efficiebantur, ut quando dixit, Adolescens tibi dico, surge: & Archisynagogi filiam tetigit. quamobrem fuit, & iustificationis instrumentum, quando per eius locutionem aliqui fuerunt iustificati, ut Magdalena, Paralyticus, Saulus, & alij. *doc. d. 5. Ric. q. 5. ar. 1. Duran. q. 3. Lucæ 7. Marc. 5.*

CONCL. III.

Humanitas Christi non est modo in alijs sacramentis, præter Eucharistiam, instrumentalis causa gratię, quę per illa confertur. patet primo, quia non habet ullam actionem realem, *d. Bona. Ric. Sco. et dn. est.*

nec motum in alijs sacramentis, per quem principalis causa; scilicet, Deus operatur. hoc est enim instrumentalis causæ proprium. Secundo quia causa instrumentalis non mouet principalem, immo ab illa mouetur: at uero humanitas Christi suis precibus mouet Deum, iuxta illud, aduocatum habemus apud
1.Ioã. 2. patrem, &c. Tertio, quia humanitas Christi ex sententia D. Tho. patribus ueteris testamẽti per fidem applicabatur, & quoniam non existebat, non erat tunc instrumentalis causa. cum igitur modo in cæteris sacramentis dempta Eucharistia, non existat, quamuis nobis per fidem, & sacramenta applicetur, non erit profecto instrumentalis causa. Vltimo, causa instrumentalis non tangit passum per solam artificis intentionem (non enim calamo in mente existente scribimus) sed per realem actionem: quare cum humanitas Christi non existat realiter in alijs sex sacramentis, non erit instrumẽtalis causa gratię, & iustificationis.

CONCL. IIII.

Non sunt passiones, & actiones humanitatis Christi nunc instrumentalis causa nostræ iustificationis. Probatur, quia actio realis, qualis est actio causę instrumentalis, est ab ente reali, nunc autem passio Christi, & eius merita sunt entia rationis, tantum in mẽte diuina existẽtia, lege Vegam super Con. Trid. ca. 15. & infra.

CONCL. V.

Humanitas Christi, & eius merita in acceptione diuina sunt modo mortales causæ, propriæq; dici etiã possunt causæ meritoriæ sacramentalis gratiæ. Ratio est, quia si Adę peccatum tantæ fuit malitię, ut totum genus humanum per generationem carnalem infecerit: profecto merita Christi, & eius passio sanctissima, tantę erunt excellentiæ, ut toti humano generi meredo illa gratiam per sacramentorum applica-
Rom. 8. tionem conferẽdam prosint. Vbi enim abundauit delictum, superabundauit gratia, & sicut per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi: ita per unius obedientiam iusti constituentur multi.

Art. 3. An Christus, quatenus homo, potuerit hominibus potestatem concedere constituendi sacramenta?

Duæ sunt opiniones. Prima est communis Alex. Alen. q. 15. m. 1. D. Tho. q. 64. art. 4. D. Bona. art. 3. q. 1. & Ric. q. 3. art. 1. d. 5. ij. defendunt Christum, quatenus Deus est, habere potestatem principalem instituendi sacramenta, eamq. non potuisse Apostolis cõmunicare: uerum potuisse illis potestatem excel-

excellentiæ, & authoritatem condendi sacramẽta concedere.

Secunda opinio est Dur. in 4. d. 6. q. 4. docentis potuisse Deum Apostolis concedere, ut eligerent res quasdam sensibiles, quæ essent sacramenta, non tamen potuisse illis conferre gratiam capitis, qua sacramenta conderent.

Sco. communem opinionem defendit: ait enim d. i. q. 3. art. 2. solus Deus potest instituere sacramenta, quia solus potest dare gratiã, & intelligit principaliter: ut ex præcedentibus constat. Deinde non negauit humanitatem Christi potestatẽ instituendi sacramenta habuisse. nam in fine illius articuli. ita loquitur: perfectio sacramẽti requirit, quod instituatur a Deo, uel quod determinet se regulariter cooperari illi signo, ubi apertissime declararat potestatem instituendi sacramenta creaturæ ex commissione concedi posse.

CONCL. I.

Solus Deus principaliter, & independenter, & humanitas Christi ex commissione sacramenta instituere possunt. Ratio est, quia instituere sacramentũ est dare alicui rei sensibili uirtutem significandi gratiam, quam ex natura sua non significabat; & cum solus Deus principaliter & humanitas Christi ex commissione (quoniam habuit gratiã capitis) possit dare, profecto solus Deus principaliter, & independenter, &c.

CONCL. VII.

Nõ potuit Christus Iesus Apostolis, uel Ecclesiæ principalẽ & independentẽ potestatẽ instituendi sacramẽta, quã ipse: ut Deus habuit, cõmunicare, propterea quod, si talis potestas esset Apostolis commissa, esset quoq; eisdẽ deitas data, quid? quod neque humanitati Christi, cũ sit uerbo unita, talis potestas cõmunicari potuit. aliter enim humanitas esset diuinitas.

CONCL. III.

Christus, in quantum Deus, potuit Apostolis excellentiæ potestatem, quamuis humanitas habuit, commitere, atq; etiã in quantũ homo, quia potuit illis dare gratiam capitis, qua sibi, & alijs gratiam mererentur, & cum possent tunc alijs gratiam mereri, potuissent etiam illius gratiæ dandæ signa, quæ essent sacramenta, instituere.

CONCL. IIII.

Prædictã potestatẽ apostolis minime tradidit. Ratio est, ne schisma in Ecclesia oriretur. nã si Corinthij diuidebãtur, quod alij a Pauli alij a Cepha essent baptizati. ego enim dicebat unus, sum Pauli, alter uero ego sum Appollo &c. quãto maior occasio schismatis in Ecclesia fuisset, si apostoli instituendi sa- *Vide Dur. dist. 5. q. 4. 1. Corin. 1.*

cramẽta authoritatem habuissẽt. ne igitur schismatis occasio præberetur, talem potestatem conferre haud decuit.

CONCL. V.

Ecclesia potest instituere sacramentalia, & aliquod signum certum, quo ex opere operato uirtute meritorum Christi & sanctorum pœnã pro uenialibus, & mortalibus peccatis, iam dimissis tuenda remittatur. Ratio est, quia cum summus Pontifex possit remittere pœnam temporalem per applicationem meritorum Christi, & sanctorum, poterit plane signum, siue sacramentale illius remissionis instituere. nam qui potest aliquem effectum præstare, potest quoq. certum signum illius effectus constituere. Nota. Primum sacramentale nihil aliud esse quam solemnem præparationem ad sacramentum, cuius modi est exorcismus catechismus, &c. Animaduerte secundo, effectum ex opere operato esse, qui datur propter merita Christi.

Alexã. Alẽ. q. 16. m. 2. art. 1. D. Th. q 64 art. 5. DD. dist. 15. D. Bonã. q. 2. art. 1. q. 1. & 2. ar. 2. Ricar. q. 3. art. 2. So. dist. 6. q. 1. & Dur. q. 3.

Art. III. An per malos ministros sacramenta, & illorum effectus conferri possint?

CONCL. I.

Potestas administrandi sacramenta, siue regia per mortale peccatum non amittitur. constat multis sacræ scripturæ locis. & est definita in Conc. Constantien. Sess. 8. & in Trid. Sess. 7. de Baptismo, cap. 11. lege patrem a Castr. Ver. Baptismus hæresi 6. & Ver. potestas contra hæreses.

Egregiæ similitudines de hac re sumpt apud D. bona. D. Th. & Castrum ubi supra Hæresis.

CONCL. II.

Per Ministrum quantumuis malum, seruantem tamen, quę sunt de necessitate sacramenti, sacramentalis gratia suscipienti sacramentum, dummodo non ponat obicem, confertur. Ratio est, quia gratia sacramentalis non datur propter merita ministri, sed Christi; ut habetur de consecra. d. 4. Can. Roma. Pontifex & in conc. Trid. Sess. 7. de sacramentis in genere Can. 12. de Baptismo Can. 4. uide apud Gracia. q. 1. Primæ causæ circa hunc ar. fuit error Vualdensium, scilicet, propter quodcunq; peccatum mortale Ecclesiasticam, & regiam potestatẽ amitti & Donatistarum asserentiũ baptizatos ab hæreticis esse iterum baptizandos, lege patrem a Cast. locis in prima conclu. citatis. Sco. est in præsentia liberandus a calumnia, quam illi Mag. Soto imposuit dicens errasse Sco. ubi supra, quoniam ait baptizatum ab hæretico, si unus fieri illius discipulus, non recipere uerum sacramentum. quod quidem nec somniauit Sco. apud illum enim ita legitur. si hæreticus baptizat adultum, & adhuc sacramentum sibi confert,

Sco. liberatur in 4 dist. 1. q. 5. arti. 5.

& ef-

& effectus eius, si in adulto non est aliquis malus motus: ut si uelit consentire hæresi, uel ut fiat discipulus eius. hæc Sco. ubi conditionalem, si, non ad sacramentum, sed ad effectum sacramenti referendam esse, quis non uideat? quid? quod in eodem q. 1. & non 2. ut falso apud Sotum legitur idem Sco. concessit baptizatum ab hæretico, etiam si hæreticus sit, uerum sacramentum suscipere.

Alex.
Alen. q. 16. m. 2. art. 2. D. Th. q. 64. art. 6. doc. d. 5. Ricar. q. 3. art. 3. Dur. q. 2. 1. Corin. 11.

Art. V. An minister existens in peccato Mor. peccet Mor. sacramenta administrando.

CONCL. I.

Minister existens in M. extra casum necessitatis administrãs, siue laicus siue sacerdos sit M. peccat, canonizata est ab Ecclesia in multis textibus 1. q. 1. in Can. per Isaiam, & Can. omnia &c. nam sicut qui indigne manducat, iudiciũ sibi mãducat, ita qui indigne ministrat iudicium sibi acquirit.

CONCL. II.

In casu extremæ necessitatis existẽs in Mortali, etiã si sit excommunicatus administrando minime peccat; ut si laicus, uel sacerdos &c. puerum Agonizantem baptizaret. Et ratio Sco. est, quia concurrentibus duobus præceptis incompassibilibus, illud magis obligat, cuius transgressio magis nocet. & cum magis noceat transgressio præcepti de subueniendo paruulo morienti, quam præcepti de non administrando in Mortali peccato, licebit profecto ministro, uel excomunicato &c.

D. Tho. & Sco. est ubi sup. pra.

Hinc colligitur sacerdotem in mortali administrantem ab solutionis sacramentum nullo modo a peccato excusari, quia potest, dum pœnitentem audit, interius de peccatis conteri.

Appen.

CONCL. III.

Diaconi, & subdiaconi in Mortali administrantes Mortaliter haud peccant, tum quia illorum ministeria non sunt sacramenta, sed sacramentalia, tum etiam quia illis dedigne ad ministrando non est impositum præceptum: quemadmodum ministris sacramentorum.

Soto dist. 1. q. 5. art. 6.

CONCL. IIII.

Concionator, si est publicus peccator, concionãdo mortaliter peccat: nisi uere pœniteat: secus autẽ si sit occultus peccator. Ratio est, quia præbet alijs ruinæ occasionem, dicente D. Paul. qui prædicas non furandum, furaris &c. per uos nomen Dei blasphematur inter gentes: at uero occultus nulli talem occasionem præbet, immo charitatis, & eleemosynæ spiritualis actum exercet. præsertim quãdo illi ex officio incum

Rom. 2.

bit,& cum timore,& reuerentia concionatur.

Art. VI. An qui recipit Sacramentum a ministro, quem scit in mortali existere, mortaliter peccet?

CONCL. I.

D. Tho. ubi sup. art. 2. ad 2. & dd. dis. Ric. ar. 3. q. 4 Sot. q. 2. Vide c. volaterrana, de elect. & gl. in ca. nō est de spons.

Ministrum malum non excommunicatum, cui ex officio incumbit sacramenta subditis ministrare, potest subditus absque peccato imparatum, atq; inuitum ad administrandum inducere: nam qui utitur iure suo, non peccat: & subditus habet ius petendi; neq; inducendo peccat, cum petat sibi debitum, quod potest curatus sine peccato reddere, si prius pœnituerit, ut constat ex Appendice quinti artic.

CONCL. II.

Peccat, qui a sacerdote malo, non curato, & parato publice in ecclesia ad administrandum petit scienter sacramentū. Ratio est, quia cooperatur grauiori peccato ministri. grauius enim multo peccat sacerdos reipsa administrando, quam si solum habent administrandi uoluntatem, quemadmodū grauius peccat, qui hominem interficit, quam ille, cui est solum cordi interficere.

CONCL. III.

Si Curatus fuerit excommunicatus generaliter tantum, integrum erit subditus ab illo sacramentum petere, etiam si ille non sit ad administrandum paratus. patet, quia generaliter excommunicatus ante iudicis declarationem, neque in diuinis neq; extra, neque in receptione, uel in administratione sacramentorum, præter quam in casu, si quis suadente diabolo, uitare tenemur, ut constat per extrauagentem, Ad euitanda. secus uero si non fuerit curatus, quia tunc cooperaremur grauiori illius peccato, cum ipse ministrare non teneatur.

CONCL. IIII.

A Sacerdote Curato, uel non Curato, etiam nominatim excommunicato licitum erit necessitatis sacramentum in extrema necessitate, id est, in mortis art. petere. de sacramento Baptismi constat. quia concurrentibus duobus præceptis incompassibilibus, illud magis obligat, cuius transgressio magis nocet, & cum transgressio Baptismi de puero uel adulto moriente baptizando magis noceat, quam transgressio præcepti Ecclesię de non communicando cum excommunicato. Primum præceptum obligabit. Et secundi, qui sacramentum petit, reus non erit.

Art.

Art. VII. An fides ministri ad sacramenti veritatem necessaria?

CONCLVSIO.

Ad ministerium cuiuscunq; sacramenti neq; fides actualis, uel habitualis ministri desideratur. hæc colligitur ex Conc. Flor. ubi materia, & forma, & intentio ministri faciendi, quod Ecclesia facit, non autem illius fides ad ueritatem sacramenti necessaria esse dicuntur.

Ale. Alen. q. 16 m. 3. art. 5. d. Tho. q. 64. ar. 9. Ric. d. 5. q. 4. ar ti. 3. Appen. Al. Alē. q. 19. m. 3 per 4. ar. d. Tho. q. 64. ar. 8. & dd. d. 6. d. Bon. q. i. & 2 ar. 2. Ricard. q. i. ar. i. Sco. 3. 5. & 6 Dur. q. 2

Hinc si Sacerdos apostata a fide proferat consecrationis uerba animo faciendi, quod Romana Ecclesia facit, uel si habeat intentionem absoluendi in artic. mortis, uerum cōficiet sacramentum.

Art. VIII. An intentio Ministri sit de necessitate Sacramenti?

CONCL. I.

De fide tenendum est esse intētionem necessariam, definita est in Conc. Flor. sæpe hactenus citato, & constat ex iure diuino: nam quando Christus dixit in Cœna,† hoc facite in meā cōmemorationē, iuā intentionē secundā esse præcepit.

† *Luc. 22*

CONCL. II.

Intentio, quatenus est uoluntas actus exterioris, est in ministro ad uerum sacramentum conficiendū necessaria. patet, quia minister est agens liberū, & de ratione agentis liberi est, ut præuia intentione oderetur, alioquin non esset agens liberum, sed naturale.

CONCL. III.

Minister necessario debet ad ueritatem sacramenti suum actum exteriorem in hunc finem dirigere: ut per illum actum quod Christus Iesus, uel Romana Ecclesia faciendum instituit, conficiatur, definita est expresse in Conc. Flor. ut ex dictis constat.

CONCL. IIII.

Sola habitualis intētio, quatenus est simplex actus uolitio, non est satis ad sacramenti ueritatem, v. g. si contingat ebriosum, dormientem, siue furiosum sacerdotem ex frequenti consuetudine celebrandi uestibus indui sacerdotalibus, & sumpta hostia consecrationis uerba proferre, tali uerborum prolatione sacramentum minime conficietur. Ratio est, qa ille actus non est humanus, nō enim habet uoluntatis libertatem inde terminatā ad operandum, uel nō operandum: atq; ita non erit sufficiens actus ille ad sacramentum conficiendum.

CONCL. V.

Actualis intentio non est ad ueritatem sacramenti necessaria. Deus enim ad impossibile, uel quod difficillimum factu

est, neminem obligat? est autem fere impossibile, ut sacramentum administrans semper actualem habeat intētionem.

CONCL. VI.

Sufficit uirtualis intentio, v.g. si quis prius quam uerba cōsecrationis proferat, uoluntatem, siue propositum consecrandi saltem in principio actus habeat, quamuis deinceps distrahatur. Ratio est, quoniam actus ille est humanus a uoluntate imperatus, eiusq; imperio elicitus, & inceptus, etsi deinceps minister distractus sit.

CONCL. VII.

Intentio circa finem actus, id est, ut minister intendat suscipienti sacramentum gratiam conferre, non est necessaria. patet, quia Baptismus a pagano collatus est uerum sacramentum: & tamen nihil minus intendit, quam ut batizato gratia conferatur.

CONCL. VIII.

Intentio explicata huius finis, nempe, uolo proferre uerba sacramenti eo fine, quem Christus instituit, nō est necessaria. Nam implicita sufficit ad sacramenti ueritatem. patet ex consuetudine Ecclesię, quę non aliam intentionem necessariam, præter hanc, postulauit. nihilominus tamen Sacerdos diligenter laborare, ut actualem intentionem habeat, debet, ad sacrm maiori cum deuotione, & sanctitate, administrandum.

Ale. 4. p. q. 13. m. 1. a. 3.

Prima diffic. Si hæreticus est Ecclesia hostis, quomodo habens eius intentionem baptizabit.

CONCL. I.

Satis est, habeat intentionem faciendi, quod Christus faciendu instituit, nam intentio Christi est Ecclesiæ intentio.

Secunda diffic. Qui ioco baptizaret, conferret ne baptismum?

Ratio dubitandi est, quia uidetur intentione carere, Animaduerte, ioco aliquid fit bifariam. Primo, cum quis simulat facere, quod non uere facit, ut qui in comœdia simulat flere, cum intus rideat. secundo cum uere facit, sed inter faciendum iocatur.

CONCL. I.

Qui primo modo ministraret, non uere conficeret, quia caret intentione Ecclesiæ. fingit enim se ministrare cum non minister.

CONCL. II.

Qui secundo modo? ut si ludens formam baptismi proferret, uere conficeret. Definita est in ano. Spiritus Sanctus

q. 1. ubi pueros infidelium quos Anastasius puer ludens baptizauit, uerum suscepisse sacramentum decretum est, quia intendebat facere, quod Episcopus Alexandriæ faciebat.

Flo. Theo. q. super 4. lib. sent.

Tertia diffic. Si Sacerdos non habet intentionem baptizandi puerum, cum non recipiat baptismum, si moriatur puer, consequitur ne gratiam?

CONCL. I.

Erroneum est asserere, tunc consequi gratiam. Ratio est, quia fides Catholica docet sine baptismo, in re, uel in uoto saluari neminem, & in hoc casu nullo horum modorũ puer est baptizatus.

Quarta diffic. An error personæ baptismum destruat?

CONCL. I.

Si minister ita intendat baptizare, v.g. Petrum, ut mente quemcunque altum excludat, secum dicens, uolo Petrum solummodo, & non alium ab illo baptizare, si loco Petri collocaretur Paulus, non esset baptizatus. Ratio est, quia deest intentio.

CONCL. II.

Talis minister suo ministerio abuteretur. debet nanq. prius baptizandum cognoscere, & intentionem ad illum, quicunq. sit, baptizandum dirigere, atq. ita quamuis cognitione speculatiua Petrum a se baptizari putaret, tamen practica cognitione, qua Paulo baptismus applicatur, uere esset baptizatus Paulus. propterea quod in illa practica intentione Ecclesiæ intentio continetur.

Quinta diffic. An intentio mala ministri ueritatem sacramenti annullet.

Alex. ubi sup. q. 13 m. 1. ar. 1 3 d. Tho. q. 64. ar. 8 ti.

Nota intẽrionem depraua tam ministri posse esse, uel circa essentialia sacramenti, ut si quis baptizet non intentione baptizandi, sed decipiendi baptizatum, uel circa sacramenti abusum, ut si quis conficeret Eucharistiam ad uenenum cum illa præbendum, uel baptizaret puellam infidelem ut stuprum committeret.

CONCL. I

Intentio circa essentialia annullat baptismum, nam deest recta baptizandi intentio, quæ est de sacramenti necessitate.

CONCL. II.

Intentio deprauata circa abusum sacramenti ueritatem illius minime tollit. nihil enim quod sit necessarium ad sacramenti constitutionem desideratur. Minister tamen grauiſi

n.c

Mat.6. me peccat. Nam cuius intentio mala, & opus malum. cum dicat Christus dominus. si oculus tuus nequam fuerit, totũ corpus tuum tenebrosum erit quale est huius ministri opus, nõ quod ad ueritatem sacramenti, ut constat: sed quantum ad ministri meritum.

Art. vii. An Angelus bonus, uel malus possit de lege sacramentum administrare?

CONCL. I.

Ale. Alen. q. 16 m. 4. D. Th. q. 64 ar. 7. Ric. d. 5. ar. 2 q. 2. et ar ii. 4. q. 4. reliqui DD. d. 6. Sco. qõ. i. &c. Angelus de lege in corpore assumpto sacramentũ administrare nequaquam potest. dicit. n. D. Pau. †omnis namq; Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in his, quæ sunt apud Deum. & cum Angelus non sit homo, non erit ex hominibus assumptus, &c.

CONCL. II.

Quamuis angeli locutio impropria sit, potest tamen Deus cum angelo dispensare: ut sacramenti minister sit. vt. n. potentia Dei non est alligata sacramentis quo ad iustificationẽ, ita neque quo ad ministerium, ut non possit Angelos quoque sacramentorum ministros constituere.

†Heb. 5.

CONCL. III.

Si Angelus bonus baptizaret aliquẽ, esset uere baptizatus. hoc. n. non præstaret sine imperio, & diuina dispensatione, quemadmodum aliqua templa diuina dispensatione ab illis constructa fuisse legimus; ut ex historia festi B. Michaelis Archangeli constat.

CONCL. IIII.

Si esset malus angelus baptizans, non censeretur verum esse baptisma. Ratio est. quia cum sit pater mendacij, non illud faceret ex dispensatione & imperio diuino. atq. ita esset baptismus iterandus. nunquam. n. Deus utitur ad iustificationem tali ministro. Sco. Angelum non de lege, ut falso illi imposuit Caie. sed ex diuina dispensatione tantum posse baptismum administrare asseruit, lege Mag. Soto qui Sco. ab impostura Caie. liberat. hactenus de sacramentis in genere.

Sco. liberatur.

FLORES QVAESTIONVM
Sacramenti baptismi.

In 4. i. q. 11. usque ad 24. HVius sacramenti disputatio 3. 4. 5. & 6. d. 4. lib. a Mag. sententiam. comprehenditur super quem legendi sunt doct. D. Bona. Ric. Sco. Dur. & alij atque Alex. Alen. & D. Th. locis infra citandis.

QVAE-

QVAESTIO PRIMA DE ESSENTIALIBUS baptiſmi.

Art. I. quænam eſt baptiſmi definitio?

CONCL. I.

BAptiſmus non eſt aqua, ſed aquæ vſus, utpote ablutio corporis exterior facta ſub certa uerborum forma, a Chriſto inſtituta, quia cum baptiſmo baptizatus ſanctificetur, & non per aquam, ſed per ablutionem (dicente D. Paul.) † mundauit eam. ſ. eccleſiam lauacro aquæ, &c. & alibi, ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, &c. non erit profecto baptiſmus aqua, ſed lauacrum aquæ, quod eſt aquæ uſus, &c. hinc intelligitur locus D. Aug. accedit uerbum ad elementum, &c. ubi per elementum aquæ uſum intelligit. i. ablutionem corporis, &c. ut in concl. habetur.

Ale. Alẽ. t. q. 1 D. Th. q. 63. art. 1. & alij DD. ſup. Ma. quæ hæc i. qõ. explicatur.

CONCL. II.

Ablutio actiua ab alio facta (quia nemo poteſt ſeipſum baptizare) ad baptiſmum requiritur: uerum magis de neceſsitate baptiſmi eſt paſſiua ablutio. patet, quia multiplicatis ablutionibus paſſiuis, tantum multiplicantur baptiſmata. nam ſi unus miniſter decem homines unica ablutione, uel aſperſione, dicens: ego uos baptizo in nomine patris &c. baptizaret, eſſent decem baptiſmi: & ſi decem miniſtri unum hominem baptizarent, dicentes ſimul, ego te baptizo, uel nos te baptizamus in nomine, &c. eſſent decem ablutiones actiuæ, & unicus tantũ baptiſmus: & non ob aliud, niſi quia illic eſſent decem ablutiones paſſiuæ, hic uero una duntaxat.

† *Ad Ephe. 5. ad Tit. c. 3. D. Auguſt.*

Art. II. An naturalis & ſimplex aqua ſit tantum baptiſmi materia?

Alexan. Alẽ. q. 13 m. 2. p. 3. articul. D. Th. q. 66. ar. 3. DD. d. 3. D. Bona. q. 1. art. 1. & q. 2. 2. p. di. Rica. in 4. ar. 3. Sc. q. 3. Dur. q. 4.

CONCL. I.

Ita naturalis aqua eſt baptiſmi materia, ut in alio liquore confici haud poſsit. definita eſt expreſſe in Conc. Flor. & Tri. can. 2. de baptiſmo, Seſſ. 7. ubi ita legitur. ſi quis dixerit aquam ueram & naturalem non eſſe de neceſsitate baptiſmi, atque ideo illa uerba domini noſtri Ieſu Chriſti; niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, ad Metaphoram aliquam detorſerit, anathema ſit.

CONCL. II.

Conuenientius multo in aqua naturali, quam in alio liquore eſt baptiſmus inſtitutus. propterea quod, aqua naturalis eſt communis, & ab omnibus tam diuitibus, quam pauperibus poteſt comparari.

Quan-

CONCL. III.

Quãdo aqua per iuxta positionem alterius corporis, ita, mutatur, ut fluida non sit, baptismus in ea confici non potest. Rõ est, quia cum baptismus sit ablutio, si aqua fluere non potest: ut si sit terræ adeo permixta, ut potius lutum, quam aliqua esse uideatur, non abluet, atq; ita non erit baptismi materia.

Appen. Hinc in gelu, niue, grandine non potest fieri baptismus, qa sunt corpora densa, & non fluida, nisi liquefiant.

Appen. Hinc in aqua rosacea, & aliis aquis arte confectis, non põt baptismus confici, quia ut ex i. concl. cõstat, naturalis aqua est baptismi materia.

CONCL. IIII.

Si aqua per transmutationem accidentalem alteretur, bene poterit esse baptismi materia, non autẽ si substantialiter transmutetur. Ratio est, quia si aquę substantia mutetur, iam nõ est aqua, quæ est huius sacramenti materia.

Appen. Hinc in uino lymphato non potest baptismus cõferri, quia ibi aqua est substantialiter in uinum transmutata.

Appen. Hinc in iure carniũ poterit confici baptismus, quia ibi solũ est alteratio per iuxta positionem pinguedinis carnis. Dũmodo pinguedo tanta non sit, ut an ibi aqua existat, dubitetur.

Hæreses. Hinc cõfutantur uarij circa baptismi materiam errores. primus fuit Seleuci, & Hermiæ, & Galatarum, qui asseruerunt baptismi materiam esse ignem. Secundus Armeniorũm affirmãtium non solam aquam, uerum etiam Chrisma esse de necessitate baptismi; ita ut sine oleo sacro nõ possit fieri baptismus. oleum autem non est nisi de necessitate præcepti ecclesię, atq; ita peccaret minister, necessitate secluſa, illud prætermittens. Tertius Vualdensium quibus adhæsit Ioannes Vuiclef, hi cõtra ecclesiæ præceptum tenuerunt nullo modo oleum esse in baptismo miscendum. Vltimus fuit quorundam qui appellati sunt flagellantes, hi affirmarunt, aquæ baptismum iam cessasse, mutatumq; fuisse in baptismum sanguinis. Contra istos errores doctissime agit Pater a Castro hæresi. i. 7. 8. & 12. verbo baptismus contra hæreses.

Art. II. I. Quænam est baptismi forma.

CONCL. I.

Al. Alẽ. q. 13. m. 3. ar. 1. 3. d. Tho. q. 66. ar. 1. d. Bon.

Præcisa baptismi forma, sub qua ablutio baptismi sacramẽtum efficitur, est, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. patet Matth. ult. ubi expresse legitur, dicitur enim, †euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c.

Prima

Prima diffi. Est ne actus baptizandi, ut ab ecclesia latina, & græca exprimitur necessario exprimendus?

CONCL. I.

Necessaria est talis expressio actus. definira est c. 1. de baptismo, & eius effectu, ubi annullatur baptismus, quia non fuit in eo baptizandi actus expressus.

Secunda diffi. An necessaria exprimenda sit persona baptizanda?

CONCLVSIO.

Necessario quidem est recipiens baptismum exprimendus. patet Mat. ul. ubi dixit baptizantes eos. sicut. n. hæc uerba, ego absoluo a peccatis, non expressa persona pœnitētis, nihil significarent, ita neque hæc, ego baptizo in nomine patris, &c.

Hinc nullus poterit seipsum baptizare. ideo. n. Christus dixit, baptizantes eos. nam sicut in generatione naturali nemo potest seipsum generare, ita neque in spirituali regeneratione poterit quis per baptismum, qui regeneratio est, seipsum regenerare.

Tertia diffi. An sit persona ministri necessario exprimenda?

CONCLVSIO.

Necessarium est ut persona ministri exprimatur, uel subintelligatur. Ratio est, quia forma baptismi non solam interiorem ablutionem animæ per gratiam, uerum etiam exteriorē corporis, quæ fit a ministro, significat. Dicente D. Aug. Sacerdos tangit corpus, & Christus interius abluit. forma. n. Baptismi est intelligenda, secundum propriam suppositionem, qua usus est Dominus Iesus, illam instituens.

Quarta diffic. An sit Baptismus sub hac forma, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & humanitatis Christi?

CONCL. I.

Si minister tunc intellligit sacrm Baptismi habere uirtutem ab humanitate Christi Iesu tanquam a causa principali, non baptizat, propterea, quod potius facit sensum hæreticum, quam sufficientem, quia humanitas Christi non est causa principalis, sed moralis tantum & meritoria, ut supra de monstrauimus.

CONCL. II.

Si uero intelligat habere uirtutem ab humanitate, tanquā a causa meritoria, uere conficit; Ratio est, quia illa addi io non mutat sensum formæ consuetæ, atque ita sufficeins forma, censetur. Idem iudicium erit, si in fine formæ ponatur

& reliq. d. 3. Ric. q. 3. ar. 2. Sco. q. 2. Dur. q. 1. d. Bon. q. 1. ar. 1. † Mat. ult. Ale. v. ibi 1. ar. 1. d. Th. ar. 5. d. Bon. q. 2. Ric. q. 2. ar. 3 Ale. ibi, ar. 2. §. 4 d. Th. ar. 5. Ric. q. 3. ar. 2. Mat. ult. Appen. Mat. ult. Ioan. 3. Al. ar. 2 §. 1. d. Th. ar. 5. Ri. q. 3. ar. 2 Contra Petil. li. 3. c. 49. Mat. ult. Ale. ar. 2 §. 3. d. T. ar. 6. Ri. ar. 2. q. 3 reliqui i præsenti ar.

Appen.

So.d.1.q.1.ar.8. natur,& in nomine uirgin. Marię. nam si minister intelligat uirginē Mariam Sanctissimam esse causa principalem,non fit Baptismus , si uero causam impetratoriam , uere baptizat.

Ale.ar.2 §.3.d.T. r.6.Do. Pon.q.3. ar.2.Ri. q.3.ar.2

Quinta diffic. An fiat Baptismus sub hæc forma,Ego te baptizo in nomine genitoris,geniti,& spiratu?

Duæ sunt extremę opiniones. Prima est communis omnium Theologorum Alex. Alen. D. Bona. Sco. & Dur. ubi supra. Altera est glossę in can. multi sunt, de consecra.dist. 4. & Caiet. lococitato D. Tho. s. Baptismum sub hac forma conferri posse.

CONCLVSIO.

Sub tali forma neque licet conficere, neque fit Baptismus, probatur quia nō seruatur sensus formæ a Christo institutæ. nam pater,& genitor non sunt nomina synonyma,non enim significat idem,& eodem modo:nam etsi pro materiali significent idē,id est eandē personā patris, pœnes formale significatum differunt.formale enim patris est relatio scilicet paternitas constitutiua patris, at uero formale genitoris est notio, id est notionalis actio scilicet generatio,atq; ita nō significāt eodem mō,quod desideratur,ut formę cōsuetę sēsus seruetur.

D.Th.ar ii.5.

Sexta diffic. An si quis dicat,Ego te baptizo in nomine Patris & Iesu Christi,& spiritus Sancti, sit verum baptisma?

Duæ sunt opiniones 1.tenet partem aientem. propterea quod nomen Christi Iesu est proprium nomen Filij Dei,& ideo licebit loco Filij proprium nomen collocare.Altera partem negantem defendit quia nō seruatur forma a Christo instituta qui uoluit nomen Filij exprimi ad declarandum misterium Sanctissimæ Trinitatis,& processionem a patre quæ nō ita in nomine Christi , sicut in nomine Filij explicatur.

Hæreses.

Duæ fuerunt hæreses circa hunc articulum, una quorundā Marciarum, qui baptizabant in nomine ignoti patris omnium & ueritate omniū matre,& in eo qui descēdit in Iesu. Secūda hæresis fuit Paulianistarum,& Chataphrigū, qui in nomine Trinitatis minime baptizabant. hæ autem hæreses cōfutantur in hoc art. Contra quas etiam lege Can.Paulianistæ 1.q.i. & Can.quedam autem 24. q. 3. & Ca. si uero, de consecra.d.4.& patrem a Castro hæresi 2. uerbo,Baptismus.

Lege DD. ar.3.px. citatos.

Art.III II..An in nomine Christi tantum possit Baptismus conferri?

De hoc art. tres fuerunt opiniones. Prima est communis Alex. Alen.art.2.§.3.D.Tho.art.6.D.Bona.q.2.Duran.& aliorum ubi supra hi tuentur nullum esse Baptismum in nomine Christi duntaxat collatum.

Secunda

Secunda & contraria opinio est D. Ambrosij quem citat & sequitur Mag. d. 3. cui etiam adhæserunt Caiet. ubi supra, D. Tho. & Adrianus, in materia de Baptismo.

Tertia opinio est Ricardi, & Scoti, qui in hac re ancipites esse uidentur. ait enim Ricar. Baptismum sub tali forma collatum, esse sub conditione reiteradum.

CONCL. I.

Apostoli baptizabant in nomine Christi tantum nam c. 2. & 8. fo. in Actibus Apostolorum legitur, D. Petrum iussisse quosdam in nomine Domini Iesu Christi baptizari, & confirmatur in Can. quodam, de consecr dist. 4.

CONCL. II.

Baptizarunt Apostoli prædicto modo ex diuina reuelatione, & dispensatione, quia Apostoli, neque tota Ecclesia potuerunt propria authoritate sacramenta instituere, uel institutas formas mutare, ut ex superioribus constat, quare non baptizassent in nomine Christi, nisi diuina reuelatio & dispensatio interuenisset, quod fuit factum, ut nomen Christi crucifixi amabilissimum homnibus redderetur. *Hæc est cõis opin.*

CONCL. III.

Si Baptismus modo in nomine Christi tantum uel Sanctissimæ Trinitatis implicite confetur, non erit sacramentum. Definita est a Gelasio Papa in Canon. si reuera, & in Cano. multi de consecr. d. 4. ubi dicuntur agere contra præceptum Euangelicum sic baptizantes, & baptismum esse reiterãdum, & cap. 1. de Baptismo & eius effectu. ubi utraq. pars conclusionis expresse definita habetur.

CONCL. IIII.

Baptismus in nomine unius personæ tantum collatus non est uerum sacramentum. constat ex difinitione Zachariæ Papæ Can. in Synodo Anglorum de consecr. d. 4. ubi dicitur perfectum christianum non esse qui non fuerit baptizatus in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Christus enim Matth. ultimo instituens formam tres diuinas personas expressit. *Mat. ult.*

Art. V. An requiratur immersio baptizati in aquã?

CONCLVSIO.

Baptismum collatus per effusionem & aspersionem aquæ, est uerum sacramentum. constat ex 2. & 4. cap. actuum, ubi legitur Apostolos una die baptizasse 3000. hominum, & die altera 5000. & cum hi essent iam adulti, non poterant Apostolis præ corporis magnitudine in aquam immergi, & *Alex. q. 13. so. m. 4. d. Tho. q. 66. ar. 7. & 8. d. Bon. ar*

ẽ.2.in 3. d.& reliqui ibid. Ric. ar.4 q.3. Sco. d.6.q.3. Appẽ. 1

extrahi. unde fit perspicuum per aspersionem hyssopo facta uel per infusionem aquæ super faciem, aut caput, tot hominum millia una die Baptismum recipisse.

Hinc si quis alium per aspersionem, uel infusionem, siue immersionem baptizat & non dicat, Ego te baptizo, sed Ego te abstergo, infundo, aut immergo, dummodo uerbum modo baptizandi; respondeat ut si dicat, Ego te aspergo in nomine Patris &c. erit uerum sacramentum patet, quia ablutio, quæ est de necessitate Baptismi, potest uno horum trium modorum fieri.

Appẽ. 2

Si uerbum non respondeat modo baptizandi; ut si baptizans per aspersionem dicat, Ego te immergo in nomine Patris &c non erit sacramentum. Ratio est, quia talis propositio est falsa, forma uero sacramenti est propositio uera.

Appẽ. 3 So. d.i.q. i.art.8.

Si quis per uerbũ spergo, immergo, &c. prætermisso uerbo babtizo, conferat Baptismum, ueniali culpa non carebit. & tantum inde posset scandalum oriri, ut mortaliter peccaret.

Prima diffic. An si minima pars corporis baptizetur, sit verus Baptismus?

Duæ sunt opiniones; una affirmans; altera negãs D. Tho. q.65.art.ad.4.& Ric. ubi supra..

CONCLVSIO.

Hæc est Ricar.

Si aliqua pars minima corporis baptizaretur, esset Baptismus sub conditione reiterandus: si autem pars principalior ut caput, siue tergum, non esset reiterandus. probatur: quia quando est opinionum uarietas, tutior est amplectenda, iuxta celebrem illam iuris regulam: in rebus dubijs pars certior tenenda est.

Appẽ. 1

Si capilli tãtum abluantur, iterandus erit Baptismus. Ratio est, quia ut sit Baptismus integralis, saltem pars in qua est ablata tota abluenda est: capili uero non sunt partes integrales, cum partes integrales uiuant anima rationali, & per illas aliquis maior, aut minor esse dicatur quorum quidem neutrum capillis quadrat.

Appẽ. 2

Si aqua solum tangat uestes, & non corpus, non erit Baptismus, cõstat, cum ex proxima concl. tum ex Baptismi definitione, qua dicitur, Baptismus est ablutio corporis exterior facta sub certa uerborum forma.

Secunda diffic. An sit trina immersio de necessitate Baptismi?

CONCL. I.

Non est de necessitate, ita quod si non fiat trina, uel una, nõ sit uerus Baptismus, definita est in Cã, de trina, de cõs. d.4.

Ser-

CONCL. II.

Seruanda tamen est Ecclesiæ matris consuetudo. definita est in Conc. Tole. 4. cap. 5. Appen.

Hinc colligitur, trinam, uel unam immersionem de necessitate præcepti esse quo ad baptizantẽ: ita ut si non semel immergeret, sed ter, ubi semel immergendi esset consuetudo; Baptismum quidem conficeret, sed ita conficiendo, grauiter pecaret.

DVBIVM.

Quorsum igitur Ecclesia, ut trina fieret immersio in Can. trina, & in Cano. eodem modo, de conser. d. 4. instituit.

Respondeo duabus de causis. Prima ut hæresis Arrianorum confutaretur, qui non Trinitatis sanctissimę nomine, & trina immersione (quia male de sanctissima Trinitate sentiebant) sed in nomine mortis Christi, duntaxat baptizabant. putabant enim Christum Iesum purum esse hominem, neque Dei filium, nisi propter meritum quod præcipue in morte habuit ut constat ex Cano. si quis præsbyter, de consecr. d. 4. Secunda ad confutandam hæresim Donatistarum, & eorum qui putabant tres esse Deos. ideo in Conc. Tolet. citato, quod refertur Cano. propter uitandum, de consecr. d. 4. definitum fuit ut una tantum immersione Baptismus conficeretur.

Hæresis Arrianorum.

Hæresis Donatistarum.

Art. V 1. An sint tria genera baptismi, fluminis, sanguinis, & pœnitentię, & unumquodq. illorum sit sacramentum?

CONCL. I.

Tria sunt baptismata. Vnũ aquæ, seu fluminis: alterũ pœnitẽtiæ, seu flaminis. ut contritio, quę oritur ex flãma charitatis in Deũ. Tertiũ sanguinis, quo martyr proprio sanguine ablui tur. probatur authoritate D. Aug. & habetur de consec. d. 4. cap. Baptismi uicem. horũ triũ Baptismatũ expresse meminit.

Ale. q. 12 m. 1. D. T. ubi supra ar. 11. 12. D. Bon. to to arti. 1. Ric. to 10 arti. 2. et reliqui dist. 4

CONCL. II.

Inter hæc tria baptismata, solum aquæ baptisma est sacramentum: solum enim confert gratiam ex opere operato. Solum hoc refertur inter septem Ecclesiæ sacramẽta: solum requirit determinatam materiam & formam, & ministri intentionem, quæ de necessitate sacramenti esse dicuntur, ut ex superioribus constat: & solum est ordinarium remedium ad originalis peccati ablutionem.

CONCL. III.

Contritio, & Matryrium, cum in illis, qui aquæ Baptismũ non recipiunt, illius uicem gerant, Baptismata appellantur. pa cet. quia per hæc duo baptismata aquæ affectus, remissio scili-

cet originalis culpæ,& actualis comparatur,confirmatur exemplo Cornelij,qui Act. 11. censebatur iustus per contritionem ante Baptismum,& ex Can. Baptismi uicem citato & de martyribus Apoca. 7. legitur hi sunt, qui uenerunt ex magna tribulatione,& lauerunt stolas suas in sanguine agni, ubi martyrium, ablutio,siue lotio nominatur,quemadmodũ & apud Isaiam dicitur, si abluerit Dominus sordes filiarum Sion &c. ubi contritio nuncupatur.

Act. 11.

Apo. 7.

Isa. 4.

CONCL. IIII.

Omnes lotiones, & ablutiones ueteris legis, & omnes figurę Baptismi, nunc baptismata figuralia appellantur, constat ex D. Paul. 1. ad Corint. 10. nolumus uos ignorare fratres quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, omnes mare transierunt,& omnes in Moyse baptizati sunt,in nube,& in mari, quo in loco per Moysen Ecclesiæ minister figuratur, per nubem Spiritus Sanctus, cuius gratia datur Baptismum recipientibus,intelligitur, & per mare aqua, quæ est Baptismi materia,indicatur.

1. Cor. 10

Prima diffic. Qui baptizatur sanguine proprio per Baptismum, cum iam sit iustificatus, si super uixerit, erit ne baptismate aquæ baptizandus?

Ale. m. 4 ar. 4. Th. ubi supra d. Bon. d. 6. q. 2. ar. 1. 1. reliq. d. 4. Ioan. 3. Appen.

CONCLVSIO.

Erit quidem Baptizandus. Ratio est, quia Baptismus aquæ est necessarius, uel in re, uel in uoto, etiam iustificatis,iuxta illud Ioannis 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto &c.& constat exemplo Cornelij iusti,qui fuit nihilominus baptizatus.

Hinc collige Baptismum flaminis, & sanguinis simpliciter non sufficere, sed secundum quid, id est, non habita Baptismi aquæ copia.

Secunda diffic. An Baptismus sanguinis, aquæ, vel flaminis, Baptismus præstet?

Duæ sunt de hac difficultate opiniones. 1. Alex. ar. 5. m. 4. D. Bona. & Dur. locis citatis. hi defundunt hæc baptismata habere se sicut excedens& excessum. Altera opinio est, D. Th. art. 2. qui affirmat quantum ad effectuum & modum efficiendi prævalere Baptismum flaminis Baptismo aquæ, & utroque esse præstantius martyrium.

CONCL. I.

Baptisma sanguinis quo ad gratię infusionem reliquis duobus præfectius esse censetur, definita est ab Ecclesia in ca. cum Marthæ, de celebrat. Missa. ubi Ecclesia prohibet orare pro mar-

martyre, nam dicit iniuriam facere martyri qui pro illo orat. non autem prohibet pro baptizatis aqua & flamine orare, quare maiorem gratiam infundet baptiſma ſanguinis, maioriſque meriti iudicabitur.

CONCL. II.

Maioris meriti eſt Baptiſmus flaminis quam aquæ. Ratio eſt, quia in Baptiſmo aquæ datur æqualis gratia paruulis, & adultis, ut alibi diximus: at uero gratia, quæ datur per Baptiſmum flaminis, reſpondet deuotioni ſuſcipientis, uel operantis, atque ita iuxta maiorem deuotionē maior gratia dabitur; & per conſequens, erit maioris meriti flaminis Baptiſmus.

CONCL. III.

Si modū canſandi gratiā cōſideremus, Baptiſmus ſanguinis Baptiſmo flaminis, & flaminis Baptiſmus aquæ Baptiſmo præſtabit. Ratio eſt, quia perfectiorem modum operāndi habet Baptiſmus ſanguinis, quam flaminis, & flaminis quam aquæ. nū baptiſmus ſanguinis, operatur per ſanguinis effuſionem, flaminis per dolorem, & amorem erga Deum, aquæ uero baptiſmus per ſolam exteriorem ablutionem.

Alex. q. 23. m. 7. d. Tho. q. 66. ar. 9. d. Bon. d. 6. q. 6. Ric. eadē d. q. 1. ar. 4. Sc. ibi. q. 7. 8 Dur. ibi. Vega li. 2. ſuper Conc. Tr. c. 10. Caſtro uerb. baptiſ. hæreſi. 6

Art. V. II. An Baptiſmus reiteraui poſſit

CONCLVSIO.

Batiſmus iterari non poteſt, definita eſt in multis Concil. Cartagin. Vienen. Flor. & Trident. Seſſ. 6. ca. 9. de ſacramentis in genere, & ibidem cap. 11. de Baptiſmo, & in multis textibus de conſecr. d. 4.

Hinc iure optimo ab Eccleſia irregularitatis pœna ſcienter rebaptizati, & rebaptizantes puniū ur, ut ex Cano. eos quos, de conſecr. d. 4. conſtat. Quid ſi uterque ius canonicū ignoret? Reſpon. quando irregularitas, uel aliqua pœna canonica propter factum iure diuino prohibitum imponitur, etiam ab ignorantibus incurritur.

Appen. *Dub. 1. Sco. ē, & ex cōmuni ſententia d. 6. q. 8.*

Quid ſi aliquis dormiens, ſue ignorans rebaptizetur? Rñ. nequaquam efficitur irregularis: nam tex. in cano. qui bis. de conſ. d. 4. ubi dicitur: bis ignoranter baptizatos ordinari non poſſe, quem in ſuum fauorem adducunt. D. Ant. 3. p. ti. 14. ca. 13. §. 12. & Palud. d. 16. q. 4. nullam habet uim. quia non eſt alicuius pontificis, aut Conc. ſed einſdem doctoris.

Dub. 2. Lege Sco. d. 6. q. 8.

Quando dubitatur, ſit ne aliquis baptizatus, quanta probabilitas ad non rebaptizandum ſufficiet? Reſp. ſi aliquis baptizauerit paruulum, antequam ad Eccleſiam ducatur, tenetur curatus inquirere, ſub qua forma, & intentione baptizatus ſit, etſi rite baptizatum inuenerit, iterum etiam ſub conditio

Dub. 3.

ne baptizans irregularis efficietur. Constat ex c. de quibus, extra, de baptismo, & eius effectu, ubi definitum est solum licere sub conditione baptizare, quando dubium fuerit, sit ne paruulus, an non, baptizatus.

Appen.

Hinc colligitur, ineptissime facere curatos paruulos rebaptizantes, quando de priori baptismo non est dubium.

Appen.

Hinc quoque colligere licet, adultos scrupulosos natos parentibus fidelibus non esse sub conditione rebaptizãdos, quia temerarium est illud in dubium uertere, cum nullam habeat dubitandi occasionem.

Si infidelis qui nil de euangelio audiuit, amens fiat, & tota illa prouincia ad fidem Christi conuertatur, erit ne baptizandus?

Dubium.

CONCL. II.

So. d. i. q. uni. arti. 12.

Nequaquam est baptizandus, nemo enim nisi uolens de statu uitæ suæ disponere iudicatur.

Secunda diffic. Quando puer secrete baptizatus est, sunt ne benedictiones ecclesiæ, & cæteræ cærimoniæ repetenda?

CONCL. I.

Sũt quidem. Ratio est, quia istæ solemnitates iuuãt, ut puer gratia baptismali, postea melius utatur. Quid si repetitis solẽnitatibus intelligat sacerdos puerum non esse baptizatum?

Dubium.

CONCL. II.

Debet denuo solemniter illum baptizare. Ratio est, quia solemnitates non sunt de essentia baptismi, atque ita poterunt reiterari.

Hær. ser.

Hinc per primam concl. euulsæ manent hæreses multorũ Anabaptistarum, qualis fuit Donatistarum hæresis, qui rebaptizabant ab ecclesia Romana baptizatos, asserentes apud illos tantum esse uerum baptismum. & error Cypriani, & aliorũ Aphricæ episcoporum, qui definierunt odio aduersus hæreticos ductis, baptizatos ab hæreticis fore rebaptizandos: qui quoniam pertinaciter non asseruerunt, hæretici non censentur. fuit etiam error cuiusdam Balthassaris, quia paruulos nõ fuisse uere baptizatos asserens, homines rebaptizandos esse docebat.

Art. VIII. An baptismus ab eius institutione ante mortem Christi cœperit obligare.

Alex. q. 12. m. 3. d. Tho. q. 66. ar. 2. & i. q.

CONCL. I.

Baptismus ante mortem Christi Iesu uirtutem regenerandi. i. conferendi gratiam, & remittendi peccata habuit. patet Ioan. 1. qui me misit baptizare dixit mihi; super quem uideris Spi-

Spiritum deſcendentem, & manentem, ipſe eſt, qui baptizat in Spiritu Sancto, id eſt inſtituit Baptiſmum habentem uim regenerandi, & ſanandi. nam baptizare in Spiritu Sancto eſt talem Baptiſmum conferre. 2.q.103 ar. 4. D. Bon.d.3 ar.3. Ri. artic.ult. Sco.q.4. Dur. eadem d.3.

CONCL. II.

Baptiſmus, ante mortem Chriſti uim obligandi non habuit. Ratio eſt, quia nunquã lex uetus cucurrit cum Euangelica quo ad obligationem. lex autem uetus nõ fuit euacuata, quo ad obligationem ante Chriſti mortem. non enim euacuatur umbra niſi aduenientе ueritate. & Hæbr. 10. lex fuit umbra futurorum bonorum id eſt mortis Chriſti &c.

Prima diffi. Cur igitur ſi habuit uim ſanandi non etiam obligandi.

CONCLVSIO.

Nulla lex obligat, donec ſit ſufficienter promulgata. patet ex Can. in iſtis, d.4. ubi dicitur leges tunc inſtituũtur, quando promulgantur: quamobrem ſi non ſit ſufficienter promulgata, non erit ita inſtituta ut uim obligandi habeat. ut conſtat ex ca p. cognoſcentes. de conſtitutionibus extra. ubi habetur igno rantes leges nullum incurrere detrimentum.

Secunda diffic. Quando igitur lex erit ſufficienter promulgata?

Nota, quod lex aut irritat factum, ut ſi conderetur lex dicẽs: omnes contractus cenſus deinceps ſint nulli: aut lex nõ irritat factum, ſed tantum prohibet, uel præcipit aliquã actionem, ut ſi lex aliqua noua diceret: poſt hac omnes Quarta feria a carnibus abſtineant.

CONCLVSIO.

Quãdo lex irritat factum, ſatis eſt, ut in curia principis promulgatur ut tale factum ſit irritum, etiam ab ignorante legẽ inuincibiliter. probatur ex cap. uenientes. extra de iure iurando. ubi dicit in omni iuramento intelligendum eſſe ſemper ius ſuperiorum exceptum, ſi illud non irritauerit, ergo a ſimili dicẽdum eſt de omni contractu, quem poteſt princeps impedire, ne fiat, & factum irritare. hæc eſt communis ſententia circa legem non irritantem factum, ſed prohibentem, &c. Fl. Theo. q. ſuper 4. lib. ſen.

Sunt duæ opiniones, 1. Sco. ubi ſupra, & quorundam Canoniſtarum. ut Abbatis Panor. in cap. cognoſcentes, ſupra citato, qui tenent debere publicari, cum quadam ſolemnitate, id eſt quarumdã perſonarum citatione &c. etiam ſi ſingulis ciuitatibus Diœceſum, ut ſubditos obliget, & ſufficienter promulgata cenſeatur.

Contraria opin. quam sequitur So. li. 1. de iust. & iu. q. 1. ar. 4 ait, quod facta talis legis promulgatione in curia principis vel in ciuitate Metropolitana regni, obligantur omnes ad illius obseruantiam. excusantur tamen a peccato ignorantes illam inuincibiliter; ut sunt, qui a curia remoti uiuunt. Itaque prima opin. ignorantes inuincibiliter non obligat, secunda obligat, & per ignorantiam excusatur a peccato.

CONCL. II.

Promulgatio sufficiens, & solemnis talis legis debet fieri, etiam in singulis ciuitatibus diœcesum, ut obliget subditos, probatur. quia lex iusta neminem obligat ad impossibile. uide cum impossibile erit sic ignorantes legem inuincibiliter, illam seruare, impossibile erit ad illam obligari. Secũdo, quia lex est forma, & regula uiuendi subditis imposita, & cum impossibile sit talem legem esse formam uiuendi ignorantibus eam inuincibiliter, impossibile profecto erit ignorãtes inuincibiliter tali lege obligari.

Appẽ. 1 Hinc sequitur. Primo quod quamuis in legis promulgatione dicatur, præcipimus uniuersis sub nostra ditione &c. intelligitur, postquam ad eorum notitiam talis lex peruenerit, alioquin esset iniusta. nam, ut constat, ad impossibile obligaret. uerum obijcies. sequeretur inde, principem non imponere legem, sed legis promulgatorem. Respondeo: non ualet ratio. nam Apostoli fuerunt totius legis Euangelicæ per orbem promulgatores: & tamen nemo hactenus dixit, fuisse legis authores.

Appẽ. 2 Hinc ignorantes inuincibiliter legem, ut habetur in con. Sco. dicuntur excusari a legis obseruantia, non quod teneantur ad illam: sed potius, quia non tenentur. patet exemplo legis ieiunij, a qua dicuntur excusari qui nondum nati sunt 12. annos, propterea quod ad illam minime tenentur.

Art. IX. Quando cessarunt legalia?

Ale. q. 6. m. 5. & q. 7. m. 9 d. Tho. d. Bona. & Rica. ubi supra.

De cessatione legalium. Tres sunt opiniones. Prima D. Hieronymi: & continetur his tribus propositionibus. Prima a lege data per Moysen in monte Sinay usque ad mortem Christi, legalia fuerunt necessaria quãtum ad obligationem præcepti, & utilia quãtum ad obseruantiam. quia existenti in gratia erat talis obseruatio meritoria.

Secunda propositio. statim a morte Christi legalia fuerunt mortua quo ad obligationem, & significationem, & mortifera, quia peccabant Mortaliter legalia obseruantes, & erant hæretici: nam per illa significabant, Iesum nondum uenisse.

legalia

legalia.n.Iesum uenturum figurabant.

Tertia propositio.Apostoli post mortē Iesu nō uere utebā tur legalibus;sed pia quadā simulatione,se vti illis fingebant.

Secunda opi.est D.Aug.cuius sententia tribus propositionibus comprehenditur.

Prima;a Moyse usque ad mortem Christi legalia fuerāt ne cessaria,erant.n.sub præcepto.

Secunda propositio,a morte Christi usque ad sufficientem euangelij promulga ionem,neque fuerunt necessaria (quia neque fuerunt sub præcepto) neque utilia, præsertim circumcisio.quoniam non erat signum gratiæ, erant tamen conuersis ex iudaismo licita.

Tertia prop.a sufficienti euangelij promulgatione vsque ad finem mundi sunt,& illicita,& mortifera.hanc opi.sequūtur D.Th.Ric.& Dur.ubi supra.

Tertia opin.est Sco.ubi supra ar.2 & potest tribus propositionibus concludi.

Prima;circumcisio, ex quo fuit data Abrahæ vsq; baptismi institutionem,fuit ex eius familia descendentibus utilis,& ne cessaria.

Secūda;ab institutione baptismi vsq; ad sufficientem euangelii promulgationē factam post mortem Christi; neq; circūcisio,neq; baptismus fuerunt necessaria, bene tñ ad salutē utilia,quia conferebant gratiā suscipienti.poterant. n.homines saluari,uel per baptismū,uel per circuncisionē.in hac parte discedit a D. Th. dicente statim a morte Christi circuncisionē nō fuisse utilē.quia nō erat signum gratiæ, bene tamē licitā.

Tertia, a sufficienti euangelii promulgatione circuncisio neque utilis,neque necessaria erat.fuit tamen licita multo ēt post mortem Christi;ut synagoga cum honore sepeliretur.neque in hac re consentit cum D.Th.dicente a sufficienti euangelii promulgatione legalia fuisse mortifera.

CONCL. I.

Quantū ad figuralē significationem legalia omnia statim a morte Christi cessauerunt;ita ut uere fuerint mortua.patet. quia nil significabant.legalia.n.erant figura gratiæ conferendæ per passionem Christi exhibendæ;ut in Con. Flo.habetur & adueniente ueritate,cessat figura.unde Luc.18.ecce ascēdimus Hierosolymam,& consumabuntur omnia,&c. Luc.

Hinc obseruatio legaliū insensu figurali tunc fuit lethalis habentibus notitiam prædicationis,& miraculorum Christi. patet.erant.n.hæretici seruantes illa in sensu figurali.quia negabant Appē

gabant Christi aduentum,& mortem,nostramq. redemptionem. nam ut fuisset tunc hereticus dicens uerbotenus Christum nõdum uenisse; ita etiam qui illũ facto aliquo negasset.

Appẽ. 2 Hinc,qui longe aberant a Hierosolymis ignorantes inuincibiliter aduentum, mortem, & miracula Christi &c. & protestantes fidem uenturi in esu agni paschalis, quemmadmodum in sacra scriptura continebatur, neq; peccabant mortaliter, neq; heretici iudicandi erant. Ratio est, quia scriptura sacra tunc Christum uenisse protestabatur: atq; ita referentes se ad illam idem confitebantur:& ideo minime peccabant.

CONCL. II.

In sensu literali legalia fuerunt a morte Iesu usque ad sufficientem euangelij promulgationẽ,non quidem gentibus,sed iudæis obligatoria.Ratio est, quia ante promulgationem euãgelij non constabat iudeis de reuocatione legalium quantum ad sensum litteralem. & lex semper obligat, donec de eius reuocatione constet:deinde sicut non incipit obligare lex aliqua nisi post sufficientem eius promulgationem, ita neq; desinit obligare, nisi post sufficientem reuocationis promulgationem. tũ etiam quia nõ magis cõstabat iudeis de reuocatione legalium post mortẽ Iesu ante promulgationem Euãgelij, quam illo uiuente;ipse autem docebat eos legalium obseruantiã,(fuit enim circũcisus,oblatus in tẽplo,quinq; ficlis redemptus)quare in sensu literali tenebãtur legalia seruare.nõ enim per sufficientem promulgationem constabat illis reuocatio.

CONCL. III.

Conuersis a circunsione post sufficientem euangelij promulgationem legalium obseruatio in sensu literali fuit tan-
c.16. 18. 21. tum licita usq; ad tempus per Apostolos, uel per Ecclesiam determinatum constat ex multis locis actorum.nam D.Paul. circuncidit Timotheum, & rasit caput iuxta ritum nazaræorum. & secundum legis ritum ingressus fuit templum, & purificatus. & eodem loco habetur, credentes ex circuncisione fuisse legis æmulatores id est ex nimio zelo obseruatores & tamen neq;, D.Paul. nec alij peccarunt,quia spem salutis in eorum obseruantia non collocabant idq. ut synagoga cum honore sepelliretur, solummodo faciebant.

Appẽ. 3 Hinc tempore, quo euangelium promulgabatur, circuncisio licita quidem erat, non tamen utilis, uel necessaria. confirmatur ijsdem rationibus.

CONCL. IIII.

Ex quo Abraham circuncisionem accepit usq; ad Baptismi insti-

institutionem ante mortem Christi Iesu circuncisio descendētibus ex familia Abrahæ necessaria adultis simpliciter fuit, paruulis uero post octauum diem, quia ante diem octauum poterat illis per remedium legis naturæ subueniri. constat Gen. cap. 17. ubi ita legitur masculus, cuius caro pręputij nō fuerit circuncisa, delebitur illius anima de populo meo.

Supr. de sacra. in genere. Gene. 17

CONCL. V.

Vide vōnes 2. cōclus.

Ab institutione Baptismi usq; ad sufficientem euangelij promulgationem factam post Iesu mortem fuit circuncisio adultis iudæis necessaria, sicut ante Baptismi institutionem. Ratio est, quia subditus tenetur legem seruare: donec de illius reuocatione sibi constet. circuncisionis uero reuocatio non constituit, nisi post euangelij sufficientem promulgationem.

CONCL. VI.

Quamuis paruuli salutem per Baptismum ab eius institutione usq; ad sufficientem euangelij promulgationem consequebantur, parentes tāmē paruulos non circuncidentes mortaliter peccabant. Ratio est, non quod obligarentur propter paruulorum iustificationem (iam enim per Baptismum a peccato originali mundati erant) sed quia subditi tenentur seruare legem, donec constet de eius reuocatione.

Hæc concl. uidetur esse contra Sco. ubi supra, non tamen est: non enim asserendo, sed dubitando loquitur, nam ait: uidetur quod non tenebātur parentes prouidere paruulo, de alio remedio. sunt enim notanda Sco. uerba, dicit enim, ante octauum diem potuit baptizare paruulum, ubi apertissimè iudicat post octauum diem non sufficere Baptismum, sed necessariam esse circuncisionem.

CONCL. VII.

Per promulgationem euangelij Hierosolymis factam, fuit in illa diœcesi reuocata circuncisio, idem iudicium est de alijs diœcesibus. quia in illis tantum fuit reuocata in quarum metropoli fuit euangelium solemniter promulgatum. Ratio est, quia nemo obligatur ad impossibile) & per promulgationem euangelij in alio regno uel diœcesi factam plerunq; erat impossibile euangelij notitiam habere: ut si in insula v.g. Baleari esset euangelium promulgatum, & non liceret nauigare prę piratarum multitudine: & cum non tenerentur tunc euangelium seruare iudæi Valentię existentes, ad circuncisionem ob seruandam obligabantur.

Hinc si aliquis diœcesis Cæsaraugustanæ, esset in diœcesi & ciuitate Valentina, audiretq. alicuius legis canonicæ solem

Appē notan.

nem

nem promulgationem, teneretur illam obseruare, etiam si Cæsar Augustę non esset solemniter promulgata.

CONCL. VIII.

Post factam promulgationem euangelij per totum orbem: ut modo est, circuncisio, quacunque intentione fiat, erit mortifera. ait enim D Paul. ad Gala. 5. si circuncidimini, Christus minus proderit, est q. definita con. in cap. maiores, extra de Baptismo, & in Conc. Flor. sub Eugenio IIII. ubi habetur post sufficientem euangelij promulgationem, legalia omnia mortifera esse.

Gal. 5. So. de iu. & iu. li. 2. q. 5. ar ti. ult. Appē. 5 Caie. Cauen. 3 p. q. 37. ar. 1. Ale. m. 5. arti. 4. d. Bon. & Scot. ubi sup. reliq etiam d. 3. Ric. ar tic. 5. per totum.

Hinc colligitur censendam esse improbabilem Caiet. opinionem asserentis, quod si aliquis circūcideret se hac intentione, ut Christum imitaretur, non peccaret.

Prima diffic. Quando, & ubi Baptismus cœpit esse sub præcepto.

CONCL. I.

Cepit quidem, quam primum, fuit solemniter promulgatus. Ratio est, quia nulla lex obligat, donec sit sufficienter promulgata; atq; ita Baptismus, cū sit lex necessitatem imponens: ut cōstat Marc. ultimo qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. non obligauit, donec sufficienter promulgatus fuit.

CONCL. II.

Non cœpit Baptismi obligatio in toto orbe a die qua fuit Hierosolymis promulgatus. nam ut lex humana promulgata in uno Hispaniarum regno, non censetur in omnibus regnis inuictissimo Regi nostro Philippo subiectis sufficienter promulgata, ita neq; lex diuina de Baptismo Hierosolymis tantū manifestata, in toto orbe promulgata censebatur.

CONCL. III.

Baptismus cœpit esse sub præcepto in toto orbe, quando fuit facta promulgatio in præcipuis orbis ciuitatibus. Ratio est, quia facta hac promulgatione potuit omnibus innotescere. tunc enim dicitur lex sufficienter promulgata, quando notitia illius potest ad omnium aures peruenire. factaq. est huiusmodi promulgatio aut 30. anno a die pentecostes; ut author est D. Chrysostomus homilia 46. super Matth.

CONCL. IIII.

Facta euangelij promulgatione possunt multi inuincibiliter illud ignorare. patet exemplo Indorum qui ante quā Hispani ad eos peruenissent, euangelium inuincibiliter ignorare dicebantur.

Secunda

Secunda diffic. Vt Baptiſmus ſufficienter & ſolemniter promulgaretur quæ deſiderabantur?

CONCLVSIO.

Prædicatio, & miracula. Ratio eſt, quia tunc ſolemniter euangelium promulgatus, quando, eo modo proponitur: quo fidem faciat, & audientes credere teneantur; & qui nil de Ieſu audierant ſine miraculis, ad credendum minime obligabantur. ut conſtat Ioan. 15. ſi non ueniſſem, & locutus non fuiſſem: &c. peccatum non haberent, ſcilicet infidelitatis; ut D. Aug. declarat. *Marſuli. dd. ubi ſupra. Io. 15. D. Aug. Sco. di. 4. q. 6. d. 1. q. 68. ar. 1. Vegal. 5. ſuper Conc. Tr. c. 12.*

Tertia diffic. An euangelio ſufficienter promulgato, ſi adultus per contritionem, & Baptiſmum in uoto iuſtificatus. Baptiſmum contemneret, ſolo Baptiſmi contemptu damnaretur.

CONCLVSIO.

Baptiſmus ita eſt in præcepto, ut ſi adultus nullum aliud haberet peccatum, præter Baptiſmi contemptum, in æternum damnaretur, patet exemplo Nicodemi Ioan. 3. qui in fide & charitate accesſit ad Ieſum, & tamen dixit ille, niſi quis renatus fuerit. &c. & exemplo Cornelij, de quo ait D. Auguſt. ſi iam Spiritu Sancto accepto Cornelius baptizari noluiſſet, tāti ſacramenti reus fieret, & refertur de conſecr. d. 4. can. non dubitando. *Ioan. 3.*

Art. X. An peccauerit D. Petrus ſeruans legalia, quando fuit a D. Paulo reprehenſus?

Duæ ſunt opiniones. Prima D. Hierony. qui ſecutus eſt D. Chriſoſtomum, & alios græcos doctores, & habetur ſuper epiſtolam ad Gala. 2. in locum cum ueniſſet Antiochiam, &c. & in epiſtola 11. quæ habetur in ſecundo tomo D. Auguſt. ſcilicet Sanctum Petrum non peccaſſe ſequuntur autem D. Hiero. Adrian. in 4. q. 1. & Ioan. Maio. d. 3. q. 1. 4. *De ceßatione legalium. Gal. 2.*

Secunda opinio fuit D. Aug. aſſerentis D. Petrum peccaſſe.

CONCL. I.

Beatus Petrus ſeruando legalia Antiochiæ coram Chriſtianis ex gentilitate conuerſis, peccauit, probatur, quia illo facto conuerſi ex gentilitate fuerunt ſcandalizati, credentes legalia eſſe ad ſalutem neceſſaria. dixit enim B. Paulus, D. Petro: tuo facto cogis gentes iudaizare, quia non ambulaſti iuxta ueritatem euangelicam. *Gal. 2.*

CONCL. II.

Peccatum D. Petri fuit ueniale. Ratio eſt, quia factum D. Petri fuit licitum, & ipſe nolebat ſcandalizare, neque inde ſcandalum oriri exiſtimabat. & tunc quidem ſcandalum paſſiuum

suũ est peccatũ mor. quãdo scãdali conscius non illud euitat.

Alex. q. 22. m. 4. ar. 5. Th. q. 68. ar. 2. d. Bon. ubi supra Ric. d. 4. ar. 1. q. 3. Sco. d. 3. q. 4. et d. 4. Vveg. li. 5. sup Con ci. Tr. ca. ult.

Art. ult. An præceptum Baptismi sit ad salutem necessarium?

CONCL. I.

Post promulgationem Euangelij in toto orbe factam absque Baptismo, aut in re; aut in uoto, saluari nemo potest. ita enim definitum est in Conc. Trid. Sess. 6. cap. 4. his uerbis, translatio a statu, in quo homo nascitur filius primi Ade, in statu gratiæ, & adoptionis filiorũ Dei post euangeliũ promulgatum, sine lauacro regenerationis aut eius uoto fieri non potest &c.

CONCL. II.

Non sufficit paruulis ad salutem parentum benedictio quãdo deest aqua, qua baptizentur. Ratio est, quia tunc benedictio, & preces parentum, essent sacramentum, cum puer per illas ex opere operato iustificaretur: & ita essent plusquam septem sacramenta, quod est erroneum.

CONCL. III.

Paruuli possunt saluari per solum martyrium, quamuis nõ recipiant Baptismi sacramentum. patet exemplo sanctorum innocẽtium, qui ab Herode in odium Christi fuerunt occisi, quorum martyrium Ecclesia colit & tamen credendum est quosdam illorum circuncisos haud fuisse.

Hæreses. Caiet. & Gerson caute legendi.

Primum fuit error contra con. primam asserentium tantũ esse Baptismi necessitatem, ut adultus sine Baptismo in re nullo modo possit saluari. Secundo fuit error. Ioan. Vuicleph. Caiet. & Gerson. qui asseruerunt paruulos absq; Baptismo aquæ posse saluari, dixit enim Caiet. ubi supra D. Tho. si paruulus deficiẽte aqua signetur signo Crucis, saluabitur absque Baptismo, lege Vegam & Castro hæresi 9. ubi supra.

Alex. q. 17. m. 4. D. Th. q. 68. ar. 9. reliqui. dis. 4. D. Bona. & Ric. ar. 1. q. 1. & d. 9. ar. 2. q. 2. Sco. q. 1. 2. Dur. qũ. 5.

QVAESTIO SECVNDA DE RECIpientibus baptismum.

Hac q. d. 4. Mag. explicabitur.

Art. Primus. An pueri ante usum rationis sint baptizandi?

CONCL. I.

PAruuli in remedium contra originale peccatum baptizandi sunt. hæc con. est definita in multis Concilijs, & tandem in Trid. Sess. 6. cap. 4. & Sess. 7. de Baptismo cap. 12. 13. & 14. lege omnino Castrum ubi supra, qui concilia citat, & innumeras sanctorum authoritates affert.

CONCL. II.

Paruuli baptizati cum ad rationis usum peruenerint, legem

Chri-

Christi, quam in Baptismo receperunt, obseruare tenentur. expresse est definita in Conc. Trid. Sess. 7. de baptismo Can. 7. 8. & 13.

Hinc refutantur uariæ hæreses, quarum prima asserebat, paruulis nihil prodesse baptismum ante rationis usum, quæ fuit cuiusdam Petri de Bruis, quam ab inferis reuocarunt Anabaptistę, quibus subscribere uisus est Erasmus in prologo super Matth. dicens, si placeret maioribus Ecclesię, paruuli, cũ ueniũt ad ætatẽ adultam, essent interrogandi, an uellent seruare legẽ Christi, qui si nollẽt, suo arbitrio essent reliquẽdi. *Hæreses.*

Secunda hæresis fuit Pelagij negantis paruulos habere originale peccatum; atq. ita dicebat Baptismo minime indigere.

Tertia Manichæorum, & aliorum, qui dixerunt Baptismũ paruulis utilem esse, non tamen necessarium, quia parentum precibus præsertim deficiente aqua, poterant saluari. quem errorem amplexi sunt Ioan. Gerson. & Caiet. ut supra diximus. *Gerson. et Cai. cau. e legendi.*

Quarta hæresis fuit Cathaphrigum, & Marchionistarum, qui mortuos baptizare tentarunt, contra has hęreses, lege Patrem de Castro, uerbo Baptismus hæresis 3. 4. 5. 6. ubi copiosissimè illas confutat.

Art. II. An Paruuli infidelium inuitis parentibus sint baptizandi. *Ale. q. 8 m. i. Tho. ubi supra ar. 1 4. Bon. ar. 2 q. i. Ri. d. 6. q 3. ar ti 3. Sco. d. 4. q. 9. Dur. d. 4. qõ. 6.*

Tres sunt opiniones. Prima est D. Tho. & Ric. hi tenent nullo modo paruulos infidelium inuitis parẽtibus posse baptizari. Secunda opinio est Dur. qui ait si parentes infidelium sunt christianorum mancipia, possunt: sin minus, Baptismus nullum sortietur effectum. Tertia opinio est Scot. qui ait paruulos infidelium christianis principibus subditorum posse inuitis parentibus baptizari, dummodo hoc caute fiat: ne. s. post Baptismum parentibus reddantur, sed religiose nutriantur: & ne parentes hoc timentes trucident paruulos, ut a christianis non baptizentur. quod quidem dicit licere, non cuilibet, sed principi, qui est minister iustitię diuinę. tota autem controuersia inter Sco. & D. Tho. consistit in hoc: quod Sanctus Thomas dicit esse contra ius naturæ, paruulos ita baptizari, Sco. uero illud pernegat.

CONCL. I.

Princeps christianus potest paruulos infidelium sibi subditorum parentibus inuitis baptizare, dummodo eos christianis nutriendos tradat. confirmatur uarijs rationibus. Prima ex D. August. quia quando dominia sunt subordinata, parendum est dominio superioris, inferioris præcepto contempto, & cum Deus, qui est Dominus uniuersalis secundum legem *Ho. 6. de uerb. domini.*

natura-

naturalem, & euangelicam omnium paruulorum, præcipiat paruulos sibi per Baptismum consecrari, quamuis pater infidelis, qui est Dominus particularis, uelit oppositum, princeps, qui est minister iustitiæ, poterit illos auferre, & Deo consecrare. Dices uera, est D. August. sententia, dummodo non sit præceptum contra legem naturæ. lex enim gratiæ nõ destruit legem naturæ, sed perficit. auferre autem paruulos est contra legem naturæ. uerum quidem est legem gratiæ non destruere legem naturæ, de actibus uirtutum. nam lex naturalis, quæ prohibet accessum ad alienam, per legem Euangelicam perficitur, quę prohibet etiam concupiscentiam; at uero quæ est de conseruatione dominiorum, aliquando per legem Euangelicam destruitur lege enim naturali matrimonium cõsummatum est insolubile, & tamen si alter coniugum conuertatur ad fidem, & infidelis nolit cum conuerso habitare, poterit fidelis contrahere, & ita amittit infidelis dominium per legem gratiæ: dicente Apostolo, si infidelis discedit, discedat; non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi. Deinde in matrimonio rato si alter religionem solemniter profiteatur, manens in seculo, amittit dominium. tum, infideles regibus christianis subditi lege naturali sunt suorum bonorum Domini, & tamen compellentur soluere decimas de prædijs, quę a christianis emerunt; ut constat cap. de Terris, extra de decimis. præterea probatur concl. si aliquid obstaret, esset, quia pater non potest priuari paterna potestate, quæ sibi iure naturę conuenit. nam de lege naturæ est, quod filij sint sub potestate patris, & non matris, quemadmodum constat instituta de patria potestate. §. 1. ubi ita legitur, filius ex te, & ex tua uxore natus, sub tua potestate est &c. de patria potestate, l. si filius: nihilominus tamen Ecclesia præcipit paruulos reluctante patre baptizari; ut cõstat Can. Iudæi 28. q. 1. cuius uerba sunt, Iudei, qui christianas mulieres in coniugio habent &c. quod si admoniti fuerint, & noluerint, separentur, &c. filij autẽ, qui ex talibus nati sunt, fidem, atq; conditionem matris sequãtur: ad hæc tenent aduersarij, quod si de facto baptizentur, recipiunt characterem baptismalem. cõtra ad hominem argumentor, & confirmo concl. quod iure naturæ est nullum, & irritum & iure Euangelico uel Ecclesiastico non confirmatur tanquam licitum, semper est illicitum: etsi fiat, non tenet, ut patet de contractu simoniaco illis uerbis prohibito, scilicet quod gratis accepistis, gratis date: & de contractu matrimonij inter fidelem, & infidelem, qui quidẽ

Aug.

Lege totũ c. 5 Mat.

1. Cor. 7.

Cor. 7.

contractu

contractus propter solam prohibitionem a Deo factam, sunt nulli, quare si Deus, & Ecclesia, ut aduersari j affirmant, prohibent filios infidelium inuitis patribus baptizari: si de facto baptizentur, non recipient characterem. & confirmo, quia si Ecclesia expresse diceret, nolo paruulos inuitis parentibus baptizati, si de facto baptizarentur, non imprimeretur character, quia deficiente uoluntate Ecclesiæ, & parentum, non esset interpretatiua uoluntas paruulorum, quæ ad baptismum desideratur; ergo cũ Ecclesia per aduersarios hoc nolit, haud recipient characterem: quod est contra suam sententiam.

CONCL. II.

Paruuli infidelium, non subditorum principibus christianis, cum quibus nullum est nobis bellum inuitis parentibus baptizari possunt. Ratio est, quia si integrum esset expoliare patrem infidelem potestate patria uolentem suos paruulos occidere, multo magis profecto licebit, si uelit eos spiritualiter occidere. Dices minime licet, quia non sunt facienda mala, ut inde ueniant bona. & malum quidem est expoliare patrem infidelem potestate, quæ illi iure naturali competit. hæc tamen ratio nõ tollit uim concl. quia ordo charitas est in præcepto, & quando non patet alia uia salutis æternę, quam priuando proximum re aliqua temporali, possumus illum re illa priuare animo recompensandi, plusquam æquiualens, tunc enim nulla fit iniuria, & cum paruulis infidelium alia uia salutis non pateat, nisi eripiendo illos a patria potestate animo recompensandi iniuriam, consecrandoque illos Deo per Baptismum, non erit profecto facere malum & cũ ordine charitatis præferre teneamur uitam spiritualem, salutemq. æternam temporalibus bonis, inter quæ connumeratur patria potestas. *Ad Rom. 3.*

Prima diffic. An infideles adulti minis & terroribus ad Baptismum compelli possint.

Duæ sunt opiniones. Prima D. Tho. ubi supra art. 8. qui negat fieri posse. Altera, & contraria Sco. ubi supra. Nota distinctionem, qua facile hi Doctores conciliantur, uel fiunt minæ & terrores ad inferendam mortem corporalem, uel ad mortem ciuilem tantum ut est exilium. *Alex. ubi supra & D. Bona. loco cit. ita Ricar. d. 6. q. 1. art. 3*

CONCL. I.

Non potest princeps christianus primo modo infideles ad Baptismum compellere. definita est 45. d. Can. de iudęis, ubi ita habetur, præcipit Sancta Synodus nemini deinceps ad credendum uim inferri.

CONCL. II.

Secundo autem modo bene possunt hac forma, quicũque infidelis, aut baptizetur, aut ciuilem mortem patiatur, atque ita factum est in regnis Hispanię. patet concl. per legẽ cunctos populos, C. de summa Trinitate, & fide Catholica, ubi christianissimi Imperatores ita lege præceperunt, cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit imperium, in tali uolumus religione uersari, quam D. Petrum tradidisse Romanis, religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat. ex dictis facile soluentur aduersariorum rationes. Et qui obijciunt, hactenus Ecclesiam non fuisse usam tali potestate, neque legem de hac re statuisse, minime urgent: non enim talis lex esset statuenda: quoniam esset infidelibus scandalosa; propterea quod occiderent paruulos, ne a Christianis baptizaren tur. Deinde obijciunt, liceret, etiam infidelibus propter hanc causam bellum inferre, dareturque tunc bellum ex utraque parte iustum. nam iuste parentes iure naturę bellum inferrent, & christiani etiam propter præceptum de Baptismo. neque hæ rationes uim ullam habent, quia nobis non licet hac de causa bellum inferre, sed auferendi sunt cum cautela, ne parentes hoc subolfacientes illos trucident. Rursus disputant, si hoc licet peccant ergo parentes possidendo quia iniuste eos possident, nequaquam eos iniuste possident: quia iure naturæ possidẽt, sed indigne digni enim sũt: ut filijs priuentur; quemadmodum qui canonice electus est in guardianum, priorem &c. ineptus tamen ad officium, iuste quidem possidet, quia Canonice electus, uerum indigne, quia dignus est, ut dignitate priuetur, tandem adducunt contra Sco. D. Paul. dicentem, quid enim mihi de ijs quæ foris sunt iudicare? & cum paruuli infidelium sint foris, cur illos Ecclesia baptizat? facile satisfacies si dicas Ecclesiam non habere potestatem super infideles ad coercendum, & expugnandum illos ratione infidelitatis: habere tamen ad liberandum innocẽtem a potestate infidelium: & cum paruulus sit innocens, poterit illum a parentibus infidelium liberare, consecrando Deo per Baptismum, ea ratione qua in progressu disputationis explicatum est.

1. Cor. 5.

Alex. q. 17. m. 2. ad. 5. & m. 3. D. Tho. art. 11. q. 68 D. Bona. d. 6. q. 1. Ricard.

Art. III. An paruuli intra Vteros matris existentes possint baptizari.

Opinio communis tenet partem negantem, unus Caiet. ubi supra. D. Tho. defendit paruulos intra maternos uteros posse per benedictionem parentum in nomine Trinitatis, absque Baptismo saluari.

Con-

CONCL. I.

Pueri existentes intra uterum non possunt Baptismum recipere, probatur ex D. August. apud. D. Tho. dicente nemo renascitur, nisi prius nascatur. *6. art. 2. q. 1. Dur. d. 6. q. 1. Sco. dist. 4. q. 3. Cauen. Caiet.*

CONCL. II.

Nullum est remedium, quod possit paruulis intra uterum matrum existentibus, ad remissionem peccati originalis adhiberi, præter Martyrium, & flaminis Baptismum. constat ex Cã. firmissime & est D. Aug. de consec. d. 4. ubi ita legitur, firmissime tene &c. paruulos, qui in utero matris sine Baptismo moriuntur, sempiterno igne puniendos: dixit enim Christus Ioan. 3. nisi quis renatus fuerit &c. quæ lex cum sit uniuersalis, uniuersaliter est intelligenda. Secunda pars concluſi. patet ut si mater pro Christo mortem subeat, iustificabitur per martyrium, & filius si in contumeliam Christi occidatur. Sanſoni uero, Ieremiæ, Ioanni Baptistæ remissum fuit originale per Baptismum flaminis, id est per sanctificationem Spiritus Sancti, & non per preces parentum, ut ait Caiet. quia nullus præter Christum potest alijs primam gratiam mereri: nam solus Iesus gratiam capitis habuit. Quid faciendum de muliere ad mortem damnata quæ in utero habet? *Dubium.*

CONCL. III.

Non est morte punienda ante partũ, esset enim graue peccatum; ut constat in leg. negat. ff. de statu hominum & in leg. pregnantis. ff. de pœnis.

Erit adaperienda, ut fœtus baptizetur, si sit morti propinqua. *Dubium.*

CONCL. IIII.

Haud integrum erit ullo modo illam aperire. Ratio est, quia nõ sunt faciẽda mala, ut ueniant bona. nam si eius mors esset certa, illam uiuentem aperire, esset profecto interimere, quod est facinus nefandum. *Ad Ro. 3*

CONCL. V.

Mortua iam matre aperienda est, & puer si uiuit extrahendus, & baptizãdus est. ita enim in leg. posthumus. ff. de inoffic. testamento, scribit Solinus Iulium Cesarem fuisse extractum, idem quoq. Paulus a Castro affirmat. fuerit ne ille Iulius Cesar, an alius, parum ad hanc rem facit.

Hinc soluitur Quæstio, scilicet, quando mater baptizatur, non baptizari simul puerum, quem in utero gestat. est enim de essentia Baptismi, ut corpus aqua abluatur, & cum a qua non tangat tunc pueri corpus, non erit baptizatus. *Appen.*

Art. IIII. Adultus habitæ fidei notitiæ, poterit in Baptismum usque ad mortem differre.

Alex. q. 17. m. 5 D. Tho. q. 68. ar. 3. Ric. d. 6. q. 3. ar. 4. Sco. & Dur. ubi supra. Appen.

CONCL. I.

Parentes tenẽtur suos paruulos ante rationis usum baptizare; neque licebit Baptismũ absq; peccato per multum tempus differre. Ratio est, quia si tenerẽtur illis morbo corporali laborantibus, quam primum possent subuenire: multo magis cum morbo spirituali peccato, scilicet originali laborent, erit quam citissime subueniendum.

Vnde peccant Mortal. parentes, si differant Baptismum, quando paruuli sunt in articulo mortis, uel quando per prælatos illis præcipitur, ut paruulos baptizent.

CONCL. II.

Adulti non sunt baptizandi quam primum Baptismum petunt. definita est in Conc. Barcharen. & refertur Can. ante uiginti, & in Conc. Laodicen. in Can. non licebit, de consec. d. 4. ubi præcipitur instituendos esse prius uiginti dierum spatio, & ca. Iudæi, eadem distinctione, præcipitur per octo mẽses futuros esse iudæos cathecumenos propter frequentem eorum perfidiam.

CONCL. III.

Quãdo adulti sunt omnino instructi, uel in mortis articulo constituti, non est illis Baptismus protrahendus. patet exemplo Cornelij, & Eunuchi Cãdatis reginæ, tunc enim omnis causa protrahendi Baptismum cessat.

Act c. 8. & 10.

CONCL. IIII.

Non est modo per ecclesiam determinatũ aliquod tẽpus, in quo catechumeni baptizari teneantur. nam Can. Secundæ conclusionis, & can. duo tempora, eadem distinctione, non cathecumenis, sed Episcopis duntaxat tempus determinant.

CONCL. V.

Flo. The. q. 81. 4. li. fine.

Non est catechumenis tempus suscipiendi Baptismum iure diuino determinatum. Ratio est, quia præceptum affirmatiuum, ut est Baptismi præceptũ, obligat semper ad habẽdũ animũ paratũ; nõ tamẽ pro semper. nisi tẽpore ab Ecclesia statuto.

CONCL. VI.

D. Thom. est ubi supra.

Si cathecumenus sine rationabili causa, & prælatorum Ecclesiæ licentia finito catechismo Baptismum differat Mortal. peccat. Ratio est, quia quando tempus solutionis indeterminatum est, tenetur debitor soluere debitum, quandocunque a creditore petitur sub pœna peccati Mortalis si potest soluere, & tunc cathecumenus est debitor suscipiendi Baptismum.

Art.

Art. 5. An requiratur dispositio in adulto baptizando, vt gratiam consequatur.

Absoluetur aliquot difficultatibus positis.

Prima diffic. An qui habet complacentiam alicuius peccati sit baptizandus.

CONCLVSIO.

Homini habenti uoluntatem peccandi, uel complacẽtiam peccati præteriti, non est Baptismus conferendus. Ratio est, quia cum ille peccat Mortal. recipiendo Baptismum, peccabit etiã mor. minister: cõferedo enim, peccato illius cooperatur.

Alex. q. 18. m. 2. art. 1. D. Th. q. 68. ar. 4. Sco. ii. d. 4. q. 5.

Secunda diffic. An teneatur peccata confiteri, & pro illis satisfacere.

CONCL. I.

Peccata commissa ante Baptismum, non sunt ante Baptismi susceptionem confitenda. Ratio est, quia Ecclesia non habet potestatem super non baptizatos: unde non poterit illos absoluere: sententia enim a non suo iudice lata nulla est.

Alex. q. 18. m. 2. ar. 8. Sco. q. 5. ubi supra D. Th. ar. 5.

CONCL. II.

Neque tenebitur ad eorum confessionem post Baptismum susceptum: non enim habet Ecclesia iurisdictionem super peccata extra illam commissa, dicente D. Paul. quid enim mihi de his, quæ foris sunt, iudicare.

CONCL. III.

Neque tenebitur pro illis peccatis satisfacere, constat ex casine pœnitentia, de conse. d. 4. ubi dicitur, gratia baptismalis non indiget gemitu, aut planctu scilicet exteriori, sed omnia gratis, etiam Purgatorij pœnam, condonat.

5. Cor. 5.

Tertia diffic. An baptizandus teneatur habere contritionem.

CONCLVSIO.

Attritio sufficit in Baptismo ad remissionem peccati, etiam si baptizandus sit attritionis conscius, patet ab effectu Baptismi. est enim regenerationis sacramẽtum, & si esset necessaria contritio præcedens, cum per illam essent remissa peccata, nõ esset sacramentum regenerationis. nam præsupponeret baptizandum per contritionem sanctificatum.

Alex. ubi supra, & D. Tho. est q. citata ar. 4. & Sco. 4. Appen. q. 68. art. 2.

Hinc colligitur falsam esse Cajet. opinionem dicentis, nullum actum requiri, sed satis esse, ut qui ad Baptismum accedit, habeat propositum recipiendi illum in remissionem peccatorum. dicit enim D. Petrus. Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum. ubi ante Baptismum necessariam esse pœnitentiam indicauit.

Actorum 2.

Alex. q. 18. m. 2. art. 3. D. Bon. d. q. 1. ar.

Quarta diffic. An desideretur intentio suscipiendi in baptizato.

Tres sunt opiniones. Prima Dur. dicentis, in adultis requi-

Ric.d. 6. q.2.ar.2. di.6.q.2. quæst.68 ar.7.d.4. quæst. 4.

ri propriam uoluntatem. Secunda Caiet. ubi supra D. Tho. asserentis, neque in paruulo, neque in adulto desiderari consensum; sed satis esse non habere contrariam uoluntatem. Tertia Sco. qui ait in adulto requiri consensum, existimatq; impossibile esse reperiri aliquem neutrum.

CONCL. I.

De ratione Baptismi est; ut tã in paruulis, quam in adultis sit uoluntarius consensus. Ratio est, quia cum peccata, in quorum remedium Baptismus est institutus, sint uoluntaria, uel formaliter, ut actualia, uel interpretatiuè id est in sua causa & radice, ut originale, debet quoque remedium esse uoluntarium, quia in moralibus, per quascunque causas aliquid nascitur, per easdem dissoluitur.

CONCL. II.

Baptismus in paruulis est uoluntarius interpretatiuè, id est per uoluntatem Christi, & Ecclesiæ. Ratio est, quia sicut originale peccatum fuit uoluntarium, non in paruulo, sed in Adam, ita remedium satis erit in paruulo, ut sit uoluntarium in Christo instituente, & Ecclesia ministrãte. fuit enim primus Adam futuri Adę, scilicet, Christi forma.

Ad Ro. 7

CONCL. III.

Vt Baptismus sit sacramentum in adultis, actualis, siue uirtualis uoluntas illum suscipiendi desideratur. definita est in cap. maiores, de Baptismo, ubi ita legitur. dormientes autem, & amẽtes, si prius q̃ demẽtiã incurrerẽt, aut dormirẽt, in ꝯdictione perstiterunt, nõ characterem suscipiunt sacramenti: secus uerò si prius cathecumeni extitissent, & propositũ baptizandi habuissent, lege etiã Can. ægrotantes, de consecr. d. 4.

CONCL. IIII.

Si aliquis sit neuter, qui nunquam aliquid de Baptismo audiuit, ut Indi, antequam Hispani ad eos peruenissent, is, si baptizetur, sacramentalem characterem non suscipiet. Ratio est, quia suscipiens Baptismum non naturaliter, sed liberè patitur: atque ita uoluntas suscipiendi desideratur.

Appen. Hinc sequitur non posse Ecclesiam talem hominem ad fidem Christi seruandam compellere: esset enim contra iustitiam. si quidem diceret inuitè esse baptizandũ, & cõfirmatur ex c. maiores, proximè citato, vbi Innocentius dicit, dormientem esse baptizandũ, dummodo uigilans habuerit propositũ recipiendi Baptismum, quia aliter non recipiet characterem.

Appẽ. 2 Ex dictis facilè deprehenditur contra Caiet. saltem uirtualem intentionem esse necessariam.

Art.

Art. V I. An requiratur Fides?

CONCLVSIO.

Alex. q. 18. m. 2. p. 9. §. D. Th. q. 68 art. 8. D. Bon. d 3 q. 3. Ric. d. 6. q. 1. ar. 1. Sco. d. 4. q. 5. Dur. d. 6 q. 2. Al. ubi supra m. 3. Th. ar. ult. q. 68. Ric. d. 6. ar. 2 q. 2. Sco. d. 4. q. 4. Dur. d. 4 q. 5.

Vt baptizatus gratiam recipiat, fides in eo desideratur, non tamen ut characterem accipiat. definita est in Conc. Cartag. ubi decretum fuit contra D. Cyprianum, & reliquos Aphricæ Episcopos, ab hæreticis baptizatos nõ esse rebaptizandos, etiam si minister, & baptizatus hæretici fuerint.

Prima diffic. An amentes, furiosi, & dormientes sint baptizandi?

CONCL. I.

Amentes, & furiosi a natiuitate, qui nunquam habuerunt lucida interualla, nec illa habituros speramus, baptizari possunt, sicut paruuli in fide Ecclesiæ. æquale namq. est utrorumque iudicium, cum solo originali peccato laborent.

CONCL. II.

Amentes, qui aliquando ratione usi fuerunt, si in illo instãti, quo rationis usum amiserunt, uoluerunt baptizari, baptizãdi sunt, aliter nequaquam, definita est in ca. maiores, citato.

CONCL. III.

Qui habet lucida interualla, iudicandus est eo modo, quo proximis si tamen mortis periculo constitutus: nam aliter expectandum est lucidum interuallum. probatur ex cap. maiores, tum etiam quia peccata de lege remitti non possunt, nisi per uoluntatem acceptantis remedium, dicente D. Augu. nullus suæ uoluntatis arbiter constitutus, potest nouam uitam inchoare, quin præteritæ uitę pœniteat &c.

CONCL. IIII.

Qui non est omnino amens, & de sua salute cogitare potest, & uirtutem sacramenti intelligere, debet intentionem recipiendi Baptismum habere, quoniam sic satis rationis usum habet.

QVAESTIO TERTIA DE MINISTRO Baptismi.

Al. Alẽ. q. 16. m. 1 d. Th. q. 67. ar. 1. 2. reliqui d. 5. d. Bon. q. 1. Ric. q. 1. ar. 4. Sco. d. 6. q. 1. & Duran.

HAec quæstionem explicat d. 5. Mag. sent. de hac q. multa supra in ult. q. de sacr. in genere, reperies.

Art. I. An solis presbiteris conueniat ex officio baptizare?

CONCL. I.

Ex officio ratione Sacerdotij solis præsbiteris conuenit solemniter, uel circa solemnitatem Baptismum administrare. patet ex Can. constat, de consec. d. 4. & quia per Baptismum disponitur homo ad eucharistiam percipiendam, & ejus est ad Eucharistiam disponere, cujus est illam consecrare.

CONCL. II.

Diaconibus conuenit solemniter baptizare, uel in absentia præsbyteri, necessitate tamē imminente, uel ex eiusdem præsbyteri commissione. definita est in Conc. a Gelasio Papa Cano. Diacones 93. d. glossam ibidem lege.

D.Tho. art.3. & Ricar.q. 1.ubi sup. Alex. ibi dem, & D. Bona. Sc.q.5. ubi supra Al.m.12. & D.Th. D.Bona. ubi supra Ric.q. 3. Scot. loco citato.

Prima differ. An laicus possit Baptismum ministrare.

CONCLVSIO.

Quicunque cuiuscunq; conditionis, uel religionis sit, in extrema necessitate potest & tenetur administrare Baptismum, definita est expresse in Can. Diaconos, citato: & intelligitur in articulo mortis ita ut nullus adsit Sacerdos, qui possit Baptismum conferre; ut ab Vrbano Papa in Cano. super quibus 30. q. 1. definitum est.

Secunda differ. An laicus absque necessitate baptizans Mortaliter peccet.

CONCLVSIO.

Peccat quidem. nisi ignorantia inuincibili excusetur. Ratio est, quia ministrans aliquod sacramentum absq. Curati facultate peccat Mortal. feriuntur enim excommunicatione religiosi ministrātes communionem, & extremam unctionem in Clementina prima, de priuilegijs.

Appen.

Hinc collige, mulierem in præsentia uiri baptizantem, & laicum in prēsentia diaconi non peccare Mortal. quia alienū officium non usurpat, cum neutri ex officio competat.

Alex. & reliqui supra.

Tertia differ. An Pater Filium baptizans peccet.

CONCLVSIO.

Pater, qui necessitate urgente filium baptizat, non peccat. immo est laudandus. patet per can. ad limina B. Petri, ubi Romanus Pontifex laudat Stephanum quendam, qui in simili casu filium paptizauit.

Appen. *Alex. q. 16.4. p. m.6.D. Th.ar. 6. ubi supra D. Bona. d.5.q. 1. Sc. et Ri. ubi supra Dur.q.6. d. 6. 4. † ad Eph.4*

Si extra talem casum, aliquis filium baptizauerit proprium, Baptismus ualebit, peccabit tamen grauissime, & ius petendi debitum perdet: a coniuge uero separandus non erit. hęc definita est in Can. nosce. desideras & Can. dictum est & Can. de eo quod, ubi supra.

Art. ult. An minister Baptismi unus numero esse debeat.

CONCL. II.

Minister Baptismi unus esse debet. † nam cū sit unus Deus una fides, unū baptisma & unus institutor. s. Christus unus debet esse minister: ut cofirmatū est in Can. quorundā 23. dist.

CONCL. II.

Vnus esse debet, id est integer. s. quod materiam, formam, & in-

& intentionem habeat:non autem unus.i.solus,cum plures simul,& uerba proferentes & abluentes possint eundem baptizare.Prima pars constat,quia propositio falsa non potest esse forma sacramenti,quod est signum uerum, & certum: esset autem falsa,si unus ablueret,& alius uerba proferret dicens, Ego te baptizo,uel baptizetur seruus Christi a me. Secunda pars est etiam perspicua quia ibi materia,forma, & intentio, quæ sunt necessaria ad ueritatem sacramenti,concurrunt.

Prima diffic. An quando plures baptizant eundum, possent hac forma uti;nos te baptizamus in nomine Patris,& Filij, &c.

Sanctus Tho. Tenet non conferri baptismum. contra est opin.Duran.

Alex.ubi sup.d.Bona. q.i.d. 5.Ri.Sc. locis cita. sup.

CONCL. I.

Si uterq. minister habeat intentionem baptizandi indepẽdenter ab alio:ita ut habeat hunc animum,Ego te baptizo,& etiam si reliqui nolint te baptizare, uere baptizat. Ratio est, quia minister est integer quo ad materiam,formam,& intentionem,quæ sunt de necessitate baptismi, & seruatur sensus formæ consuetæ.nã hæc,nos te baptizamus, ęquipollet huic, Ego te baptizo,& huic,iste te baptizat,quod perinde est, ac si uterq. dicat,Ego te baptizo.

Vbi sup. & Ale.ẽ. Hæc est Dur.

CONCL. II.

Quando alter ministrorum non habet intentionem baptizandi,nisi dependenter ab intentione alterius.ita,quod si alter nolit baptizare neque ipse uelit, baptismus minime confertur, probatur quia minister debet esse integer,quo ad materiam,formam & intentionẽ,& in casu ꝓposito non est integer quantum ad intentionem, quia habet illam ab alio dependentem.

Hæc est d. Th. So.d.4.q. uni.ar.4.

Ale.q.20 m.i.art.i. et 2.et m. 2. per 3. ar.Th.q. 69.ar.1. 2.3. Bon. d.4.q.i.2 Ric.ea.d. ar. 3.per 3.q.Scot. d.4.q. 5. Dur.ibi l q.2.& Gen. 3.

QVAESTIO QVARTA DE EFFECTIS baptismi,& eius præparatoriis.

Hac q.d.6.Magistri explicatur.

Art. I. An remissio omnis culpæ,& pęnæ tam æternæ,quam temporalis,sit peculiaris baptismi effectus.

CONCL. I.

BAptismus per gratiam culpam originalem,&omnẽ actualem, & omnem etiam pœnam in alia uita pro peccatis luendam tollit.definita est ad uerbum in Conc.Flo.sub Eugenio IIII.& in Trid.Sess.5.cano.si quis per Iesu Christi, &c.

CONCL. II.

Per baptismum in hac uita non tollitur temporalis pœna,bene tamen in alia uita.Prima pars patet.quia pœna mortis

tis est pœna propter peccatum originalē inflicta, fames, sitis, & aliæ calamitates, quæ nos molestant, & non sunt per Bap-
Apo. 21. tismum sublatę. Secunda pars constat Apoca. absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit
Dubium. neq; luctus, neque clamor &c.

Dices. cur concupiscentia, quæ ad peccatum inclinat, per Baptismum non deletur? Respondeo primum; ut homo me-
1. Cor. 15 reatur, illam superando. Secundo quia si in hac uita corpus impassibile per Baptismum redderetur, homines propter ui-
Hæresis. tam præsentem potius quam futuram ad Baptismum conuo-
Ale. q. 21 larent. quod esset summa miseria ut D. Paul. docet.
m. i. 2. 3. Hinc confutatur error Lutheri contra quem lege patrem
d. Th. ubi Castro uerbo Baptismus hære. 11. ubi multa loca affert diui-
sup. ar. 7. næ scripturæ, quibus prima conclusio illustratur.
reliqui d.

Art. 1 1. An gratia per Baptismum conferatur.

4. d. Bon. CONCL. I.
art. 2. per In Baptismo paruulis, & adultis gratia cum fide, spe & cha-
3. q. Ric. i ritate, infunditur. definita est expresse in Conc. Trid. Sess. 6.
q. i. & 3. ca. 7. ubi dicitur in ipsa iustificatione, cum remissione pecca-
& art. 3. torū hæc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Chri-
q. i. Sc. q. stum, cui inseritur, fidem spem, & charitatem.
2. & 7.

CONCL. II.

Quando adultus accedit impœnitens ad Baptismum, solū sacramentalem characterem recipit: non autē fidem infusam, probatur Deute. 42. Dei præfecta sunt opera, quem enim sanat, perfectē sanat. s. intellectum per fidem, uoluntatem per spem, & charitatem. est etiam definita in Conc. Trid. modo citato: dicitur enim hæc omnia simul. &c. cui inseritur. quare si non inseritur Christo per gratiam, hæc omnia non accipit.

CONCL. III.

Virtutes morales, ut prudentia, iustitia, fortitudo & temperantia non formaliter, sed uirtualiter tantum nobis in Baptismo infunduntur. patet. quia cum charitas eminenter omnes virtutes contineat morales (inclinat enim animum ad omnes
1. Cor. 13 actus uirtutum moralium, ut author est D. Paul. Dicens charitas patiens est, benigna est &c.) non erit profecto necessa-
Ale. loco rium tales uirtutes formaliter infundi.
cita. m. 7. *Prima diffi. An aperio ianuæ cœlestis sit peculiaris Baptismi effectus?*
d. Th. ar.

CONCLVSIO.

7. Ric. ar. Post passionem Christi Baptismus nobis ianuā Cœli ape-
3. q. 2. d. rit. Ratio est quia per Baptismum culpa, & eius pœna, quæ
4. sunt nobis impedimento, quo minus cœlum ingrediamur,

perfectis-

perfectissime remittuntur, ante passionem uero non aperiebat, quia nondum erat solutum redemptionis precium.

Secunda diffic. An gratia baptismalis aqualis omnibus concedatur?

Alc q. 11 m. 3. reliqui dd. d. Bon. q. 3. Ric. ar. 3 q. 3.

Duæ sunt extremæ opiniones. una Sancti Tho. art. 8. & Alexandri affirmans. altera Sco. 7. ubi supra, lege Magistrum So to. d. 6. q. 1. ar. 6. ubi affirmat gratiam, quæ datur adultis, etiam sacramentalem, dari inæqualiter.

CONCL. I.

In Baptismo non datur maior gratia ratione prædistinationis ad maiorem gratiam. Ratio est, quia quantitas gloriæ cõferendæ ratione prædistinationis potius quantitati meritorũ quam gratiæ respondet, ut constat apud Matth. Vbi dicitur, filius hominis uenturus est, &c. & tunc redde unicuiq. secundum opera eius, & ad Rom. 2. reddit Deus unicuiq. secundum opera, id est secundum quantitatem meritorum, & non secundum quantitatem gratiæ habitualis.

CONCL. II.

Ratione orationum parentum, atque ministri in Baptismo datur uni paruulo maior gratia, id est, maius auxilium ad bene operandum, quam alteri detur: non autem maior gratia habitualis confertur. probatur, quia habitualem gratiam nullus potest alteri mereri, nisi qui habet gratiam capitis, quam solus Christus obtinuit de auxilio speciali. confirmatur exẽplo B. Nicolai, cui forsan per preces parentum data est gratia, i. speciale auxilium; ut ter in hebdomada a lacte abstineret.

CONCL. III.

Gratia, quæ datur ratione Baptismi, æqualiter omnibus datur, licet non concedatur æqualis, quæ deuotioni suscipiẽtis Baptismum respondet. Ratio primæ partis cõclusionis est, quia gratia Baptismalis datur propter merita Iesu, quæ quidẽ æqualiter omnibus per Baptismum applicantur. Secunda uero pars etiam est manifesta: quoniam deuotio, & merita suscipientium baptisma plerumq; sunt inæqualia: atque ita gratia illis respondens erit quoque inæqualis.

Hæreses.

Hinc confutati sunt errores uarij, uim & potestatem Baptismi minuẽtes; ut fuit error Persallianiorum, qui, & Euchitæ. s. orantes appellari sunt, asserentium nullam utilitatem ex Baptismo accedere, sed solam studiosam orationem dæmonem inhabitantem effugare, & error Manichęorum, qui Baptismũ in aqua, nihil cuiquam salutis afferre affirmabant. iis succesſerunt Albanenses affirmantes, nullam esse baptismi efficatiam

&

& Albibenſes omnino baptiſmum reſpuentes: & Armeni qui ab omnibus ſacramentis uirtutem conferendi gratiam remouent, his omnibus ſubſcripſit peſtilentiſſimus Martinus Lutharus docens, nullam gratiam per ſacramenta conferri, lege Patrem a Caſtro, uerb. baptiſmus, hære. 4.

Art. III. An recedente fictione, Baptiſmus ſuum ſortiatur effectum.

Ale. 13. q. 13. m. 2. ar. 4. d. Th. ubi ſupra ar. ul ti. reliqui ſcp. d. Bonau. q. 3. ar. 2. Ric. ti q. 2. Sc. q. 5. Dur. q. 5. Gab. Cauen.

Caute legendus eſt Gab. Qui in ſecundo ſententiarum diſtin. 32. quæſt. 1. concl. 1. affirmat ficto remitti originale peccatum, quamuis illa peccata non remittantur, neque gratia infundatur, quod eſt erroneum. Ratio eſt, quia de lege infuſio gratiæ concomitatur cuiuſcunque peccati remiſſionem & cum ficto (ut dixit Gabr.) non infundatur gratia, neque remitteretur originale.

CONCLVSIO.

Scoti eſt.

Recedente fictione uirtute contritionis, præteritus baptiſmus, & quantum ad remiſſionem originalis peccati, & omnium actualium, quæ baptiſmum præceſſerunt, & omnis pœnæ ſuum ſortitur effectum. definita eſt Can. tunc ualere, de conſecr. d. 4. & confirmatur: quia cum peccata ante baptiſmum ſint extra eccleſiam commiſſa, non ſunt materia ſacramenti pœnitentiæ, & ita uirtute baptiſmi delebuntur.

Appē.

Hinc colligitur uirtute baptiſmi remitti omnia peccata baptiſmum præcedētia; uirtute uero contritionis, ſiue pœnitentiæ remitti obicem, ſiue fictionem id eſt, peccatorum complacentiam: atque ita nō dimidia, ſed integra fit peccatorum remiſſio, quamuis diuerſis mediis contra Palud. d. 4. q. 5. qui dicit uirtute confeſſionis remitti omnia, quia impium, inquit eſt, dimidiam a Deo expectare ueniam.

Ale. & d. Th. ubi ſupra & cæteri loco citato.

Difficultas, cur ſolus baptiſmus inter alia ſacramenta recedente fictione ſuum ſortitur effectum? Sotus uarias affert opiniones. d. 9 q. 1. art. 8. ratio tamen hæc eſt, quia effectus baptiſmi. ſ. originalis, & omnium actualium, quæ baptiſmum præcedunt, & omnis remiſſio pœnæ non poteſt reparari art. uirtute propria, & per ſe alterius cuiuſcunq; ſacramenti: ut ex præcedentibus concluſionibus conſtat; at uere effectus aliorum ſacramentorum, ſi ſunt iterabilia, iterato ſacramento reparantur; ſi non iterabilia, ut Confirmatio, & Ordo, cum eorum effectus ſit gratiæ augmentum, poteſt per ſacramentum pœnitentiæ reſarciri.

Art. ult. De præparatoriis ad Baptiſmum.

Quatuor ſunt præparatoria baptiſmi, ex quibus duo præceſſe-

cesserunt baptismi institutionem, ut circumcisio, & baptisma Ioānis: alia uero duo illius susceptioni præponuntur ut Catechismus, & Exorcismus, & de singulis erunt separatim difficultates proponendæ. *Ale. q. 17 m. 5. Th. q. 70. ar. 1. reliqui dd. d. 1. Bona. q. 5.*

Prima diffic. An circumcisio fuerit Baptismi figura.

CONCLVSIO.

Fuit quidem baptismi figura, patet ad Colossen. 2. circunci si estis, non circumcisione manu facta in expositione corporis carnis, sed in circūcisione Christi cōsepulti ei in baptismo, ubi uocat D. Paul. baptismum circumcisionem, quia sicut circumcisio carnem, & ita baptismus animā a peccato liberat. *Ric. ar. 6, q. 4. Sco. q. 6. Dur. q. 6. & 7 Ale. & reliqui, ubi sup. m. 2. S. Th. &c. 2. d. Bon. ar. 2. p. q. 3. Ri. Sc. loc. cit.*

Secunda diffic. An debuerit institui circumcisio statim a lapsu Adæ.

CONCLVSIO.

Conueniētius multo data fuit Abrahæ. Ratio est, quia primo facta fuit illi de Christo promissio, & primus segregatus fuit a societate infidelium, egredere de terra tua &c. & iō data illi fuit conuenientius, ut populus Dei a populo gentilico distingueretur. *Gen. 12.*

Tertia diffic. Quibus fuit data sub præcepto.

CONCLVSIO.

Descendentibus ex familia Abrahæ, quæ etiam illis, qui ex gentibus ad Iudaismum conuertebātur, poterat applicari, ut constat Exo. 12. fuit tamen Iudæis sub præcepto, non autem illorum seruis, hinc ut dicit D. Bona. Noluit Abraham suos seruos circuncidere.

Difficultas quid de fœminis Iudeorum.

CONCL. I.

Fœminę Iudæorum liberabantur ab originali per legis naturæ sacramentum. cōstat ex lege, & præcepto dato Abrahæ.

CONCL. II.

Circumcisio in generationis instrumento tantum fiebat. Ratio est, quia erat signum iustitiæ, quia credidit Abraham ex suo semine Christum nasciturum, & erat in remedium peccati originalis, quod in generatione contrahitur. *Gen. 17.*

CONCL. III.

Non erat sub præcepto, neq; de necessitate circuncisionis culter lapideus. nam sicut aqua est materia baptismi, & panis Eucharistiæ, quia frequentior est illorum usus, faciliusq. habentur, ita etiam culter ferreus debuit esse circuncisionis instrumentum.

CONCL. IIII.

Octauum diem ex legitima causa posponere licebat, præ

uenire

uenire uero minime. tunc.n.circuncisio non habuisset uim sacramenti:ut constat Prouer.4.unigenitus(inquit Salomon) eram coram matre mea. ubi glossa,quia prior morte præuentus ante octauum diem non fuit circuncisus;ideo neq; nomẽ illi impositum;quod;ut modo in baptismo,ita tunc in circuncisione imponebatur;ideo se unigenitum uocat.

Alias diffi. iultates de circuncisione supra inuenies.

DE BABTISMO IOANNIS.

CONCL. I.

3.q.de sacramẽ.in genere. Ale.q.9. S Tho.q. 38.relq ar.2.D. Bon.ar.2 per 3.q. Ric. ar.2 Scot.q.2. Dur.q.3. & 4. Appen.

Congrua fuit baptismi Ioannis ante baptismum Christi institutio.Ratio est.ſ.ut homines ad baptismum Christi assuescerent.

CONCL. II.

Ritus, & modus baptizandi Ioannis a Deo fuit institutus dicitur.n.Io.c.i.qui misit me baptizare,ille est: at uero quantum ad effectum,fuit ab homine.quia uirtute propria non cõferebat gratiam.

Hinc non erat proprie sacramentum. ita est definitum in Conc.Trid.Sess.7.de baptismo can.i.

CONCL. III.

Decuit ut Ioannes alios cum Christo baptizaret.Ratio est quia daretur tunc dubitandi occasio,esset ne baptisma Ioannis præstãtius nostro,si solus Christus illo baptizatus fuisset.

CONCL. IIII.

Nõ debuit Ioannis baptismus statim post Christum baptizatum cessare,donec in carcerem mitteretur. nam erat dispositio ad baptismum Christi, ut alii ad illum per baptismum Ioannis traherentur.

CONCL. V.

Baptismo Ioannis baptizati, rursus baptismo Christi baptizandi erant.patet Act.9.ubi legitur Apost.hoc præstitisse.fuit, n.baptismus Christi post mortem omnibus ad salutem necessarius.hæc est contra Magist.d.2.4.

Mag.Cauen.

CONCL. VI.

Forma baptismi Ioannis erat hæc.ſ.in nomine uenturi.ita n.Act.9.expresse legitur.

DE CATECHISMO.

CONCL. I.

Ale.q.10 m.3.&q. 23.S. T. q.71.ar. 1. D.Bon. reliqui

Adulti sunt prius catechizandi,quàm baptizandi;ut fidem teneant,quam sunt in baptismo professuri.habetur enim expresse de conſe.d.4 can. catechismo, & duobus sequentibus. debentque saltem scire fidei articulos, decalogi præcepta, & ora-

orationem dominicam. nam quomodo credent in quem nō audierunt. d.6.q.pe. Ri.ar. 5. Scot. & Dur.q.7. Ro.10.

CONCL. II.

Paruuli etiam ante Baptismum per patrinos, eorum loco respondentes, catechizantur, siue instruuntur. Ratio est, quia uoluntas patrinorum aures, & intellectus paruulorum uices gerunt. nam ut Ecclesia paruulis pedes alienorum quibus ad Ecclesiam perueniat, præstat; ita aliorum aures, intellectum & linguam accommodat, quibus fidem protestentur.

CONCL. III.

Ecclesia baptizatum ad fidem tenendam obligare potest sicut primus parens ad peccatum obligauit. Ratio est, quia nō est maioris efficaciæ malitia Adæ per generationē carnalem concausatam, quam sit uirtus secundi Adæ Christi, scilicet per Baptismum collata, atq; ita poterit ad tantum bonū, quā tum est fidei confessio, obligare.

Difficultas. An illis uerbis, abrenuntio sathanæ &c. baptizatus formale uotum seruandi præcepta diuina, & Ecclesiastica emittat. Alex. & reliqui. ubi sup. Ri. ar. 6. q. 2

CONCL. I.

In Baptismo non emittitur formale, aut uirtuale uotū seruandi præcepta decalogi, quæ lumine naturali constant. Ratio, est quia ante Baptismum tenebatur illa obseruare, licet grauius peccet ratione ingratitudinis, qui iam baptizatus est illa transgrediens, quid? quod, nullus doctorum huius circunstantiæ meminit.

CONCL. II.

In Baptismo non emittitur uotum formale seruandi præcepta diuina, aut Ecclesiastica positiua. Ratio est, quia neq; adultus, quando baptizatur, neq; patrini loco paruuli actum dicunt, quo huiusmodi præcepta seruare promittant. illorum enim fortassis non recordantur: uotum autem formale est actus elicitus a uoluntate, quo in particulari aliquid Deo promittimus.

CONCL. III.

In baptismo emittitur uirtuale uotum seruandi præcepta diuina positiua, & Ecclesiastica. ita definitur in Conc. Trid. Sess. 7. de baptismo, Can. 7. si quis dixerit baptizatos per baptismum solius tantum fidei debitores fieri, non autem uniuersæ legis Christi seruandæ anathema sit.

DE EXORCISMO.

Difficultas. An Exorcismus ex opere operato expellat diabolum. Vbi sup. Ale. n. 3

Tres sunt opiniones. Prima asserentium uirtute naturali per

d. Bon.q. 2. Ri.ar. 2. Dur.q. 4. Castro verb. exorcismus.

per exorcismum diabolum expelli: hanc refutat Ricar. ubi supra. Secunda dicit non effectiue, sed impetratorie, precibus, ſſacerdotis diabolum eijci. hanc confutat Sanctus Tho. loco citato. Tertia, & communis opinio continetur sequentibus conclusionibus.

CONCL. I.

Dæmon per exorcismum a baptizandis ex opere operato expellitur. ſ. quia exorcismus est causa; ut Deus baptizandis auxilietur, ne diabolus impediat, quo minus baptismum recipiant. atque per sputum illud, quo aures, nares, & oculi liniuntur, baptizandis promittitur diuinum, & speciale auxiliũ, quo aures, & oculi intellectus, cordisq. ad audiendam, & intelligẽdam euangelicam legem, naresq. spiritales ad currendum in odorem unguentorum Dei, aperiantur. nam hi sensus per originale peccatum erant inepti, & obtusi, & per exorcismum apti efficiuntur.

Appen.

Hinc colligitur, quod qui sine exorcismo baptizatus est, deinde exorcizandus erit.

CONCL. II.

Ecclesia potest signũ instituere. cuius uirtute ex opere operato dæmones expellãtur. fuit. n. hæc potestas ecclesiæ a Christo concessa, durabitq. semper ut constat Mar. ult. signa autẽ eos, qui crediderint, hæc sequentur, in nomine meo dæmonia eicient. i. ad mei nominis inuocationem: quam potestatem ante passionem Apostoli exercuerunt. Domine etiam in nomine tuo dæmonia subiiciuntur nobis, & confirmatur per Conc. Trid. Sess. c. 13. de sacram. in genere, ubi anathematizantur, qui ritus ecclesiasticos in solemni administratione sacramentorum adhibitos contemnunt.

Contra ueritates propositas fuit error Vualdensium, & Vicleffistarum huiusmodi ritus ecclesiasticos irridentium, uide patrem a Castro ubi supra, & Conc. Tri. modo citatum.

Quæ in exorcismo fiunt docentur in can. siue paruuli, & aliquot aliis prox. seq. de cons. d. 4. cuius minister principalis est sacerdos. hactenus de baptismo.

FLORES SACRAMENTI CONfirmationis.

QVAESTIO.

HAc q. explicatur d. 7. Magistri, de qua disputant DD. ibidem, d. 5. de consec. a can. primo usque ad 8. Flo. Theo. q. super 4. lib. sent.

Art.

Art. I. An Confirmatio sit nouæ legis sacramentum. Al. q. 24. m. 2. Tho. q. 72. ar. 1 reliqui d. 7. d. Bon. ar. 2. Rie. d. 1. ar. 3. q. 2.

CONCL. I.

Vnum est de septem Ecclesiæ sacramentis, definita est in Conc. Flor. sub Eugenio IIII. & in Trid. Sess. 7. de sacramentis in genere, cap. 1. Can. 2. Confirmatione, ubi habetur, si quis dixerit otiosam cæremoniam esse, & non potius uerum sacramentum &c. Anathema sit.

CONCL. II.

Hoc sacramentum non fuit a sola Ecclesia, & ab Apostolis, sed a solo Christo institutũ. Ratio est, quia nullus a Christo potest dare gratiam, & ita nullus ab illo potest sacramentũ instituere, hæc est contra Alex. & alios, quos tacito nomine citat D. Thom. qui dixerunt esse quidem sacramentum, sed non a Christo institutum. q. 5. de sacramẽ. in genere, art. 3. cauae legendus Ale. Alẽ. Ale. d. T. ubi sup. d. Bon. ar. 1. q. 1. & 2. & Sc. etc. ea. d. Ric. d. 2. q. 3. ar. 1. S. T. est ubi supra ad 1. Hæreses.

Difficultas quando fuit institutum.

CONCLVSIO.

Quando dixit Apostolis Io. 16. si ego non abiero, paraclitus non uenit ad uos, ubi promisit Spiritus Sancti plenitudinem, quæ non datur nisi per confirmationem, uel dic secũdo, fuisse institutũ in Cœna, quando cõfecit Chrisma, ita habetur in can. litteris, de consecr. d. 3.

Errarunt Vualdenses, & cum illis postea Lutherus asserentes esse meram cœremoniam, & ritum quendam Ecclesiæ, non autem esse sacramentũ, uide Patrem a Castro loco citato.

Art. II. An Chrisma ex balsamo, & oleo confectum, sit propria, huius sacramenti materia.

Opinio fuit Canonistarum, ut refert Marsilius d. 5. q. 1. ar. 1. dicentium solam manuum impositionem fuisse loco materiæ, a Christo institutam. Ecclesiam uero determinasse esse materiam Chrismatis unctione. Ale. m. 2. ar. 1. S. T. ar. 3. Bon. ar. 1. q. 2. Ric. q. 1 ar. 1. scot. q. 1. ibid.

CONCL. I.

Chrismatis unctio est necessaria materia ad sacramentum Confirmationis conficiendum, definita est in Conc. Flor. sub Euge. IIII. his uerbis, secundum sacramentum est Confirmatio, cuius materia est Chrisma oleo confectum, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem bonæ famæ significat.

CONCL. II.

Solum est de necessitate huius sacramenti unguentum ex oleo confectum: minister tamen balsamum uerum, uel adulterinum nõ miscens Mortaliter peccabit, colligitur conclusio ex cap. Pastoralis, extra de sacramentis non iterandis, ubi habe-

betur non esse iterandam Confirmationem in eo qui per errorem fuit non Chrismate, sed oleo delinitus. Concl. autem Flor. & alij textus iuris canonici, in quibus Chrisma ex oleo, & balsamo dicitur esse materia, intelliguntur de ratione præcepti, & significationis, non autem de necessitate, & essentia confirmationis.

CONCL. III.

Sicut aqua naturalis est de necessitate Baptismi; ita oleum oliuarum est de necessitate confirmationis. Nam oleum oliuarũ facile haberi potest, & ex cõsuetudine Ecclesię patet, quã teste B. Dionysio ab Apostolis accepimus qui Chrismate ex oleo confecto confirmabant paruulos.

CONCL. IIII.

Consecratio Chrismatis est de necessitate confirmationis, definita enim est in con. Flor. ubi habetur, materiam huius sacramenti est Chrisma benedictum.

CONCL. V.

Potestate ordinaria a solo Episcopo potest Chrisma benedici. patet per conc. Flor. ubi habetur, materiã huius sacramẽti esse chrisma per Episcopum benedictum.

CONCL. VI.

Sco. q. 3. ubi sup. Ex commissione Papæ poterit etiam a simplici sacerdote benedici, eritq; sufficiens materia. Ratio est, quia si Sacerdos simplex potest ex dispensatione confirmationem ministrare: ut colligitur ex conc. Flor. multo magis poterit illi materiæ benedictio, & consecratio committi.

Arc. III. Quænam est Confirmationis forma.

CONCL. I.

Ale. ar. 2. d. Th. ar. 3. d. Bon. ar. 1. q. 1. Ric. q. 2. ar. 4. Sco. q. 1. ubi supra. Sacramẽti confirmationis forma hęc est, signo te signo crucis & cõfirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, amen. definita est expresse in Conc. Flor.

CONCL. II.

Confimatio debet in formam crucis fieri ita; ut Minister crucis signum in suscipiente depingat. alioqui enim forma sacramenti esset falsa. quod fieri non potest. nam si dicit signo te signo crucis, & non format crucem, mentitur.

CONCL. III.

Vnctio Chrismatis, in fronte fieri debet ita: ut si alibi fiat, nullum sit sacramentum, definita est in Con. Flor. ubi ita habetur. effectus huius sacramenti est ut in eo detur Spiritus sanctus ad robur: ideoq. in fronte, ubi uerecundiæ sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomẽ, & præcipue eius crucé con-

confiteri erubescat.8: in Can. presbyteris, de consecr. d.4. & in Can.nouissime,de consecr.d.5.

Art.IIII. Qui nam sunt huius sacramenti effectus.

CONCL. I.

Confirmationis sacramẽto imprimitur character. Definita est in multis Cõcilijs.uide supra q.4.de sacramẽtis in genere.

CONCL. II.

Character confirmationis præsupponit Baptismi characterem,ita enim definitur in Can. nouissime, & Can.omnes de consecr.d.5. nam Baptismus ianua, & fundamentum omnium sacramentorum est, ut constat in cap.ueniens, de præsbytero non baptizato.

Alex. q. 26.m.2. ar.i.d.T. ar.5.6.et 7.d.Bon. art.2.per 3.q.Ri.q. i.ar.4.Sc. qõ.3. ubi supra.

Diffic. An Confirmatio conferat gratiam.

CONCL. I.

Confert quidem. ita enim definitur in conc.Flor.& Trid. ut constat supra q.3.de sacramentis in genere.

Ale. m.i. ar.2.S. Th.ar.7. d.Bon.Ri car.qõ.2. & Sc.ibi.

CONCL. II.

In primitiua Ecclesia dabatur confirmatis Spiritus Sanctus uisibiliter.quia accipiebant aliqua dona supernaturalia,ut donum linguarum,& prophetiæ &c. ut constat Actu. capit. 8.& 19.& tunc erat expediens,ut homines ad fidem nostram allicerentur.nunc autem cũ sit Euangelium copiosissime confirmatum,non sunt alia miracula necessaria.

CONCL. III.

Vt cõfirmatis gratia daretur,erat necessaria dispositio quædam.s.præuia contritio, aut attritio inuincibiliter existimata contritio, non tamen erat necessaria actualis confessio, quã sola Eucharistia exigit.ut infra habetur,nam Cano. ut ieiuni de consecr. distin. 5.ubi habetur confirmandos præuia confessione debere accedere, non est præceptum, sed consilium ut consuetudo optima legum interpres declarat.

CONCL. IIII.

Gratia, quæ datur in confirmatione, in genere qualitatis non differt. a gratia aliorum sacramentorum, sed solum pœnes effectum. s. ex pacto diuino, probata est conclusio supra. art.3.q.3.de sacramentis in genere.

Art.V. An Confirmatio sit sub præcepto.

Duæ sunt de hac re opiniones. Prima Ric. & Palu. & Dur. ubi supra, & Siluestri. uer. confirmatio. §. 3. asserentium esse sub præcepto, saltem tempore quo imminet alicuius tyranni persequutio, uel quando se offert occasio Episcopi ministrãtis confirmationem. Secunda huic contraria est. D. Tho.art.

Alex. q. 28.m.2. ar.i.Boo. q.2.ar.3 Ri.& alij q.i.art.5.

3. ubi supra & Adria in q. de confirmatione art. 1.

CONCL. I.

Sacramentum confirmationis non est sub præcepto. Ratio est, quia non est sub præcepto diuino: propterea quod in sacra scriptura solum legitur præceptum de Baptismo Marc. ultimo, & de Eucharistia Ioan. 6. & de pœnitentia Lucæ. 13. nec etiam sub præcepto Ecclesiastico, quia cum tale præceptum esset affirmatiuum, debuisset Ecclesia determinare tempus recipiendi confirmationem, ut determinauit Quadragesimæ tempus, & reliquos ieiunij dies; quod tamen non determinauit.

CONCL. II.

Peccat mortaliter, qui sacramentum confirmationis per contemptum prætermittit: nam est sacrilegium. qui enim sacramentum contemnit, & Christum sacramenti authorem spernit.

Art. VI. De suscipientibus Confirmationem, an sit conferenda paruulis ante usum rationis.

Duæ sunt opiniones. Prima glossæ in can. ut ieiuni, de consecr. c. 5. asserentis non esse conferendam ante ætatem 14. annorum. hanc sequitur Marsil. in 4. q. 5. art. 4.

Contraria opinio est Alex. q. 28. m. 2. art. 1. & m. 5. art. 1. Ric. q. 1. art. 3. ubi supra & D. Bona. art. 3. q. 1. & Sancti Tho. ubi supra ad secundum, quos sequitur Gabri. hac dist. 7.

CONCL. I.

Si confirmatio ante usum rationis ministratur, uerum erit sacramentum. patet quia ibi concurrunt omnia necessaria ad ueritatem sacramenti quæ in conc. Flor. proponuntur, nempe, materia, forma, & ministri intentio.

CONCL. II.

Conuenientius Confirmatio pueris ante usum rationis ministratur. Ratio est, quia adueniente ætate adulta habebit suã efficaciam, quemadmodum fides, quæ in Baptismo infunditur. lege Alex. & Bonau. ubi supra.

Opinio contraria est Palud. Mag. Soto d. 7. art. 8. & Siluest. uerbo, confirmatio. §. 4. qui tenent non expire, ut paruulis detur.

Art. V. an Confirmatio sit sub præcepto.

CONCLVSIO.

Nequaquam, nec ualebit confirmatio, constat ex can. si quis, & ca. ueniens, de presytero non baptizato, ubi, ut de nouo baptizetur, & ordinetur, præcipitur, quia Baptismus ianuã omnium sacramentorum esse, definitur.

Art.

Art. VIII. an ministerium episcopale sit de necessitate huius sacramenti.

Duæ sunt opin. Prima Ale. q. 28. in primo artic. 3. D. Thom. ubi supra art. 11. Ricar. quæstio. 1. articu. 2. Palud. & Marsi. & aliorum, quos statim citabimus, qui asseruerunt, ministrum ex officio esse episcopum, & ex commissione Papæ esse simplicem sacerdotem.

Contraria opin. est Dur. ubi supra q. 3. & 4. & Adr. de confirmatione. ar. 3. hi defendunt, ita esse ministrum solum episcopum: ut si simplex sacerdos ex commissione Papæ confirmaret, nullum conferret sacramentum.

CONCL. I.

Ordinarius minister huius sacramenti citra dispensationem est solus Episcopus. definita in mul is concilijs, & nouissime inconc. Trid. Sess. 7. de confirmatione cano. 3. ubi dicitur, si quis dixerit Sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem Sacerdotem, Anathema sit.

CONCL. II.

Ita est lege confirmationis minister Episcopus, quod si per simplicem Sacerdotem ministretur, sit nulla. definita est a melchiade Papa cano. de his, & ab Eusebio Papa can. manus, de consecr. dist. 5.

CONCL. III.

Simplex sacerdos, potest baptizatis ex commissione Papæ confirmationem ministrare. patet ex con. Flo. vbi habetur. legitur tamen aliquando per apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili, & urgente causa, simplicem sacerdotem Chrismate per episcopum confecto hoc administrasse sacramentum.

Hinc colligitur non esse credendum Durando dicenti olim Papam dispensando erasse. quia con. Flo. approbat illam dispensationem, quam non approbasset, si erronea esset. *Prima diffi. an qui bis eundem confirmaret, efficeretur irregularis.* Opinio est. Canonistarum affirmans. App. C. Dur. can. te leg.

CONCLVSIO.

Peccaret quidem talis minister, sed non esset irregularis. probatur ex capite uno; & ex capite nouissime, & ex capite dicto, de consecr. d. 5. ubi nulla pœna irregularitatis iterantibus confirmationem imponitur.

Secunda dif. Cur iteranib. baptismum, & non confirmationem imposita est.

Respondeo olim fuit quedam hæresis de iteratione baptismi, non autem de iteratione Confirmationis, & ob hanc cau-

D. Bon. liberatur.

sam punit Ecclesia tali pœna iterantes Baptismum & non Cõfirmationem. D. Bona. hoc loco non sensit quod illic falsò imponitur. nam in prima dubitatione super literam, ita inquit, dicendum quod quamuis Sacerdos non possit propria authoritate, tamen pro causa necessaria sũmus Pontifex, in quo est plenitudo potestatis potest alij, quam Episcopo committere, & illle non facit authoritate sua, sed authoritate sibi cõmissa, quid quæso clarius dici potuit: deinde art. 1. qõ. 3. huius distinctio. respondens quæstioni positæ, ita ait: illud sacramentum nec, potest, nec debet per alios dispensari, etsi alij præsumant, nihil faciunt: ubi per uerbum, præsumunt, declarat se loqui de Sacerdote non habente commissionem. Vulgo enim ita dici solet, *Non uais hulano que presume de hijo d'algo, porque no le es de solar conocido, ni por merced del Rey*: ita præsumere dicuntur esse ministri huius sacramenti, qui nec sunt ministri, (*De solar conocido*) id est, ex officio: ut Episcopi (*Ni por merced del Rey*) id est, ex commissione Papæ, & hi nihil faciunt. Sco. etiam facile ab eadem calumnia liberatur. nam q. 1. huius distinctio. fere in principio ita scribit, materia remota est Chrisma &c. sanctificatum ab Episcopo, uel ab alio, ciuitatis sancti ficatio poterit committi, & Paulo inferius, minister est Episcopus, uel alius cui committi potuit. quis igitur non uidet falso, ut sæpissime fit, accusatum fuisse.

D. Bona. Sco. liberatur.

Hæresis.

Fuit error Ioan. Vuicleff. dicentis Confirmationem posse dari a quolibet presbytero, & sola cupiditate fuisse Episcopis reseruatam. Errauit & Armachanus asserẽs iure diuino Diaconos esse huius sacramenti ministros: contra hos sunt concilia in 1. concl. adducta.

Art. uls. De patrino baptismi, & confirmationis.

Th. q. 67 art. 5. & 9. & qõ. 72. arti. 10. Ale. m. i. ar. 3. Ric. ar. 7 q. i. & 2. ubi sup.

CONCL. I.

Patrinus neque in Baptismo, neque confirmatione est de sacramemti essentia. patet ex Concil Floren. ubi materia, & forma, & intentio ministri dicuntur esse de necessitate sacramenti.

CONCL. II.

Desideratur aliquis siue uir siue fœmina, uel ad summum & unus, una, qui baptizatum de sacro fonte, in suam tutelam, & instructionẽ accipiant, definita est in multis. Tex. 30. q. i. & de consecr. d. 4. in can. Catechismo & 6. sequentibus, & in tit. de cognatione spirituali. m. 6. & tandem in conc. Tri. Sess. 24. de reformatione matrimonij, c. 2. ubi reperies, quę a parocho præstanda sunt.

Talis

CONCL. III.

Talis patrinus tenetur habere curam illius ſuſcepti, ſi neceſsitas illud poſtulauerit. patet auctoritate D. Aug. qui de patrinis loquẽs in quodam Sermone paſchali, illos fideiuſſores pro paruulis uocat, notanter dicitur ſi neceſsitas &c. quia ſi neophytus inter chriſtianos nutriatur, excuſantur patrini exiſtimãtes a parentibus inſtrui, quod ſi præſumerent morib. fidei contrarijs inſtrui, tenerẽtur ſuum facere officiũ. animad uertãt, quæſo hoc, qui ſuſcipiunt filios Agarenorum in regno Valentiæ.

Quæ debent patrini paruulos docere.

Reſpondeo quæ in can. Catechiſmo, & Ca. uos autem, de cõ ſecr. d. 4. traduntur. etſi baptizatus ſit infidelis, debet doctos patrinos eligere ut ſcribit Bea. Dionyſius cap. ultimo Eccleſiaſticæ, ſi uero ſit filius fidelium, non eſt neceſſarius doctus patrinus: ut ex tertia conluſione conſtat. *Dubium.*

De patrino Confirmationis.

CONCLVSIO.

Patrinus Confirmationis debet confirmatum in pugna ſpirituali erudire, nam ſi in bello temporali ueterani milites tyrones docere debent, conuenientius multo in ſpirituali pugna erit hoc neceſſarium.

De cognatione ſpirituali, quæ hinc contrahitur lege infra ſuper d. 42.

De ritibus & cæremonijs ſacramenti Confirmationis. *Al. q. 28*

Lege S. Tho. ubi ſupra art. ult. Ric. hac. d. ar. 6. & nota quæ ſupra dicta ſunt de neceſsitate huius ſacramenti. deinde ſtatuta Eccleſiaſtica, ut ſ. tam miniſter confirmationis, quam confirmandus ſint ieiuni; & conſtat in can. ut ieiuni, & can. ut Epiſcopi. de conſecratio. d. 5. non eſſe de eſſentia Confirmationis: ſolet enim plerunq. a prandio etiam abſq. ueniali culpa adminiſtrari. Hactenus de Confirmatione. *m. 3. par 3. art.*

FLORES QVAESTIONVM

Sacramenti Euchariſtiæ

DE hoc ſacramento diſſerit Magiſter a d. 8. uſque ad 13. incluſiue, & ibidem Scholaſtici DD. lege etiam totam diſtinctionem ſecundam, de conſec. & titulum de Celebratione Miſſarum extra, & concil. Triden. Seſſ. 13. & 22. & Patrem a Caſtro uerbo, Euhcariſtia, & uerb. Miſſa contra hereſes, & Alex. & S. Tho. infra citandos.

QVAESTIO PRIMA DE HIS, QVAE ad essentiam Eucharistiæ pertinent.

A.q.31 m.2.Th. q.73.ar. 2.2.reliq d.8.Ric. q.1.2.i. ar.sco.q. 1.Dur.q.1 Al. & cæteri ubi sup.

Hac q.d.8. Magistri explicatur.

Art.1. An eucharistia sit nouæ legis sacramentum.

CONCLVSIO.

EVcharistia nouæ legis est sacramentum: definita est in conc.Flor.& Triden.Sess.7.can.1.& Sess.13.capitu.13.& constat etiam ex definitione sacramenti in principio huius libri posita.

Prima diffic. Erit ne sacramentum eucharistiæ consecratio a sacerdote facta? An hostia consecrata, uel hostiæ sumptio.

Duæ sunt opin. Prima Gab.hac d. q.1. quem sequuntur alij Doct.quos citat Soto in 4.d.8.ar.1.qui existimant quodlibet istorum trium esse sacramentum.

Contraria opi.est Sco.ubi supra in solutione ad tertium.

CONCLVSIO.

Neque consecratio, neque sumptio, sed sola hostia consecrata est eucharistiæ sacramentum. Primum constat ex conc. Flor.c.3.citato;ubi legitur. statim post consecrationem uerũ Domini nostri est corpus,&c.ubi apertissime distinguit consecrationem ab eucharistiæ sacramento. deinde sumptio nihil aliud est, quam sacramenti applicatio ad illud manducandum: quamobrem non erit sacramentum, applicatio.n. ignis ad aliquid comburendum non est ignis: quare hostia consecrata erit sacramentum, ea.n. est, quæ adoratione latriæ adoratur, in custodia reseruatur, infirmis defertur,& sanis in ecclesia administratur.

Secunda diffi. Cum hostiæ species, & uerum Christi corpus reperiantur, quod istorum erit sacramentum.

Tres sunt opin. Prima Sco. loco citato, art. tertio, & 4. asserentis species uisibiles tantum esse sacramentum. Secunda tribuitur Thomæ Vualdensi lib.2.de sacram.c.21. hinc tenet species dici sacramentum Analogicæ: quia indicant Christi corpus, quod est uerum sacramentum, ut dicitur urina sana, quia est index sanitatis.

Tertia est Capreoli d.6.q.1.ar.3. opinantis supponere eucharistiam pro utroque.s. pro speciebus,& corpore Christi: sicut homo supponit pro corpore,& anima rationali.

CONCL. I.

Eucharistia ex æquo pro speciebus,& Christi corpore non supponit.patet, quia eucharistia est nomen connotatiuum, & tale nomen nõ supponit æqualiter pro utroq. significato.

Eucha-

CONCL. II.

Eucharistiæ sacramentum, si proprijssimè sumatur, supponit pro speciebus, & non pro Christi corpore. Et nota hoc esse præter naturam termini connotatiui, qui supponit proprijssimè pro materiali. conclusio ex definitione sacramenti constat. Sacramẽtum enim est signum sensibile &c. uel inuisibilis gratiæ visibilis forma, idest, uisibile signum, & corpus Christi non uidetur, sed species sacramentales.

Tertia diffic. Cum sint duæ species panis, scilicet & uini, erit ne Sacramentum Eucharistiæ vnum, an plura.

Duæ sunt de hac re sententiæ. Prima Gabriel d. 6. q. 2. affirmantis species vini constituere aliud sacramentum a speciebus panis. Secunda communis, & contraria sententia est Alex. Alen. Bea. Tho. S. Bona. & Ricar.

Alexan. m. 3. D. Th. ar. 2. D. Bona. q. 2. ar. 3 Ric. ubi supra.

CONCLVSIO.

Species, panis, & uini sunt vnum sacramentum vnitate integritatis & aggregationis, Perspicua est conclusio ex parte finis huius sacramenti, qui est reficere mentem, & ut corporalis refectio non integratur solo cibo, aut potu, sed utroque simul: ita hoc sacramentum ambabus speciebus integratur.

Alex. q. 29. m. 1. S. Th. ar. 5. D. Bon. ar. 1. q. 1. Ric. q. 3. Duran. q. 1. ubi supra.

Art. II. An hoc sacramentum fuerit conuenienter à Christo Iesu in vltima Cœna institutum, atque in lege naturæ, & veteri multis figuris præsignatum.

CONCL. I.

Hoc sacramentũ fuit a Christo Domino institutum definita est expresè in Con. Trid. c. 1. de sacramẽtis in genere. Sess. 7. & Sess. 13. ca. 2. lege can. Quia corpus de cõsecratione dis. 2.

CONCL. II.

Conuenientissime fuit completo agni paschalis typico paschate in vltima Cœna institutum. hæc constat authoritate Conc. Trid. cap. 2. citato, & authoritate Eusebij in can. quia corpus, modo allegato, ubi inquit, quia corpus assumptũ ablaturus erat ab oculis, & allaturus videribus, necessarium erat: vt in die cœnę sacramentum nobis corporis, & sanguinis cõsecraretur. vbi glossa necessarium, id est, utile, & congruum. vide etiã cano. liquido & cano. accipite eadem dist.

CONCL. III.

Hoc sacramentum non una tantum, sed pluribus fuit figuris conuenienter significatum. probatur. 1. Cor. 10. omnia illis in figuram contingebant. & cano. præterea ad conseer. di. 2. can. quid sit. deinde, quia res, quæ uno nomine propter suã maximã excellentiam, & effectuum multitudinem explicari

1. Corin. 10.

non

non possunt, cõuenientissime multis nominibus, & signis declarantur, talis est eucharistia. habet. n. plurimos effectus; & est ineffabilis excellentiæ: ut infra patebit; uide apud D. Bon. & Ale. plurimas figuras.

Hæreses.

Hinc error Vuicleff negantis ueritatem corporis Christi in hoc sacramento, & eiusdem figuras. confutatur. uide Tho. Vualdensem, tomo 2. de sacram. c. 19. & infra.

Art. II. An panis triticeus aqua coagulatus sit propria, & necessaria huius sacramenti materia.

De hac re sunt tres opiniones. Prima est Alberti magni Palu. Thom. de Argentina, quos citat, & sequitur Gabr. super can. Lect. 37. dubio primo qui dixerunt materiam esse panẽ cuiuscunque frumenti, & per frumentum triticum, & hordeũ intellexerunt.

Secunda opinio est Caie. ar. 3. S. Tho. asserentis posse fieri consecrationem in quocunque pane usuario: ita quod si centenaceus panis, aut maiceus sit in usũ alicui prouinciæ poterit in illo fieri consecratio. nam dicit materiam esse panem absolute dictum.

Ale. q. 12 m. 2. 3. Th. q. 74 i. 2. 3. ar. Bon. Ric. 2. co. ubi sup. Dur. d. 11. q. 4

Tertia opinio communis tenet solum panem triticeum esse huius sacramenti materiam.

CONCLVSIO.

Materia necessaria ad conficiẽdam eucharistiam est solus panis triticeus, cuiuscunque speciei sit. Prima pars conclusionis est definita expresse in Conc. Flor. sub Eug. IIII. & in Cõci. Carta. & habetur can. in sacramento, de consec. d. 2. ubi per frumentum intelligit panem triticeum, ut Conc. Flo. declarauit. Secunda pars. s. cuiuscunque sit speciei, est quoque uerissima. nam sicut licet modo in uino albo, uel nigro consecrare ob hoc solum; quia album uinum, & nigrum in genere cõueniunt, quamuis specie distinguatur, licebit etiam in pane triticeo consecrare, quamuis unum triticum ab alio specie differat, cum genere conueniant.

Appẽ. 1 De spelta affirmate loquuntur Ale. ubi sup.

Hinc integrum est in farre, siligine, spelta, & typa eucharistiam conficere. Ratio est, quia quamuis grana specie differant; conueniunt tamen in genere tritici, sub quo continentur. nam habent grana eiusdem figuræ cum tritico, & ex illis panis usualis conficitur qui ab omnibus panis triticeus nominatur.

Appẽ. 2

In pane hordeaceo, uel milio, uel in borea non potest consecratio confici. Ratio est, quia nõ sunt de genere tritici quãuis sint fruges de genere frumenti, quod est nomen generale

ad

ad omnes ariſtarum fruges: triticum uero ſub alterum genus eſt.

In pane maicio non poteſt fieri conſecratio, quia differt a genere tritici; quod declarant figura, quantitas, atque qualitas, quibus a granis tritici, grana maijci ſegregantur. Appē. 3.

Poterit nemo conſecrare in pane amylij ſiue amydi, Ratio eſt, quia et ſi amylium ex lacte tritici fiat, aſſumit tamen alias qualitates tota ſpecie a genere tritici differentes: quemadmodum medici, in hac parte conſulendi, affirmant. Appē. 4.

Hinc Caiet. Gloſſ. ubi ſupra, quæ dicit quando panis triticeus dicitur eſſe materia Euchariſtiæ, eſt intelligendū principaliter, & indubitatę, eſt omnino releganda nam ex eo ſequeretur, quod quando idem Concilium dicit aquam naturalem eſſe Baptiſmi materiā, poſſe quoque interpretari principaliter, & indubitate; non tamen neceſſario, ita quod liceret in aqua artificiali baptizare quod eſt erroneum. Appē. 5 Caiet. Canen.

Prima diffic. Aqua naturali deficiente, poterit ne panis aqua roſacea coagulatus conſecrationis materia eſſe. *Alex. ubi ſupra. S. Th. ar. 7. ad 3. Ric. d. 11. q. 12. ar. 2. Scot. ubi ſupra D. Bona q. 11. q. 4. Axe. m. 2 ubi ſupra diſt. 11. q. 6.*

Sanctus Tho. opinatur non poſſe eſſe materiam contrariā tenet Caiet. opinionem.

Secunda diffic. An deficiente pane cocto, in maſſa cruda poſſit fieri conſecratio.

CONCLVSIO.

Maſſa cruda nequaquam eſſe poteſt conſecrationis materia. Ratio eſt, quia Dominus Ieſus inſtituit, ut materia eſſet panis, quo homines communiter ad uitam tuendam utuntur At uero maſſa cruda neque ueſcuntur, neque uitæ tuendæ utentibus prodeſſet.

Tertia diffic. Differt ne maſſa ſpecie a pane.

Duæ ſunt opiniones, una Sco. ubi ſupra opinantis differre ſpecie accidentali tantum. altera Caiet. ubi ſupra. S. Tho. art. utraque eſt probabilis.

CONCL. I.

Maſſa ſpecie eſſentiali differt a pane. Ratio eſt, nam, ut uua agreſtis differt ſpecie eſſentiali a matura: ita maſſa a pane. ut enim ex uua agreſti per calorē ſolis efficitur uua matura: ita per calorem ignis ex maſſa fit panis. Caiet eſt.

CONCL. II.

Maſſa a pane accidentali tantum ſpecie differt. Ratio eſt, quia exhalatio humiditatum, quæ fit ex maſſa per ignem, nō conſtituit ſpecificam differentiam inter panem, & maſſam. Artifex enim ut Piſtor, non poteſt mutare ſpeciē eſſentialem. Scotꝰ

Quar-

Quarta diffic. Deficiente vino, poterit ne Sacerdos celebrans solum panem consecrare.

CONCL. I.

Qui solum panem consecraret, vere cõficeret sacramentũ. Ratio est, quia forma consecrationis panis, siue corporis Christi, a consecratione calicis, aut e conuerso, minime dependet. nam si Sacerdos consecrata Hostia subito moreretur, uel non conficeret calicem, uere consecraret.

CONCL. II.

Peccaret tamen Mortaliter Sacerdos, qui deficiente vino, panem tantum consecraret. Ratio est, quia sicut nutritio corporis fit non per cibum tantum, sed per cibum, & potum; ita & nutritio spiritualis, quæ hoc sacramento repræsentatur. atque ita Sacerdos non plenè repręsentaret, & ex consequenti peccaret. tum etiam quia Christus instituit, ut sub utraque specie hoc sacramentum conficeretur, & celebraretur.

Alexã. q. de ma. ubi supra S. Tho. ar. 2. Ric. d. 10 art. 7. d. Bon d. 1. q. 4. Sco. dist. 10.

Quinta diffic. An possit Sacerdos quantamcunque panis, & vini quantitatem consecrare.

Tres sunt opiniones. Prima D. Bona. d. 10. q. 4. qui negatiuã partem tenet. Secunda est Caiet. ubi supra S. Tho. ar. 2. cui probabile uidetur, uini materiam futuram esse certæ quantitatis: ut pote vnius calicis.

Tertia est communis lege S. Tho. art. 2. Dur. q. 6. locis citatis, & Palud. d. 11. q. 1.

CONCLVSIO.

Sacerdos de facto potest panis, & uini quantitatem, quantumuis magnam consecrare. Ratio est, quia in tali consecratione: concurrunt omnia, quę sunt de necessitate consecrationis: ut pote materia, forma, & intentio ministri.

dd. ubi supra.

Sexta diffic. Quemadmodum Ecclesia determinat absoluendi potestatem circa hanc materiam, & non circa illam, poterit ne etiam certam panis & vini quantitatem determinare.

CONCL. I.

Nequaquam potest materiæ panis, & uini quantitatem determinare. Ratio est, quia potestas absoluẽdi præsupponit subditorum iurisdictionem, quę quidem ex sua natura determinari, & ad certum numerum redigi potest: At uero consecrandi potestas nullam præsupponit iurisdictionem, siue dominium, ita enim potest Sacerdos alienum panem, quemadmodum, & proprium consecrare: ac proinde consecrandi potestas ad certam materiam non determinatur.

CON-

CONCL. II.

Sacerdos immensam panis, & uini quantitatem, consecrãs quæ in custodia seruari non posset mortaliter peccaret. ratio D.Bona. est, quoniam esset in contemptum tanti sacramenti, uilesceretq. Eucharistiam.

Septima diffic. Poterit ne & minimam quantitatem materiæ Sacerdos consecrare.

Duæ sunt opiniones. Prima & cauenda est Ioannis Maioris, d. 10. q. 1. qui duo dicit. Primum problema esse probabile. An fracta Hostia maneat Christi corpus. Secundum in minima panis parte seorsum sumpta consecrationem fieri non posse. Secunda opinio est communis.

Maioris caute legendus. Vide S. Th. ubi supra, & in 4. d. 11. art. 2. Ricar. dist. 10. ar. 7. Vide Th. Vual de. 1. tomo de 39.

CONCL. I.

Erroneum est affirmare fracta Hostia consecrata.

Flo. Theo. q. super. 4. lib. sent.

totum Christum sub qualibet particula, quantumcunque minima nõ manere. patet, quia in particula quãtũcunque minima manẽt species cõsecratæ sub specie panis. quare manebit ibi Christus: manentib. n. specieb. cõsecratis manet Christus.

CONCL. II.

In qualibet particula panis seorsum sumpta, quantumcunque minima, potest fieri consecrato, quia panis est materia, & talis particula est uerus panis. est enim corpus homogeneũ: quemadmodum quælibet gutta aquæ est aqua, est etiam talis particula quanta, & demonstrabilis per pronomen hoc, & ex consequenti sensibilis.

Octaua diffic. Quando Sacerdos intendit consecrare 10. Hostias tantum, si facta consecratione, reperientur 11. erunt ne omnes consecratæ.

CONCL. I.

Si Sacerdos habeat intentionem consecrandi totam materiam, quam ante se habet, et si opinetur 10. esse Hostias, si 11. fuerint repertæ, omnes erunt consecratæ. Ratio est, quia effectus consecrationis, nõ sequitur consecrationis opinionẽ, sed intentionem. Sacerdos enim hęreticus, quamuis opinetur non esse Christum sub Hostia consecrata, si habeat intentionem faciendi quod Christus instituit faciendum, uere consecrabit: perinde & infidelis, si habeat intentionem Christi dũ baptizat, etiam si se nihil facere existimet, uere baptizabit.

Ric. d. 10. q. 2. ar. 7 durã. ubi supra q. 7. Silue. Ver. Eucha. 2. §. 7. et. 8.

CONCL. II.

Si Sacerdos ignorans numerum hostiarum, habeat intentionem consecrandi decem Hostias, & facta consecratione

fuerint

fuerint 11. inuentæ, nulla illarum erit consecrata. Ratio est, quia intentio est de necessitate consecrationis: & cum Sacerdos non habuerit intentionem consecrandi 11. Hostias, sed 10. tantum, non erunt 11. consecratæ. deinde neque decem, quia intentio illa non sufficit ad cõsecrationem alicuius Hostiæ, sub qua quælibet Hostia includit & excludi potest. quod contigit in casu posito, quia quælibet illarum 11. exclusa adhuc remanent 10. atque ita sequitur quam libet illarum esse inclusam, & exclusam, cõsecratam, & non consecratam, quod est absurdum.

CONCL. III.

Si uero sacerdos mente signauerit 10. Hostias quas intendit consecrare, & repertæ fuerint 11. decem signatæ erunt consecratæ v.g. si non sint bene dispositæ. & sub aliqua signatarum alia lateat, latens nõ consecrabitur. Ratio est, quia illud quod specialiter cadit sub intentione consecrantis, cõsecratũ remanet. nam ut ex prima conclusione constat, effectus consecrationis, cõsecrationis intentionem sequitur, non opinionẽ.

Appẽ. 1 Hinc Hostiæ tantummodo mente signatæ erunt duntaxat consecratæ. nam illud consecratur, quod sub speciali consecrãtis intentione cadit.

Appẽ. 2 Hinc Sacerdote intendente consecrare 10. ex illis 11. quas mente non signat, nulla illarum erit consecrata. patet eodem argumento quo 2. concl. fuit confirmata.

Appẽ. 3 Hinc guttulæ uini inaduertẽter in pede calicis remanẽtes, consecrato calice, non erunt consecratæ, quia non habuit intentionẽ consecrandi guttulas illas.

Appen. Hinc si Sacerdos multas Hostias consecrandas assumat, de quibus dum consecrat, non aduertit, omnes nihilominus erũt consecratæ. sufficit enim intentio uirtualis: quoniam si aduerteret, omnes consecrare uellet, cum ad hunc finem illas in altari collocauerit.

Appẽ. 5 Hinc Sacerdote habẽte coram se integram Hostiam, & intendente consecrare dimidiam tantũ Hostiæ partẽ dexterã. s. uel siniſtram mente linea aliqua intellectuali signatã, illa tantum pars erit consecrata. Ratio est, quia sola illa pars cadit sub speciali consecrantis intentione.

Appẽ. 6 Hinc si sacerdos intendat consecrare alteram Hostiæ partem indeterminate, nulla pars consecrata remanebit, eadem ratione, qua. 2. concl. confirmatur.

d 10. q. 2 *Noua diffic. An sit necessaria materiæ præsentia. ut fiat consecratio.*

f. 2. Duæ sunt opiniones, una Maioris asserentis posse a Sacerdote

dote consecrari materiam post parietem existentem, Altera est D. Tho. Primum est animaduertendum, illud uocari præsens, quod tangitur, uel uidetur, uel tangi, aut uideri potest etiam si sit a tergo. hoc enim donec communis loquēdi usus: unde uinum in utre, & panis in arca, quæ coram est, præsens esse dicitur. d. 11. q. 2. art. 1.

CONCLVSIO.

De necessitate, & ratione consecrationis est materię præsentia. Ratio est, quia si materia non esset præsens, illa forma hoc est enim, &c. esset falsa. nam pronomen, hoc, in forma collocatum, non rem absentem, sed præsentem demonstrat. quid. quod sequeretur nefandum, absurdum; nempe Sacerdotem Valentiæ existentem, panem, qui Romæ est, consecrare posse. nil enim refert, qua, quantaq. distantia absens sit, si illius præsentia non desideratur. Hæresis. Alex. q. 32. m. 1. S. Tho. q. 74. ar. 4

Hinc euelluntur tres errores. Primus Artiteritarum, qui dicebant materiam esse panem cum caseo mixtum. Secundo Cathaphrygum asserentium materiam esse panem sanguine infantis coagulatum; quem uarijs punctionibus eliciebant. Tertius nefandissimus fuit Manichæorū, qui affirmabant materiā esse panē semine humano coagulatum. lege præter conclusiones positas, can. in sacramētorum oblationibus, de cōsecr. dist. 2. & Patrem a Castro. uer. Eucharistia, hæresi prima. d. Bona. d. 11. art. 2. Sco. d. 11. q. 6. dur. ead d. q. 4. R. c. d. 11 art. 2. q. 3. & d.

Art. IIII. An Christus Iesus in pane fermentato, uel azymo consecrauerit.

Lis est maxima inter Doctores Græcos, & Latinos: Latini affirmant Cœnasse Iesum luna 14. quando iam cœperat azymorum usus, ac proinde in azymis consecrasse. Græci autem luna. 13. Cœnasse tenent, & ex consequenti in fermentato pane confecisse. Burgensis super Matth. cap. 2. uidetur gręcis subscribere. An sel. epist. de sacr. & azymo ad Græcos Lyra super Mat. cap. 26. Abulen. super Exod. c. 12. & Latinis in suo defensorio. Hæbræi. Mat. 26. Mar. 14.

CONCL. I.

Cum Dominus Iesus luna. 14. quando iuxta legis ritum agnum immolare tenebātur, Eucharistiæ Sacramentum instituerit, perspicuum est non in fermentato, sed in azymis confecisse. confirmatur authoritate trium Euangelistarū. nā apud D. Matth. legitur, prima autē die azymorum accesserūt ad Iesum dicentes, ubi uis paremus tibi comedere pascha & paulo inferius. Vespere autē facto, discumbebat Iesus cum discipulis suis &c. & apud S. Mar. habetur; die azymorum, quando pascha immolabant Iudæi, dicunt ei discipuli, quouis eamus & paremus tibi &c. & post pauca. Vespere autem facto &c.

ubi,

ubi, aliquibus interpositis, subditur. & manducantibus illis accepit Iesus panem &c. tandem apud Beatum Lucam scribitur. uenit aũt dies azymorum &c. usq; ad uerba. accipit panem, &c. ex quibus locis Patera Castro Ver. Eucharistia hæresi secunda doctissime conclusionem colligit.

D. Luc. cap. 22.

Alex. m. 25. S. Th. D. Bona. ubi supra Ric. d. 11 art. 2. q. 4 Sco. et D. ubi supra. Appen. Alex. & S. Th. & reliqui ubi supra. Hæresis. Al. q 32. a. m. 5 usque ad q. 33. S. Th. ab ar. 5. usque ad 8. ubi supra. reliqui d. 11. D. bona q. 4. pri. art. Ric. q. 4. et 5. 2. ar. Scoi. q. 6. Dur. q. 4. & 5. Cast. uer. Eucharistiæ. hæres 6. Appen. 8. Metaph.

Prima diffic. An Ecclesia Græcorum peccet in fermentato conficiendo.

CONCLVSIO.

Quamuis Græci errent credentes, Latinos conficientes in azymo, uerum Christi corpus non consecrare, in fermentato tamen conficientes non peccant; peccarent autem si iuxta ritũ suæ Ecclesiæ nõ cõficerẽt, definita est expresse in Concl. Flor. ita enim habetur. declaramus in azymo, uel fermentato pane triticeo corpus Christi ueraciter confici, Sacerdotes q. in altero, ipsum corpus Domini cõficere debere; unusquisq. sacerdos iuxta suę Ecclesiæ orietalis, siue occidẽtalis cõsuetudinem.

Colliges hinc, errauit igitur Sco. dubitans contra definitionem Conc. nam dicit Græcos forassis peccare conficientes in fermẽtato. Verũ enimuero Sco. non errauit. nã fuit illo Cõc. antiquior: & tũc ante Ecclesiæ definitionem licitum erat dubitare.

Secunda diffic. Licebit ne Sacerdoti latino tempore necessitatis in fermentato conficere.

CONCLVSIO.

Nunquam hoc illi integrum erit. Ratio est, quia nullus potest casus uenire, in quo necessarium sit Ecclesiæ ritum, & consuetudinem mutare, cum hoc sacramentum non sit de necessitate salutis quemadmodum Baptismus.

In hoc articulo refutatur error Græcorum, quem amplexi sunt Armenij, & Rutheri asserẽtes non in pane azymo, sed in fermentato pane esse Eucharistiam conficiendam, lege Patrẽ a Castro uer. Eucharistia, hæresi secunda.

Art. V. An Vinum uitis sit sola, & propria huius sacramenti mæteria.

CONCLVSIO.

Omne, & solum uitis uinum est huius sacramenti materia. definita est in Conc. Flor. his Verbis. Tertium sacramentũ est Eucharistia, cuius materia est panis triticeus, & uinum de uite, & in aliis multis Conc. quæ apud Patrem a Castro reperies.

Hinc collige acetum non posse esse huius sacramenti materiam, Ratio est, quia acetum non est uinum teste Arist. qui ait sicut a priuatione ad habitum: ita ab aceto ad uinum impossibile esse regressum.

Neque ex succo agresti, siue semine potest fieri consecratio.

tio: non enim est uinum, sed materia ex qua fit uinum; quem admodum acetum non est uinum, licet fiat ex uino. S. Th. ar. 5. & reli qui ubi supra. Ri. q. 5. ar. 2

Prima diffic. An mustum possit esse consecrationis materia.

CONCLVSIO.

Potest quidem in illo fieri consecratio. definita est per Iulium Papam can. omne de consecratione. d. 2. ubi dicit de expresso botro. id est, de uuarum granis &c. sed si necessitas sit, in calice cõprimatur, & aqua misceatur, quia calix domini cus iuxta can. præcepta, uino, & aqua permixtus debet offerri.

Secunda diffic. An uua matura, musto nondum expresso possit esse materia Eucharistiæ.

Ricardus ubi supra duas refert opiniones. Prima partem affirmantem tenet, secunda negantem. S. Thom. art. 5.

CONCL. III.

Non potest esse materia huius sacramenti, quia talis uua differt specie a musto: habẽt enim diuersos omnino effectus: multũ enim mustũ inebriat, & uuæ multæ minime, & ut succus oliuarum antequam exprimatur, non est oleũ. ita succus uuarum ante expressionem neque uinum, neque mustum est.

Tertia diffic. An etiam ex lora, id est. (aguapie) quæ fit ex uuis parum expressis, & aqua calida fieri possit consecratio. Al. q. 32 m. 3. S. Th. ar. 3.

CONCLVSIO.

Si parum aquę misceatur: ita ut ab omnibus uinum iudicetur propter acrimoniã, poterit in illa fieri consecratio. non enim differt specie a uino. idem iudiciũ est de uino lymphato, Appen.

In uino congelato non potest consecratio fieri. Ratio est, quia Christus instituit materiam sanguinis esse uinum potabile; quale non est uinum congelatum. Per primam conclusionem confutatus remanet error Aquariorum, qui in calicẽ solum aquam ponebant, & condemnatur expresse in cap. firmiter, de sũma Trinitate & fide Cath. lege Castrũ. loco citato. Hæresis. Al. m. 7. et reliqui ubi supra

Art. VI. An uino non consecrato misceri possit aliquis liquor. Alex. S. Tho. vbi supra, & reliqui ẽs D. Bona. q. 3. ar. 1. Ric. q. 1. ar. 3. Du. q. 5. Communis est ductr. sen.

CONCLVSIO.

Peccat Mortaliter Sacerdos, qui in consecratione calicis, aquam uino non miscet. definita est in Conc. Flor. ubi dicitur. Tertium Sacramentum est Eucharistia, cuius materia est panis triticeus, & uinum de uite, cui ante consecrationem modicissima aqua misceri debet. nota ibidem tres congruentias propter quas aqua uino miscetur.

Prima diffic. Est ne aquę permixti de necessitate sacramenti.

CONCLVSIO.

Non est de necessitate illius. quia solum ponitur propter si

gnificationem. significat enim unionē populi Christiani cū Christo. uide Conc. Flor. loco citato. Greci etiam uere conficiunt, tamen aquam non miscent.

Secunda diffic. Quanta aquæ quantitas erit apponenda.

CONCL. I.

Alex. ubi sup. S. Th. ar. 8. Ricar. ar. 3. q. 2. Dur. q. 5. vbi supra.

Non est maior quantitas aquæ, siue æqualis in calice quantitati uini apponenda. patet ex cap. Per uitiosos de celebratione missarum. Vbi Honorius tertius arguit consuetudinē apponentium in calice maiorem partē aquæ, quam uini. nam tunc aqua cōuertet in se uinum, & non fiet consecratio. neq; inæquali quantitate. nam tunc uel aqua conuertet in se uinum, uel ita extenuabit illud ut speciem uini amittat.

CONCL. II.

Appen.

Aqua, quæ uino commiscetur, debet esse in modicissima quātitate. definita est in cō. Flor. in prima cōclusione citato.

Ex dictis potest iudicium ferri de illis uini generibus, quę ex aromatibus, & melle conficiūtur. nam si ita tenuis est mixtio ut uini substantia maneat, consecrabile est: si uero corrumpatur, minime erit & hac de causa peccatum est in huiusmodi uino conficere, propter periculum cui se Sacerdos exponit.

Alex. m. 3. arti. 2. & Ric. q. 6. arti. 3.

Tertia diffic. Si uino iam fuit apposita aqua in uasere, erit ne in Missa iterum apponenda.

CONCLVSIO.

Erit quidem per Sacerdotem permiscenda aqua. quia significatio unionis Christi cum Ecclesia non fit, nisi tēpore, quo Eucharistiæ mysterium celebratur, quod fuit memoriale passionis Christi. ex cuius latere fluxit sanguis, & aqua, lege cano. in sacramentorum oblationibus, de consecr. d. 2.

Alex. ubi supra. D. Bona. di. 12. q. 2. ar. 2. Se. d. 12. q. 3 q. 77. ar. vlt. d. 12. q. 1 arti. 4. Ricardi & Durā di. eri.

Quarta diffic. An in uino iam consecrato possit uinum non consecratum, aut alius liquor admiscerī.

Duæ sunt opiniones. Prima Beati Tho. ubi supra, scilicet, quod quando uinum permixtum speciebus consecratis est in maiore quantitate, quam fuit uinum specierum consecratarū, tali mixtione desinit ibi esse sanguis.

Contraria opinio est Ric. cui adhæsit Dur. loco citato, scilicet, quod si dolo magno uini gutta sanguinis cōsecrati misceatur, non corrumpitur a uino, & ex consequenti manet ibi sanguis Christi.

CONCL. I.

Si speciebus consecratis sanguinis Christi permisceatur uinū in maiori, uel æquali uel minori quantitate, tali mixtione spe-

species ille non corrumpuntur. patet, quia corrumptio nõ fit a simili, nisi a contrario, & species cõsecratæ sunt similes speciebus uini non consecrari, cuiuscunque generis sint. Secundo quia ex oppositio sequeretur, quod si duæ species consecratæ ex duobus uasis, in tertio uase permiscerentur, aut in altero illorum, desineret ibi esse sanguinis, quoniam ex duab. illis speciebus, ut dicit contraria opinio, constituitur simul unum individuum distinctum a qualibet specie, & per consequens nõ maneret ibi sanguis Christi: quod est erroneum. opinio tamen oppositia uera esse uidebitur; si hoc modo intelligatur. Appen. nempe si partes specierum consecratarum, ita minuerentur in mixtione, ut sub quantitate minima illarum, uini substãtia si adesset, conseruari non posset, tunc sanguis Christi ibi non maneret.

Hinc quamuis speciebus consecratis uinum multo fortius Appen. illis misceatur, non corrumpentur. quia est illis simile & a contrario, & non a simili fit corruptio.

CONCL. II.

Si speciebus consecratis liquor aliquis in tanta quantitate misceatur, ut possit species consecratas in se conuertere: ut si tanta esset aqua, quę uini quantitatem superaret: tũc corrumperentur uini species, & desineret ibi sanguis Christi existere, quia tunc species paterentur a suo contrario, & tandiu est ibi sanguis, quam diu species durant.

Hinc, si blasphemus aliquis magnę quantitatis uini dolium cõsecraret, species essent tunc, tãtæ quantitate aquæ miscẽdę, donec corrumperentur: ut ibi sanguis esse desineret: essent enim in rapidum stumen, uel mare proijciendæ.

CONCL. III.

Quando liquor speciebus consecratis mixtus est minoris quãtitatis, ut si guttula aquæ permisceatur, tunc species illam conuertent, non in species uini absque substantia sed in uini substantiam. Ratio est, quia accidentia consecrata habent eãdem uirtutem generandi substantiam, quam in subiecto habebant, uel dispositiue ut sentit Sco. uel effectiue, ut B. Tho. do- *De his in* cct. non tamen accidentia generata erunt sine subiecto. nam *fra d. 12.* generare accidens separatum est solius Dei proprium.

CONCL. IIII.

Quando liquor alterius speciei, ut aqua, uel oleum, speciebus consecratis permixtus æqualis est quantitatis, tertius efficitur liquor, desinitque ibi sanguis esse. Ratio est, quia per illam mixtionem utrunque miscibilium corrumpitur; & cor-

ruptis speciebus consecratis, desinit sanguis ibi existere.

Hæreses. Prima huius articuli conclusione sex errores confutantur. Primus Armachani libro nono de quæstionibus Armeniorum, negantis Christum aqua in Cœna fuisse usum. Secundus Græcorum & Armeniorum nullam aquam miscentium. Tertius offerentium lac in calice. Quartus eorum, qui seruabant linteum musto intinctum per totum annum, & tempore Sacrificij partem eius aqua lauabant, & ita offerebant, offerentes quidem potius sordes, uel aquam sordidam, quam uinum. Quintus, cuius meminit Innocentius capite cum Marthę, de celebratione Missarum, asserentium aquam quantumuis paruam in calice semper persistere. Vltimus confitentium uinum in sanguinem conuerti, aquam uino appositam in aquā, quæ ex latere Christi Iesu manauit. Ad istorum errorū labefactationem lege Cano. cum omne, de consec. d. 2. Con. Flor. citatum, & Triden Sess. uigesima secunda capite nono, & Patrē de Castro ubi supra hæresi 7.

Al. Alē. q. 33. m. 1 S. Th. q. 78. reli- qui. d. 8. D. Bona. q. 2. Ric. ar. 3. q. 1. & 4. Sc. q. 1. Dur. q. 2. Mat. c. 26. Lu. 6. 22. Marc. 14 DD. ubi supra q. 78. art. 1 & 2.

Art. VII. De forma consecrationis corporis Christi.

CONCLVSIO.

Forma præcisa cōsecrationis corporis Christi Iesu est ista, Hoc est enim corpus meum. uide Euangelistas Matt. 26. Luc. 22. Mar. 14. & can. quia corpus & can. panis el secondo, de consecr. d. 2. & caput cum Marthæ de celebratione Missarū, & Con. Flor. ubi expresse definita est.

Prima diffic. An sit dicenda forma huius sacramenti, uel consecrationis tantum.

Duæ sunt opiniones. Prima S. Tho. qui illam formam Sacramenti Eucharistiæ nominat, & hic est communis loquendi modus.

Secunda est Sco. q. 1. citata ad tertium dicentis. esse formā consecrationis tantum. Verum enim uero animaduerte, hoc sacramentum bifariam considerari posse; primo quando fit consecratio. secundo quando facta consecratione permanet Eucharistia consecrata.

Communis est opinio.

CONCL. I.

Forma est Eucharistiæ quantum ad factionem. patet; quia his uerbis sacramentum efficitur: & species sacramentales ad significandum corpus Christi sub se contentum determinantur. Quemadmodum per formam, Ego te baptizo, ablutio materialis ad significandū sacramēcalem effectum restringitur.

CONCL. II.

Si Eucharistia: ut habet esse permanens, facta iam consecratione.

cratione, consideretur, tunc nulla est eius forma. Ratio est, quia forma simul est cum sacramento, permanetque cum illo, at Eucharistia manet, quando hæc forma non permanet: quare non erit dicenda eucharistiæ, sed consecrationis forma. & confirmatur, quia quemadmodum conc. Flor. uocat panem materiam eucharistiæ: eo quod sit materia, ex qua fit sacramentum, non autem quod panis in sacramento maneat: ita erit de forma huius sacramenti theologandum. Scot. q. 2.

Secunda diffic. An hoc sacramentum unum, uel plures formas habeat.

CONCLVSIO.

Duæ sunt huius sacramenti partiales formæ, & una tantum integralis. patet, nam quemadmodum in hoc sacramento sunt duo signa particularia, id est, duo particularia sacramenta. s. panis, atque uini species, & unum integrale signum, id est, vnũ integrale sacramentũ, species. s. panis, & uini simul sumptæ, q̃ nutritionẽ spiritualẽ significant, quæ panis & uini speciebus consecratis integratur; ut corporalis nutritio pane & uino integratur; ita quoq; sunt duæ partiales formæ & una integralis.

Tertia diffic. An Christus his uerbis hoc est enim &c. uel ante prolationem istorum uerborum consecrauerit.

De hac egit Alex. ubi supra. m. 2. S. Tho. loco citato ad 1. a quibus quatuor opiniones referuntur. Prima est Innocentij libro qnarto de Sacrificio Missæ capite sexto, asserẽtis per potestatem excellentiæ, quam Christus alligatam sacramentis minime habebat, panem in suum corpus conuertisse: deinde uero dedisse illud Apostolis dicendo hoc est &c. Secunda opinio affirmat consecrasse quibus dã uerbis nobis ignotis, quando benedixit panem, & non quando dixit hoc est &c. Tertia opinio tuetur illa forma Christum consecrasse, uerum occulte, scilicet, quando benedixit panem, deinde publice illa usum fuisse ut alios formam consecrandi doceret. Quarta opinio tenet quando uerba hæc, hoc est &c. protulit, simulq. factam fuisse benedictionem. qui hanc defendunt dicunt benedictionem fuisse formæ prolationem. D. Bona ubi supra Ric. ar. 3. q. 1. Scot. q. 2. Rich. q. 2.

CONCLVSIO.

Christus Iesus his uerbis, hoc est &c. Eucharistiam cõfecit, quando. s. uerba illa protulit. patet ex cõmuni ecclesiæ usu, & consuetudine, quæ a temporibus Apostolorum usq; ad hæc nostra tempora ita semper consecrare consueuit.

Hinc quamuis sit de fide, a nobis sub hac forma, hoc est &c. consecrationem esse faciendam; de fide tamen non est, Ie- Appen.

sum tempore Cœnæ ijsdem uerbis, quibus nos consecramus. confeciſſe: est enim opinio Innocentij, & alię suprapositæ, quarum nulla est hactenus ab Ecclesia damnata: at uero, oppositum asserere esset temerarium, & retractatione dignum.

Dur.q.2. *Quarta diffic. An hæc formæ, hoc est &c. sit præcisa quin præcedant illa uerba, qui pridiæ &c.*

Duæ sunt opiniones. Prima D. Thom. ubi supra ad quartum, scilicet hæc sola uerba, hoc est &c. esse de essentia consecrationis: peccare tamen grauissime cõsecrantem illis uerbis qui pridie &c. omissis.

Contraria opinio est Sco.q.1.ar.1. dicentis: si quis hæc uerba, hoc est &c. sine illis, qui pridie &c. proferret, esset sacramentum sub conditione adorandum: quia incertum est; an per illa sola uerba sit panis in corpus Christi trãsubstantiatus.

CONCL. I.

Quando Sacerdos habet intentionem consecrandi, nõ aliter quam narrando rem tempore cœnæ a Christo gestam; tunc ijs solis uerbis, hoc est &c. sine illis, qui pridie &c. minime consecrat. Ratio est, quoniam ad consecrationem ministri intentio desideratur; & in casu huius conclusionis Sacerdos non habet intentionem aliter cõsecrandi, quam Christi factum, & eius ordinem in cœna narrando, atq; ita uera est Scoti opinio.

CONCL. II.

Hæc uerba hoc est &c. sunt forma consecrationis, quatenus sunt uerba practica, id est, efficiunt, quod significant, conuersionem. s. panis in Christi corpus. probatur authoritate D. Ambro. apud S. Tho. hoc loco consecratio fit uerbis, & sermonibus Domini Iesu. nam per reliqua omnia, quæ dicuntur, laudes Deo referuntur, & uerba Domini tãtum sunt illa: Hoc

Scot.q.2. est &c. nam illa, qui pridie &c. Sacerdotis esse dicuntur.

Quinta diffic. An posita forma consecrationis panis, ante uini consecrationem, suum sortiatur effectum.

Lege Alex. q.34. m.4. art.1. & 2. & D. Tho. quorundam ubi supra. art. ult. hi referunt errorem partem negantem tenentium. uide & Ric.q.4. & Dur.q.3.

Hæreticum est asserere, uerba consecrationis panis, ante cõsecrationem uini, uel e conuerso, suum effectum non sortiri. ex oppositio enim sequeretur, adorantis Hostiam ante consecrationem calicis Idololatria, quod pestilentissimum est, affirmare. quia non esset ibi corpus Christi. quousque uinum consecraretur.

CON-

CONCL. II.

Sacerdos conſecrans panem, ſine uini cõſecratione in eadẽ Miſſa grauiſſimum ſacrilegium committeret. definita eſt expreſſe in capite, comperimus, de conſe. d. i.

Hinc, ſi contingeret ſacerdotem, conſecrato pane, ita ægrotare; ut non poſſet ulterius progredi, alius ſacerdos deberet tunc calicem conſecrare. ita definitum eſt in con. Toletano, & refertur in can. nil contra ordines. 7. q. i. *Appen.*

Hinc confutati manent tres errores. Primus Lutheranorũ affirmantium, nullam eſſe præciſam conſecrationis formam. Secundus eſt Eraſmi in principio paraphraſis ſuper primam epiſtolam ad Cor. ubi ait. utinam Paulus explicuiſſet quibus uerbis eſſet conſecrandum. Tertius eſt. ineptiſſimus. quem refert Pater a caſtro ubi ſupra, ſuitq; eorum, qui dicẽdo ſepties Pater noſter, & benedicendo panem, & uinum, conſecrationem fieri exiſtimabant. *Hæreſes.*

Art. VIII. Sit ne præciſa forma conſecrationis ſanguinis hæc: Hæc eſt enim &c. uſque in remiſſionem peccatorum. *S. Tho. q. 78. ar. 3.*

Quatuor ſunt opin. Prima B. Thomæ qui omnia prædicta uerba dicit eſſe de eſſentia formæ; priora tamen. ſ. hic eſt. n. calix ſanguinis mei, ſignificare conuerſionem uini in ſanguinem; ſequentia uero uirtutem ſanguinis Chriſti in paſſione effuſi deſignare. ubi apertiſſime docet, omnia eſſe de eſſentia formæ, & de neceſſitate ſacramenti. in eadem. n. 3. p. q. 60. ar. 8. inquit, uerba illa quæ ſunt de ſubſtantia formæ, ſunt etiam de neceſſitate ſacramenti. *Al. q. 33 ar. 1. Bon. q. 2. ar. 1. Dur. q. 2.*

Secunda opi. eſt Ale. D. Bona. & Durã. qui affirmant de neceſſitate conſecrationis calicis eſſe hæc ſola uerba. ſ. Hic eſt ſanguis meus. *Hanc uidetur ſeq. Rica. ubi ſup. ad 1. q. 2. ar. 3.*

Tertia opi. dicit, hæc uerba. ſ. hic eſt ſanguis meus, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, eſſe de neceſſitate conſecrationis, prætermiſſis aliis uerbis, quæ ab eccleſia Romana adduntur, qua forma utuntur Græci.

Quarta opi. eſt Sco. ubi ſup. ar. 2. qui ait. de hac quæſt. nihil certitudinaliter eſſe nobis traditum; ac proinde, qui non profert omnia illa uerba, exponit ſe periculo non conſecrandi. quare Sco. anceps in hac quæſt. eſſe uidetur. *Scot. ubi ſup. ar. 2.*

CONCL. I.

Forma conſecrationis calicis, qua Romana utitur eccleſia eſt ſufficiens, traditur. n. ab Euangeliſtis; & uerba, quæ ab eccleſia interponuntur. ſ. nouj, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, formæ, qua Chriſtus conſecrauit, ſenſum haud mutant;

CONCL. II.

Sufficiens quoque forma consecrationis calicis erit hæc. Hic est sanguis meus: etiam si nullum aliud uerbum addatur, probatur a simili. nam: ut in consecratione corporis Christi necessarium non est, illa uerba, quod pro uobis tradetur, quibus fuit Christus usus, addere: ita neque in consecratione sanguinis necessarium erit subiungere uerba illa, qui pro uobis effundetur, a Christo Domino apposita.

Soto d. ii. q. 1. ar. 3

Prima diffic. An Sacerdos conuertat uinum in sanguinem per hæc sola uerba. Hic est enim calix sanguinis mei, ante prolationem reliquorum uerborum.

Alc. m. 4. art. 2. S. Tho. ar. 3 d. Bona art. 1. q. 2 Ric. ar. 3 q. 2. Sc. q. 2. Dur. e. q. Soto d. 11. q. i. ar. 3.

Soto tenet Sacerdotem obligari ad habendum intentionē consecrandi per totam illam orationem: usq; in remissionem peccatorum. atque ita non finita tota oratione, non fieri consecrationem. dicit secundo, Sacerdotem intendentem consecrare per hæc sola uerba, Hic est sanguis meus: conficere: committere tamen sacrilegium, quia exponit se periculo non consecrandi. forte enim (inquit) hæc opinio non est uera.

CONCLVSIO.

Magister Soto hoc loco sibi repugnat. probatur primo. applicata forma debita, & sufficienti ad materiam, statim sequitur effectus. Secundo. quia uirtus actiua formæ non proficiscitur ab intentione sacerdotis sed ab institutione diuina; & si secunda opinio esset uera, hæc esset forma sufficiens: Hic est sanguis meus. quare per illā solam fieret consecratio, & nō per uerba sequētia, ēt si Sacerdos palia uerba intēderet cōsecrare.

Dubium I. Quid si præcisa forma sit: Hic est sanguis meus, & Sacerdos non habeat intentionem consecrandi per ista sola uerba, sed per alia, quæ sequuntur, conficiet ne sacramentum.

CONCL. I.

Si habet intentionem nō aliter consecrandi, quam per omnia illa uerba, non conficiet. peruersam enim habet intentionem, quia non intendit consecrare per uerba illa propria, quamuis sint forma præcisa; atque ita cum non habeat intentionem utendi præcisa forma, non consecrabit.

CONCL. II.

Si habet intentionē consecrandi per totam illam orationem, qua ecclesia utitur, uere conficiet. Ratio est, quia habet etiam intentionem consecrandi, uel per totam orationē, uel per primam eius partem. non enim excluditur intentio consecrandi per uerba priora, si illa: ut docet secunda opinio, uirtutem conuertendi uinum in sanguinem habent.

Vo-

Verum nota egregium Scoti Consilium loco citato dicentis, Sacerdos proferat uerba illa omnia, & habeat intentionẽ consecrandi sicut Christus instituit, & tunc nulli se periculo exponet. *Ric.q.2. art.3.& Dur.q.8.*

Dubium II. Est ne Græcis necessarium ad ueritatem Sacramenti tota hæc forma, Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangetur, quæ consecrare solent.

CONCLVSIO.

Non est necessarium. patet, quia sicut institutio Ecclesiæ Romanæ ueritatem formæ præcisæ non tollit, etiam si formæ.v.g. Baptismi, & in nomine omnium sanctorum, adderet (hoc enim nõ erit de necessitate sacramenti) ita quamuis Ecclesia Græcorum addiderit, quod pro uobis frãgetur, non erit hoc de necessitate sacramenti, esset tamen de necesitate præcepti additio illa, quia Sacerdos illam prætermittens mortaliter peccaret.

Art. IX. Inest ne aliqua virtus prædictis formis efficiens consecrationem.

De hoc art. lege supra quæstionem tertiam de sacramentis in genere, & præter Doctores ibi citatos lege Alex.q.3.4.m.1.art.1.ad.2. & D.Tho.q.7.8.ar.4. Ric. hac distin.q.3. art.3. & D.Bon.art.1.q.i.

Hinc refutat Sco.q.5. opinionem cuiusdam, qui asserebat inesse his uerbis qualitatem quandam &c.

CONCL. I.

Virtus harum formarum, quatenus sunt signa corporis, & sanguinis Christi, est certitudo in significando, nempe quod positis his uerbis; Hoc est corpus, & Hic est sanguis &c. illorũ significatum, scilicet, corpus Christi, & eius sanguis ponãtur. Ratio est, quia uirtus cuiuscunque rei (primo de cœlo) dicitur ultimum de potentia, id est, ultima rei perfectio & ultima perfectio siue virtus signi est certitudo eiusdem in significãdo. Hæc autem uirtus est super naturalis, quia uerba sacramentalia ex sua natura non habent uirtutem efficiendi, aut significandi ut significant. *Scoti est.*

CONCL. II.

Virtus sacramentorum, quatenus sunt gratiæ, & aliorum effectuũ causæ, præsertim in uerbis consecrationis, est concursus Diuinus, diuinaq. institutio, Sacerdotisq. intentio. Ratio est, quia uirtus efficiens est ratio, propter quam agens, siue principale, siue instrumẽtale operatur. ut in igne calor, & hæc uerba conuersionem panis, & uini &c. operãtur: quia Deus

concurrit

concurrit cum illis ad consecrationem,& quia instituit,ut illis,ueluti instrumentis consecrationis sacerdotes uterentur,& quia Sacerdotes per hæc uerba consecrare intendunt.

Al.q.33 m.3.ar.2 §.2.3.4. Th.q.78 ar.5.reli qui dd.d. &.d.Bon. ar.1.qõ.1. Ri.q.1.ar n.3. Sco. qõ. 2. & Dur.in e. q.

Art.X. An huiusmodi formæ sint locutiones verę.

Præter Doctores scolasticos,lege Innocen. lib. 4.de mysterio Missę,cap.1.7.Tho.Vualde.in 2.Tomo de sacra.cap.49.Gabri.in cano. Lec.48. Castro uerb.Eucaristia, hæres 4. glossam in can.timorem,de consecratione,d.2.uerb.corpus.

Sex sunt opiniones.Prima Innocentij,scilicet, hæc uerba, Hoc est &c.supponere materialiter, & recitatiue.hanc sequũtur glossa citata, & Dur. & illam probabilẽ Sco. adiudicauit.

Secunda asserit,uerba harum formarum supponere significatiue,& metaphorice,ita ut sit in propria suppositio,est q.iuxta hãc opinionem sensus huius formæ, Hoc est &c.id est,hic panis repræsentat corpus meum,quẽadmodum Leo,& Agnus metaphorice Christum repræsentant, qui quidem sensus erroneus est,quia insinuat sub speciebus Christum non realiter, sed metaphorice,& repręsentatiue,& secundum figuram continerı.atq. hoc dicebant esse demonstrationem quo ad intellectum.

Tertia opinio affirmat, pronomẽ, hoc,demonstrare corpus sub ratione corporis Christi, & hæc demõstratio quo ad sensum uocabatur,ita ut sit formæ sensus, Hoc est &c.id est, corpus,est corpus meum.

Quarta opinio est D. Bona. qui docet pronomen, hoc, panem conuertendum demonstrare,& copulam,est, uerbo (fit) æquiualere,ita ut sit sensus,panis fit corpus meum.

Quinta opinio est Ochani, quam refert Gabr. ubi supra, asserentis pronomen, hoc, corpus sub ratione corporis demonstrare, & copulam, est, exponendam esse per futurum erit ita:ut faciat hunc sensum;hoc corpus meum.quæ quidem opinio a multis temeraria censetur: quia corpus in fine prolationis non erit, sed est iam sub speciebus panis.

Vltima opinio est S:Thom Ric.& Sco.qui existimant illud pronomen, hoc,non demõstrare panem, nec corpus sub ratione corporis,sed corpus Christi sub ratione entis,uel indiuidui de prædicamento substãtiæ,ut sit sensus, hoc ens, uel hæc substantia,quæ continetur sub speciebus panis, est corpus meum.

CONCL. I.

Formæ consecrationis panis, & uini, uerissime sunt. proferuntur enim in persona Christi, qui est summa ueritas, & mentiri non potest,atque ita se habet a parte rei, quemadmo-

dum

dum per illas significatur. nam corpus, & sanguis Christi Iesu sub speciebus consecratis continentur.

CONCL. II.

Sacerdos consecrans non profert hæc uerba recitatiue tantum. tunc enim supponerent materialiter tantum, quemadmodum si aliquis diceret, Christus dixit; Ego sum uia, ueritas, & uita. est enim suppositio materialis, quãdo termini pro se ipsis tantum supponunt: formæ autem sacramentorũ, cum sint propositiones practicæ, & efficiant, quod significant, non supponunt materialiter.

CONCL. III.

Pronomina istarum formarum, hoc est &c. & Hic est &c, non demonstrãt panem aut uinum. Ratio est, quia pronomẽ, hoc, præsertim in rationalibus practicis, quæ significant, & significatum, efficiunt, usque ad ultimum instans prolationis nil demonstrant. & cum in fine istarum orationum. Hoc est &c. & hic. est &c. iam nõ sit ibi panis, uinum, sed corpus, & sanguis Christi existant, impossibile erit pronomen, hoc, panem demonstrare. quod autem uocalis propositio nil significet, donec eius prolatio finiatur, perspicuum est. nam ex oppositõ sequeretur, eandem propositionem ueram esse simul & falsam ut hæc; Deus non est iniustus, in ultimo instanti uera, antè prædicati pronuntiationem falsissima, ut deus non est. hæc conclusio uidetur contra Bon. non est tamen; nam est exponẽda hæc propositio, Hoc est enim corpus meum, per uerbum, fit, & est; ita; ut sit sensus, quod fit ex pane est corpus meum. uide Caiet. quia ita illam exponit.

CONCL. IIII.

Pronomen, hoc, corpus Christi sub ratione corporis non demonstrat. Ratio est, quia si demonstrare, non esset propositio practica, sed speculatiua, uel significatiua tantum: æquipoleret enim in consequendo, & significando huic; Corpus meum est corpus meum, quod quidem est contra definitionem sacramenti in principio positam.

CONCL. V.

Supponit autẽ pro Christi Iesu corpore, quatenus est ens, uel individuum de prædicamento substantiæ, ita ut sit sensus, hoc ens, uel hoc individuum factum ex pane, est corpus meũ. Ratio est, quia si non supponit pro pane, ut ex tertia conclusione constat, neq; pro corpore sub ratione corporis, ut inquarta cõclusione probatur, est profecto pro corpore Christi quateaus est ens, uel individuũ prædicamẽti substantiæ, supponet. S. Th. & Sco. ei

Prima diffic. An quod demonstratur per illud pronomen, sit aliquod commune, uel singulare.

Duæ sunt opin. Prima est S. Th. ut docet Magi. Soto in 4. s. pronomen, hoc, non demonstrare singulare aliquod, sed subiectum in communi indifferens ad panẽ, & Christi Iesu corpus. Eamq. defendit Mag. Soto.

Contraria opi. est Sco. & Caie.

CONCLVSIO.

Pronomen, hoc, corpus sub ratione substantiæ singularis, nõ autem communis demonstrat. patet. hæc oratio; Hoc est .n. corpus meum, est singularis propositio, quod Mag. Soto cõfitetur, quare subiectum erit singulare uagum. s. hoc ens, vel hæc substantia. Deinde omne quod continetur sub illis speciebus, est singulare, & non commune, & illud est, quod pronomen, hoc, demonstrat; quamobrem non. rem aliquam cõmunem, sed singularem demonstrabit.

Obijcit doctor ille; propositio hæc; Hoc est enim, &c. non esset tunc practica, sed speculatiua: æquiualeret n. huic; corpus meum, est corpus meum. cui respondetur æquipollere in consequendo, non tamen in consequendo, & significãdo: non enim termini in utraque propositione, scilicet, Hoc est enim corpus meum, & corpus meum est corpus meum, sunt Synomini, idem; & eodem modo significantes, quod desideratur, ut propositiones in consequendo, & significando, æquipolleant.

Secunda diffi. Illud singulare uagum demonstrat ne corpus sub ratione entis, uel substantia.

Ale. §. citato. Tho. 5. Bona. art. 2. q. 1. Ri. q. 2. arti. 3. Sco. q. 2. Dur. q. 2.

Tuæ sunt opi. Prima est Caie. quod demonstrat corpus sub ratione substantiæ indiuiduæ.

Contra opi. est Sco. ubi supra.

CONCLVSIO.

Pronomen, hoc, demonstrat corpus sub ratione entis. hanc primo sic probat Sco. quia illud pronomen, hoc, ponitur in neutro genere, & hne substantiuo, & nomen adiectiuum in neutro genere sumptum potius ens, quam substantiam demõstrat: ut si quis dicat, bonum est legere. i. bona res, uel bonum ens est legere. atque ita resoluetur per hoc ens. i. hoc ens est corpus meum Secundo, quia quando percontamur, quid hoc est? intelligimus, quid est hoc ens? & ita a simili; hoc est. i. hoc ens, &c.

Tertia diffic. An pronomen hoc, quando dicitur, accipiat, & comedite ex hoc omnes ſupponat materialiter tantum.

Duæ ſunt opi Prima dicit ſupponere materialiter tantum. contraria opinio continetur ſequenti concluſione.

CONCLVSIO.

Illud pronomen, hoc, nihil uſque ad finem orationis demonſtrat. probatur eodem modo, quo ſupra explicatum eſt. pronomen in forma, hoc eſt, &c. nihil uſque ad ultimum inſtans prolationis demonſtrare.

Quarta diffic. An hæc oratio, Hoc eſt, &c. ſignificat conuerſionem, &c.

CONCLVSIO.

Alex. ubi ſup. Sc. q. cit. d. 11. q. 1.

Significat quidem, & efficit conuerſionem panis in corpus Chriſti ex diuina inſtitutione. patet. nam eſt propoſitio practica, quæ efficit quod ſignificat, quemadmodum, & forma baptiſmi, quæ ex inſtitutione diuina interiorem animæ ablutionem ſignificat, & efficit.

Quinta diff. Eſt ne prius naturæ conuerſionem fieri, quam hæc propoſitio ſit uera, an econuerſo.

Th. q. 78 ar. 6. reli qui. di. 8. d. 8 a. q. 3 ſco. q 2

Perinde eſt, ac ſi quæratur, an conuerſio ſit cauſa ueritatis orationis, uel orationis ueritas ſit cauſa conuerſionis panis in Chriſti corpus.

Scotus dubitans huic difficultatis ſatisfacit, nam uideturin quit, prior conuerſio, cum ex eo quod res eſt, uel non eſt, dicatur oratio uera, uel falſa, quæ maxima uera eſt in orationibus ſpeculatiuis, qualis eſt hæc, Franciſcus eſt ius dicendi peritus, an uero in propoſitionibus practicis ueritas illarum eſt cauſa exiſtentiæ rei, ut quia hæc eſt uera, ego condono tibi iniuriam, ideo iniuria eſt condonata.

CONCLVSIO.

Prius natura eſt hanc proprositionem? Hoc eſt &c. eſſe ueram, quam quod ſit conuerſio panis in corpus Chriſti id eſt, ueritas propoſitionis præſupponitur in genere cauſæ efficientis. probatur, quia cauſa prior eſt effectu, & cum ueritas huius propoſitionis, Hoc eſt &c. ſit cauſa efficens conuerſionis (nã eſt propoſitio practica) erit profecto prius natura hanc propo tionem eſſe ueram.

Hinc refutatus eſt error Eraſmi ſuper primam epiſtolam ad Corinth. 11. dicentis hæc uerba, hoc eſt &c. ſolum ſignificare præſentiam corporis Chriſti, & non panis conuerſionem. hactenus de prima quæſtione.

QVAE-

Al.q.43 *usque ad* 53. *Tho.* 73. *et* 80 *reliqui d.* 12. *Th.q.* 73. *ar.* 3. *Bona.q.i. Dur.q.* 2. *d.* 9. *& q. de sacra. in genere sup.*

QVAESTIO SECVNDA DE SVSCIpientibus Eucharistiam.

Hac quæstione nona Mag distinctio. fit perspicua.

Art. I. An Eucharistiæ susceptio, quemamodum & Baptismi sit de necessitate salutis.

CONCL. I.

EFfectus Eucharistiæ. s. ut quis membrum Christi & Ecclesiæ efficiatur, est de necesitate salutis. patet, quia esse membrum Ecclesiæ, & Christi est de necessitate salutis, ut constat in extrauaganti, unam sanctam, de maioritate, & obedientia, & in Can. quoniam uetus, 24. q. 1. & gratia qua aliquis Christo, & Ecclesiæ unitur, expressius per Sacramentum Eucharistiæ significatur, dicente B. Paul. Prima Corinth. 10. panis benedictionis &c. quoniam unus panis, & unum corpus, multi sumus, omnes, qui de uno pane, & de uno calice participamus.

CONCL. II.

Iste effectus Sacramenti Eucharistię potest haberi per solum propositum percipiendi illud, quod quidem habetur, quando Baptismus absq; reali susceptione Eucharistiæ percipitur. Ratio est, quia uolens medium ad aliquem finem, cõ sequenter uult. & finem. nam propter quod unum quodq. tale & illud magis, & cum Baptismus sit medium disponens, ad Eucharistiam sumendam, suscipiens Baptismum habet ex cõ sequẽti uoluntatem interpretatiuam suscipiendi eucharistiã.

Dubium. Cur paruuli possunt per uotum interpretatiuum Eucaristiæ effectum suscipere, non autem Baptismi effectum.

Th.q. 73 *ar.* 3. Ratio est, quia votum interpretatiuũ habetur in susceptione alicuius sacramenti, & cum ante Baptismum nullum sit sacramentum (quia est omnium sacramentum ianua) hac de causa paruuli non poterunt uotum interpretatiuum Baptismi quemadmodum Eucharistiæ, habere.

CONCL. III.

Actu siue realiter Eucharistiam sumere non est de necessitate salutis. patet ex D. Aug. contra Pelagiũ lib. 1. cap. 22. ad Bonifaciũ, ubi ita ait. neq; illud cogitetis, paruulos uitã habere nõ posse, quia sunt corporis, & sanguinis Christi experres.

Art. II. quando Christus fuit hoc sacramento usus.

CONCL. I.

Christus tempore cœnæ sub speciebus panis, & uini consecratis

secratis sacramento sumpsit. patet Matth. 26.& Luc. 22. ubi facta consecratione legitur dixisse.Amen dico uobis,non bibã amodo de hoc genimine uitis,donec &c.quare tũc biberat aliter enim non dixesset,non bibã amodo, id est,amplius &c.

Hinc constat Christum seipsum sacramentaliter manducasse,quia recepit uerum sacramentum. Appen.

CONCL. II.

Christus spiritualiter tunc manducauit seipsum. Ratio est, non quod augmentum gratiæ susceperit. nam ita erat plenũ gratia ut augmentum susscipere non posset. sed quia nouam quandam spiritualem dulcedinem recepit.

CONCL. III.

Erroneum non est asserere Iudam nõ fuisse in cœna, quãdo Christus Eucarestiam instituit. Ratio est, quia B. Hilarius quem citat B.Tho. defendit hanc conclusionem, cuius sententia hactenus ab ecclesia non fuit condemnata.

CONCL. IIII.

Iudas Eucharistię institutione affuit,&de manu Saluatoris illam susscepit,& patet Mar. 14.uesp. autem facto, uenit cum duodecim &c.& biberunt ex eo omnes,quare & Iudas qui unus ex duodecim erat.

CONCL. V.

Dedit autẽ Apostolis corpus passibile,sub modo tamẽ impassibili. Ratio est,qa idem erat corpus in sacramẽto,& extra, & cum ibi non possit tangi,neqspati poterat.quoniam omnis actio agentis naturalis fit per contactum, atque ita sub modo impassibili illud tradidit.

Difficultas. An sit tempore passionis seruata fuisset Eucharistia anima Christi ab eius corpore fuisset separata. Th.q.81 ar.4. Se. d.12.q.6

CONCL. I.

Omnia tormenta, quæ qualitatem quandam absolutam infligebant, uttobiq. corpore Iesu inhęsissent, si tempore passionis sub sacramento extitisset. exẽpli causa.uulnera,quibus caro diuidebatur,cicatrices,mors &c.Ratio est,quia ex opposito sequeretur duas contradictorias esse simul ueras de eodẽ: idem enim corpus esset mortuum, & uiuum, sanum, & uulneratum,quod est impossibile.

Appẽ. d.12.q.2 art.4.

Hinc sequitur contra Magistr.Soto, non posse Deum Opt. Max.etiam medio miraculo,ut ipse ait,efficere.ut extra sacramentum corpus Christi esset mortuum, & in sacramento uiuum.Ratio est, qua cum uita sit forma absoluta, idẽ corpus uiueret,&nõ uiueret,quod manifestã implicat cõtradictionẽ.

Secum-

CONCL. II.

Secundum formas respectiuas non utrobiq. corpus Christi passum fuisset. erat enim forma respectiua, propinquitas carnificum flagellãtium, & crucifigentiũ, Christum &c. Hæc autem appropinquatio non poterat ei sub Eucharistia conuenire, quia non potuisset ibi tangi, ut supra diximus.

Hæreses. Hinc confutatur error Lutheri negantis, Christum suũ corpus sumpisisse. unde falsissime colligebant non debere Sacerdotes illam sumere sed solum cõsecrare, & populo sub utraq. specie ministrare. cuius erroris secunda pars fuit condemnata ab Ecclesia, ut habetur Can. Relatum, & Can. comperimus de consec. dist. 2. ubi castigãdos esse Sacerdotes nõ recipiẽtes, integra sacramẽta, id est, corporis, & sãguinis species, definitur.

Art. III. An qui existit in mortali, Eucharistiam sumat sacramentaliter.

CONCLVSIO.

Al. q. 46 m. 2. Th. q. 80. ar. 4. Bon. d. 9. q. 1. ar. 2. Ri. ea. d. art. 1. q. 3. Dur. q. 4. d. 9. Ca sir. V. Lu ch. hær. 11. & 2. sco. d. 9. q. 1. Comm. est opi. Ric. d. 8. ar. 2. q. 4. sco. d. 12. q. 6.

Existens in peccato mortali, & huius sacramenti fidẽ habens recipit illud sacramentaliter tantum. patet exemplo Iudæ, qui uere susscepit corpus Domini, quod multis sanctorum authoritatibus patet. Patet de Castro hæresi 11. probat.

Prima diffic. Quo tempore post susceptionem desinit esse Christus sub speciebus consecratis.

Diuus Bon. d. 13. q. 2. art. 2. quatuor citat opiniones. Prima est communis, scilicet. manet corpus sub speciebus consecratis, ubicunq. illæ existant, &c. Secunda tenet manere corpus Christi sub speciebus, dummodo existat in custodia, aut in hominis stomacho, donec consummetur species & nõ alibi. Tertia asserit manere quãdiu species dentibus terũtur. & quousque ad stomachũ descendũt. Quarta est glossæ in Can. tribus de consecr. d. 2. affirmantis, tandiu esse sub speciebus, quãdiu dentibus terũtur, & hæc etiam uidetur esse Innocentij lib. 4. de mysterio Missæ, cap. 15 & Hugo. lib. de sacramẽti. p. 8. cap.

CONCL. I.

Hæreticum est affirmare Christi corpus non contineri sub speciebus consecratis, nisi quando actu a fidelibus recipiuntus. definita est in multis Conc. in Flo. sub Eugen. 1111. & tandem in Trid. Sess. 13. ca. 6. hæc reperies apud Castro hæresi 12. in quibus Conc. definitum est Eucharistiam esse in custodia seruãdam, infirmis deferendam, per plateas in festo corporis Christi maxime cum iubilo circunferendam, sacerdotemque uerum sacramentum conficere, panem uirtute uerborũ cõsecrationis in corpus Christi conuertendo.

CONCL. II.

11.111.& 1111.opinio sunt falsissimæ & redolēt hæresim. Ratio est,quia corpus Christi non continetur sub illis speciebus ratione loci, sed quia sunt uirtute uerborum consecratæ & sunt condemnatæ per Gregorium 11. nt habetur in directorio Inquisitorum.p.3 q.10.delata enim fuit ad illum præsens quæstio, & quæ immediate sequitur.

Secunda diss. An brutum comedens sacramentum deuoret etiam Christi corpus. *Al.q.45 ar.i.& 2*

Duæ sunt opiniones. Prima negant Magistri, quam sequitur D. Bona d. 13.q.1.art.2. *Tho.ubi sup. ad 3*

Contraria opinio est communis. *Ric. d.9. ar.1. q.3.*

CONCLVSIO.

Brutum comedens sacramentum, uerum Christi corpus deuorat.patet, eadem ratione, qua proxima conclusio & fuit expresse definita per Greg. 11.proxime citatum. *Dur.e.d. & q. Hæresis.*

In hoc articulo confutantur duo errores. Primus asserentium existentes in mortali, & ponentes obicem gratiæ nullo modo sacramentum recipere,uide Magistrum d.9. *Sco.di.9. q.3.*

Alter fuit quorundam Lutheranorū affirmantium Christi corpus non contineri sub speciebus,nisi quando actualiter tā tum sacramentum suscipitur.

Hinc etiam patet non recte reprobatum fuisse Sco.a Mag. Soto, quod dixerit sacramentum tantum recipi quādo a bruto Hostia deuoratur.dicit enim non recipere sacramentū per se brutum in tali euentu.saltem hoc non potest diffiteri Hostiā consecratā, quæ a mure recipitur, esse per se & uere sacramentum,quamobrem concedit sacramentum, & per consequens confiteatur,necesse est, aliud esse comedere sacramentum,aliud uero sacramentaliter comedere, scilicet animo, & intentione illud suscipiendi, quemadmodum Sco.docuit.

Art.IIII.peccat ne Mortaliter qui in mortali existens ad Eucharistiam accedit. *Al.q.48 m.3.4.et 5.Th.ar. 5. & 6. ubi sup. Bon.d.9. ar.2.q.1. Sco.ib.q. 1.Dur. q. 4. eiusdē d.1.Cor.11*

CONCL. I.

Recepturus Eucharistiam alicuius peccati mortalis conscius, mortaliter peccabit, si prius non pœniteat, hæc est D. Pauli multis in locis,prima ad Cor. 11. probet autem seipsum &c.& ibidē ideo inter uos multi infirmi,& imbeciles, & dormiunt multi.quæ quidem pœna mortis nulli in sacra scriptura,nisi ad culpam mortalem infligebatur. & ibidem, quod si nosmetipsos dijudicaremus &c.lege cano.qui celebrare,& cā. quid est,de consecrat.dist.2. Appē.

Eucharistiam susceptur us sua peccata recogitare tenetur. Ratio est, quia cum teneatur illa confiteri, ut modo diximus, tenebitur illa recogitari, cum nemo possit illa recte confiteri, quin prius in memoriam reuocet.

CONCL. II.

Qui facta peccatorum recogitatione, nullius peccati conscius est, quāuis illud habeat, accedit digne priuatiue, ideſt, nec peccabit Eucharistiam susciendo, nec gratiam sacramentalem assequetur. Ratio est, quia qui nullius peccati est cōscius, non tenetur pœnitere, & ita non pœnitendo non peccabit nec gratiam accipiet, quia non secundum ueritatem se præparauit.

Bon. ẽ qō. 3. ar. 2.

Prima diffic. An qui habet confessoris copiam ante receptionem Eucharistiæ teneatur peccatum, cuius est conscius confiteri.

CONCLVSIO.

Qui alicuius peccati mortalis conscius est, & habita confessoris copia confessionē ante receptionem Eucharistæ non præmittit, mortaliter peccat. est enim præceptum diuinum de confessione ante Eucharistiam præmittenda, & est definita ad uerbum in Con. Trid. Sess. 13. cap. 7. & can. 11.

Hinc colligitur, Caiet. cautissima esse legendum, qui in sūma uer. communio, dixit non esse necessariam confessionem ante Eucharistiam, sed satis esse contritionem habere.

Secunda diffic. An deficiente confessore, & nulla urgente necessitate, in mortali existens possit sola deuotione motu uel celebrare, uel Eucharistiam sumere.

Al. q. 46. m. 3. ar. 1. & 2. Sc. d. 9. q. 1.

CONCLVSIO.

In casu posito ad celebrandum absq; confessione solus cōfessoris defectus non sufficit, cum & defectus huiusmodi, atque necessaria, & urgens celebrandi causa desiderentur, definita est in Con. Trid. ubi supra. cap. 7. cuius uerba sunt, absq; præmissa confessione sacramenti nullus ad Eucharistiam accedere debet modo non desit illi copia confessoris, quod si necessitate urgente, Sacerdos absque cōfessione celebrauerit, quam primum confiteatur.

Appen. Hinc colligitur, caute legendum esse Ric. qui dixit non teneri, qui celebraturus est ad confessionem statim faciendam, si sorte de propinquo expectat alium, cui deuotius, & securius confiteatur, Adrianum qui q. 3. de confesione Ric. citat, & sequitur, Silue. uer. Eucharistia. 3. §. 14. & Abbatem panor. in cap. de homine, extra, de celebratione Missarum, qui docuit non esse necessariam cōfessionem ad Eucharistię receptionē

sed

sed satis esse contritionem habere.

Tertia diffic. Quando erit censenda urgens necessitas, uel absque præuia confessione Sacerdos celebrare, uel non Sacerdos communicare possit.

4. priores sunt Scoti d. 12. q. 1. art. 4.

Resp. huic difficultati per aliquot propositiones.

Propositio Prima.

Quando sæcularis est in articulo mortis, in quo Eucharistiæ susceptio est sub præcepto, & non adest Sacerdos, qui possit confessionem audire (nam qui præsto est, omnino est surdus & mutes) posset tunc talis Sacerdos extrahere Eucharistiam a custodia, & deferre infirmo, qui non præmissa confessione, poterit illam recipere. Ratio est, quia habet præceptum diuinum tunc illam recipiendi, atque ita sola contritione præuia poterit communicare.

Propositio secunda.

Quando ex officio tenetur Sacerdos celebrare, & non habet confessoris copiam, ut Curatus, qui solus in oppido existit, is semel poterit celebare, dummodo cõmode non possit ad uicinum curatum ante Missam se conferre. nam si posset a peccato non excusaretur.

Propositio tertia.

Quando in die Paschatis non habetur confessoris copia, adest tamen, qui Eucharistam ministrat, causa ad implẽdi præceptum Ecclesiæ de Communione, poterit tunc Christianus de sententia aliquorum non præuia confessione communicare. uerum hæc propositio uidetur falsa. quia præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam est diuinum, præceptũ uero de cõmunione in die Paschatis est duntaxat Ecclesiasticum, quare primũ potius, quã secundum est obseruandũ.

Propositio quarta.

Necessitas audiendi Missam, uel illam celebrandi, ut si Sacerdos iter faciens non celebret, non poterit Missam audire, erit satis, ut sola contritione præuia possit celebrare, neq; hæc propositio est uera, quia hoc præceptum est Ecclesiasticum, & illud de præmittenda confessione diuinum.

Propositio quinta.

Potest Sacerdos, imo tenetur sola cõtritione præuia ad uitandum scandalum celebrare. Ratio est, quia non tenetur infamare se ut abstineat a celebratione, at hoc intelligitur, dummodo habeat animum confitendi, quamprimum poterit & certo nouerit scandalum oriturum: non enim potest aliquis pro libito scandali suspicionem fingere.

Propositio sexta.

Quando Sacerdoti in altari existenti in mentem ueniali, quod peccatum, quod nunquam est confessus, tunc sola contritio sufficit, uerum tenebitur iuxta decretum Con. Trid. cap. 7. ubi supra absoluto sacrificio, quamprimum poterit, confiteri, quamprimum, id est, antequam die sequenti Eucharistiam recipiat, uel sublata omni causa suspitionis, & infamiæ: nã si subito absoluto sacrificio teneretur, infamaret seipsum: circunstantes enim suspicarentur, uel ante Missam, uel in Missa aliquod mortale commisisse. quod neq. Ecclesiæ neq; eius spõsa Christo Redemptori nostro placuit, qui in cœna ludam manifestare haud uoluit.

Alex. ubi sup. Ric. d. 9. ar. 3 q. 2. Sc. e. d. qõ. i & Dur. ibi. q. 44.

Quarta diffic. An laicus iamiam communicaturus, cui occurrit mortale peccatum non confessum, possit, absq; confessione præuia illius peccati, Eucharistiam recipere.

Magister Soto ubi supra damnat secularium consuetudinẽ qui coram plebe publice ante communionem peccata prætermissa confitentur, dicit enim uel differant communionẽ si absque nota fieri potest, uel recipere Eucharistiam animo confitendi illico post receptionem.

CONCL. II.

Tenetur confessionem illius peccati præmittere. patet: primo quia Con Trid. ubi supra dicit necessario esse præmittendam confessionem, & non excipit aliquem casum, nisi quando non est copia cõfessoris, & urget communicandi necessitas, hic autem habetur confessoris copia. Secundo ex communi usu ecclesiæ confirmatur. qui maximam habet authoritatem. solent. n. rectores percontari, *Acuerdase os algun peccado que en la confession se os haya oluidado.*

CONCL. II.

Si sacerdos, qui ministrat eucharistiam, non est confessor institutus, habet tunc locum Magistri Soti opinio. Ratio est, quia infamaret seipsum, qui coram aliis relicta communione recederet.

Si peccatum confitendum longam exigat moram, uel alicuius circunstantiæ longam explicationem, quam locus ille non patitur, poterit tunc confessionem differre animo confitendi statim post communionem. Ratio est, ne seipsum infamet, & inde scandalum oriatur, & intelligitur statim teneri ad confessionem eo modo, quo dictum est in 6. prop. difficultatis proximæ.

Quartæ

Quarta diffic. An possit Sacerdos excommunicatus ratione uitandi scandalum non præmissa confessione celebrare.

Magister Soto ubi supra tenet parte negantem. Al.q.50 m.6.Sco. ubi sup.

CONCL. I.

Potest quidem.hæc conclusio coligitur ex S.Tho. qui ait, si Sacerdos recordetur in altari se esse excommunicatum, tenetur perficere Missam quando sine scandalo non potest recedere.hinc ita probo Con. si ita, ut sine scandalo Sacerdos non possit abstinere,quin teneatur Missam incipere, ergo tenebitur illam incipere,& absoluere.patet a pari. nam si causa uitandi scandalum tenetur inceptam perficere,eadem prorsus ratione tenebitur illam incipere & perficere.deinde,quia concurrētib.duobus præceptis incompatsibilibus,potius tenetur homo adimplere Diuinum, quam Ecclesiasticum,& præceptum de uitando scandalo,& propria infamia est diuinum: præceptum uero de abstinendo a sacramentorum participatione tempore excōmunicationis est tantū positiuū,quare tenebitur primū adimplere,hac tamē lege,&cōditione,ut prius cōteratur,etsi fieri potest animo obediēdi Ecclesię cōfiteatur.

Quinta diffic. An sit grauissimum omnium peccatorum eucharistiam in conscientia peccati mortalis recipere.

CONCL. I.

Indigne sumere Eucharistiam ex parte obiecti,non est grauissimum omnium peccatorum.Ratio est, quia eo grauius est peccatum,quo obiectum, in quod peccatur,est excellentius, & Christi Redemptoris nostri Diuinitas sanctissima, & eius glorioſa humanitas excellentiora multo sunt sacramento cui fit iniuria,indigne illud sumendo.

Hinc perspicuum fit,peccatum infidelitatis, desperationis, & odij in Deum,quæ sunt immediate contra Christi diuinitatem, & comtumelias Iudæorum contra eius humanitatem, fuisse grauiora peccata,quam sit indigne eucharistiam sumere,quo iniuria sacramento efficitur. Appē.

CONCL. II.

Peccatum indigne sumentis eucharistiam grauius est peccatis,quę contra creaturas perpetrantur.Ratio est,quia quanto persona offensa, siue peccati obiectum est nobilius,tanto peccatum ex ea parte est deterius, & Christi humanitas, quæ etiam ab indigne sumente Euhcaristiam offenditur, est quacunque creatura dignior.

CONCL. III.

Multa peccata cōtra puras creaturas commissa,ratione cir-

cunſtantiarum peccato indigne ſumẽdi Euchariſtiam grauio ra eſſe iudicantur. Ratio eſt, quia grauitas peccatorum eſt quoque menſuranda penes circunſtantias, ut in floribus ſuper ſecundum librum ſententiarum de grauitate peccatorum patebit, atque ita homicidium ex parte damni illati perſonæ imperfectæ, quia fuit uita priuatus, & ex parte damni contra alios, ſi eius labore alebantur, & ratione ſcandali grauius peccatum eſt, quam indigne ſumere Euchariſtiam: nam perſonæ Chriſtum nullum infertur nocumentũ. Secus autem ratione irreuerentiæ. nam homicida inhonorat hominem: hic autẽ Deum, & hac diſtinctione conciliantur inter ſe. Dur. & S. Th. qui contrarij eſſe uidebantur.

CONCL. IIII.

Ex parte perſonarum indigne ſumentium Euchariſtiam nõ omnes æqualiter peccant: peccata enim ex infirmitate, & ignorantia, minus grauia ſunt peccato ex contemptu, & malitia, ut in floribus ſecundi libri conſtat, & poteſt unus quidem ad Euchariſtiam ſine cõfeſſione accedere ex infirmitate, quia timet, & ueretur ſua peccata confiteri, aliter uero quia ſuam conſcientiam negligit, & gratiam ſacramentalem cõtemnit.

Hæreſes. Hinc error deſtruitur Lutheri, qui ut refert Caſtro, affirmabat nullam eſſe neceſſariam conſcientiæ præparationem ad Euchariſtiam, ſed ſolam fidem ſufficere.

Ale. q. 48 49. m. i. s. Th. q. 80. art. 6. Bona. q. ult. ar. 2. Ric. art. 2. per 3. q. Flor. Theo. q. ſuper. 4. lib. ſent.

Art. IIII. An peccatori petenti Euchariſtiam poſſit Sacerdos illam negare.

De publico peccatore nemo dubitat, de occulto eſt queſt. qui aut petit publice, aut occulte, ſi publice communis eſt opinio Alex. Bona. Ric. & S. Tho. m. 4. d. 9. art. 5. q. 1. qua dicitur non eſſe illi Euchariſtiam denegandam. Dur. ſolus tenet occulto peccatori, petenti a ſuo Curato extra tempus Paſchatis publice aut citra mortis articulum, non ſolum negandam eſſe, uerumentiam ad hoc Curatos teneri, dummodo ſine ſcãdalo poſſit illum expellere. quod ſi a nõ ſuo Curato petit, debet, inquit, tunc publice illam negare dicens, non ſum tuus Curatus, & non teneor illam dare.

Peccator publicus quis nam ſit, et quis ſuſpectus Nota primum peccatorem publicum dici, qui damnatus eſt per ſentẽtiam in iudicio latam de uſura, ſymonia, &c. uel qui confeſſus eſt in iudicio ante iudicis ſententiam latrocinium, uel aliud crimen, uel cuius delictũ ita eſt manifeſtum, ut nulla tergiuerſatione cœlari poſſit, ut eſt meretrix in lupanari exiſtens, uel domi concubinam habens, Hoc notabile, expreſſe

presse est definitum in c. finali, extra de cohabitatione Clericorum, & mulierum.

Animaduerte secundo, illum nominari suspectum, qui de aliquo crimine infamatus est, non tamen aliquo trium modorum primi notabilis cõuictus. ita colligitur ex capite, tua nos, eodem titulo.

CONCL. I.

Quando peccator est publicus, quicunque illi Eucharistiã administrat, mortaliter peccat, definita est in Cano. pro dilectione, de conse. d. 2. ubi ita legitur, consulendum existimasti quid mihi uideatur de histrione, & Mago illo qui apud uos constitutus, ad huc in artis suæ dedecore perseuerat, an talib. sacra cõmunio cũ cæteris Christianus debeat dari? puto, nec maiestati Diuinæ, neque Euãgelicæ disciplinæ congruere, ut pudor, & honor ecclesiæ tam turpi, & infami contagione fœdetur, quod quidem est intelligendum, quando perseuerat in crimine, nam si publice pœniteat, secus faciẽdum esset.

Hinc si quis domi habeat concubinam, maiori parte parochianorum hoc cognoscente, erit a communione expellendus. similiter usurarius, & symoniacus publicus. atq; etiam si post condemnationem, aut confessionem in iudicio factam publicam pœnitentiam non egerint. ita sentit Ric. qui subiungit. nisi articulus pietatis, aut necessitatis aliquando aliter fieri persuaderet, Appen. q. 2. ubi sup.

CONCL. II.

Quando pecator non est publicus, sed infamatus, siue suspectus, si publicè petat, se alijs communicantibus ingerens, non est illi Eucharistia neganda. definita est in capite si Sacerdos, de officio iudicis ordinarij, ubi legitur, nullum esse nominatim arguẽdum, & increpandum, neque a communione remouendum, nisi iudiciario ordine possit probari, scilicet, uno ex tribus modis in primo notabili collocatis.

Hinc sequitur, si quis sit in populo infamia concubinarij, siue alterius criminis notatus, non tamẽ notorius aliquo modo ex illis tribus, & se ingerat alijs communicantibus nõ erit a communione expellendus. Appẽ. 2.

CONCL. III.

Quando crimen est occultum (quia non est notorium) si se alijs communicantibus inijciat, non erit publice siue a proprio, siue ab alieno a Sacerdote repellendus. Ratio est, quia tunc infamaretur a Sacerdote, atque ita Sacerdos mortaliter

peccaret. est etiam definita in can. Christus. q. i. & in can. nos prohibeat, contra Dur. de consec. dist. 2.

CONCL. IIII.

Comm. est opi. cõtra Sco.

Peccatori occulto, occulte petenti, est a proprio, siue ab alieno sacerdote eucharistia deneganda. Ratio est, quia sacerdos tunc cooperaretur peccato illius, quod sine scandalo prohibere potest. Dices; ille habet ius petendi donec condemnatus sit? Respondeo, nequaquam habet, nam ut publicus peccator perdit ius publice petendi sacramentum; ita peccator occultus, sacerdoti notus, perdit ius priuatim petendi.

CONCL. V.

Peracta pœnitentia publica peccatori publico est eucharistia concedenda. definita est in conc. Carthagin. 4. & refertur can. pen. de conse. d. 2. & constat per caput primum, de pœniten. & remiss. ubi ita legitur; manifesta peccata sunt manifesta pœnitentia purganda.

Prima diffi. Peccatori publico, ubi crimen eius ignotum est, erit ne eucharistia neganda.

Alex. ubi sup. Th. loco prox. citato Ric. Sbi. q. i. Dur. ubi sup.

CONCLVSIO.

Non est publice a communione, ubi eius crimen occultũ est, reijciendus. Ratio est, quia ibi nulla est causa scãdali: imo si publice exploderetur, esset graue scandalum, & maxima hominis infamia; quod est contra charitatis præceptum. nã etsi in alio loco sit publicus, ubi eucharistiam publice petit, est occultus.

Secunda diff. Excommunicatus, & denuntiatus, cuius tamen excommunicatio est occulta, & soli sacerdoti nota, potestne a publica eucharistiæ receptione reij. i.

Al. q. 50 m. 6. Ric. dist. 9. ar. 12. q. 3

CONCLVSIO.

Nequaquam potest excludi. Definita est per c. cũm non ab homine, ext. de senten. excom. ubi dicitur, occulte excommunicatum, occulte, & non publice esse uitandum, & in extrauag. an. ad euitanda.

Tertia diff. Licet ne eucharistiam alicui ministrare, ut eius crimen miraculose detegatur.

Al. q. 99 m. 2. Tho. q. 80. ar. 6.

Verbi gratia, si uir uxori suæ de adulterio suspectæ eucharistiam ministrare faciat.

CONCLVSIO.

Nullo modo hoc licet. definita est expresse in cano. constitutis. 2. q. 4. & in c. ex tuarum, extra de purgatione canonica, & in c. dilecti, de purgatione uulgari. nam can. sæpe cõtingit. & can. si episcopo. 3. q. 4. ubi tale genus purgandi crimen permit-

mittitur, abrogati sunt a S. Steph. Papa ī can. cōsuluisti, citato.

Quæstio diffi. Licet ne occulto peccatori ex eiusdem consensu, ut suo honori, & famæ consultat hostiam non consecratam porrigere? Alex. ubi sup. m. 6. Ric. ar. 3 q. 1. d. 9.

Duę sunt opi. Prima negans B. Th. ubi sup. ar. 2. Altera affirmans D. Bon. ubi sup. quem sequitur Adr. quol. 6.

CONCLVSIO.

In graui euentu, ubi grande occulto peccatori a communione abstinenti periculum immineret, probabilis est opin. D. Bon. si tamen proponatur hostia consecrata adorando, & a tergo post illam non consecrata apponatur: ita ut non uideatur, nec adoretur, atque hoc est consilio, & scientia peccatoris, ne adoret hostiam non consecratam, & ut peccatum, & periculum uitet.

Art. V. An corporalis immunditiæ, ut nocturna pollutio, eucharistiæ receptionem impediat. Al. q. 47 m. 1. ar. 1. & 2. Th. q. 80. ar. 7. Bon. d. 12. ar. ult. q. ul. Ric. d. 9. q. 3. ar. 2. Adria. q. 4. de Euch. Sil. V. Eucha. 3. §. 22. Gab. lect. 10. super eā.

CONCL. I.

Quando pollutio nocturna est mortale peccatum, non potest aliquis ante peractam pœnitentiam sine sacrilegij crimine illam recipere. eadem. n. est ratio de hoc peccato, & de alijs, ut ex 4. ar. constat. indigne si quidem manducat, seipsum non probans, & corpus Domini non diiudicans.

CONCL. II.

Post peractam pœnitentiam de pollutione nocturna, siue diurna, qui eadem die eucharistiam sumit, mortale peccatū non committit. nullum. n. præceptum diuinum, aut ecclesiasticum est, quo polluti peracta iam pœnitentia, eadem die eucharistiam sumere prohibeantur, & ubi non est legis præuaricatio, non est peccatum.

CONCL. III.

Actus est maxime reuerentiæ, ut eadem die qua quis pollutus est, undecunque fuerit orta pollutio, acta etiam pœnitentia ab eucharistia abstineat. multa sunt loca sacræ scripturæ, quibus hæc con. confirmatur. quæ etiam est definita in cano. omnis homo, de consecr. d. 2. ubi con. Elibertinum omnibus coniugatis consulit, ut per 4. aut 6. aut 8. dies ante communionem, ab uxoribus abstineant. quare idem consulendum erit pollutis, ante communionem, quibus D. Th. consuluit esse abstinendum per spatium 24. horarum.

Difficultas. Peccat ne mortaliter coniugatus, si eadem die, qua debitum soluit, ad eucharistiam accedat.

CONCLVSIO.

Nequaquam, si causa procreandorum liberorum debitum reddi-

reddiderit. Con. B. Greg. est, & refertur Can. vir cum propria vxore, 33. q. 4. vbi non esse ab ingressu Eccle. neque a communione repellendos decernit. ibidem enim est iudicium de cõiugatis, & pollutis, sine propria culpa, quia nũquam est mortale ad Eucharistiam accedere, nisi quando præcessit in cogitatione, uerbo, aut opere culpa mortalis, quæ non fuerit prius per pœnitentiam deleta. quando autem pollutio mortalis culpa esse dicatur, in floribus 2. lib. sent. explicabitur.

Alexã. q. 52. m. 1.
S. Th. ubi supra ar. 8. Ric. d. 8. q. 13. et 4. arti. 2. Sco. ea. d. q. 3. Dur. q. 4. eiusdem dist.

Art. VI. An qui soluto ieiunio Eucharistiam sumit, mortaliter peccet.

CONCL. I.

Qui soluto naturæ ieiunio Eucharistiam recipit, mortaliter peccat, definita est in Conc. Constantiensi, Sess. 13. ubi reijcitur error contrarium affirmantiũ & in Conc. Cartha. c. 8. & in Can. sacramenta, de consecr. d. 1. & in c. ex parte. de celebratione Missarum, & in alijs multis iuris Canonici decretis.

CONCL. II.

Licitum est soluto naturæ ieiunio Eucharistiam recipere, quando receptурus in periculo mortis existit, definita est expresse per cap. Presbyter, de consecr. d. 2. ubi infirmos statim communicandos esse præcipitur; ne sine communione moriantur; & in Conc. Constantiensi proximè citato.

CONCL. III.

Integrum etiam est, soluto naturæ ieiunio Eucharistiã sumere: quando Sacerdos post consecrationem, uel soluit ieiunium; vt si errore seductus solam aquã in calice effundat, quã ante sumptionem nõ cognouit. uel quando recordatur post consecrationem se ante Missam ieiunium soluisse. Probatur a Scoto; quia concurrentibus duobus præceptis incompassibilibus, præceptum superior est adimplendum, & præceptum de integra receptione Eucharistiæ est diuinum, & Ecclesiasticum simul; ac uerò præceptum de communione non faciendo soluto naturæ ieiunio est tantum Ecclesiasticum. nã olim Ecclesia Corinthiorum Eucharistiam post prandium in die cœnę Domini sumebat. ut 1. ad Cor. 11. constat, & nota Sacerdotẽ in his euentibus non peccare soluto naturæ ieiunio Eucharistiam sumendo, licet peccauerit propter culpabilem negligentiam. Animaduerte etiam assumpta aqua loco uini teneri Sacerdotem uinum consecrare aqua apposita, si non superfluit aliqua pars aquæ in calice, incipiendo ab illis verbis, simili modo &c. etsi seculares scandalizantur, scandalizentur, esset enim scandalum Pharisæorum. nam de his, quæ Sacer-

vbi sup.
1. Cor. 11.
Scoti est.
Vide Sco. vbi supra et Naua. in manua lica. 25. num. 91.

dos

dos facere tenetur, scaldalizarentur, debet autem, quo secretius poterit, hoc efficere. *Alex. S.*

Prima diffic. An Sacerdos si ante consecrationem recordetur se non esse ieiunum teneantur Missam inchoatam non perficere. *Tho. & Scot. ubi supra.*

Silvest. verb. Eucharist. 3. §. 6. uidetur sentire non esse licitũ illã perficere, cui etiã uidetur subscribere Magister Soto d. 13. q. 2. art. 6. saluo tamen semper meliori iudicio sit concl.

CONCLVSIO.

Si ex recessu ab altari aliquod sequatur scandalum, tenetur illam perficere, sin minus ab altari recedere tenetur. probatur; quia si timetur scandalum, magis ad obseruandum præceptum diuinum de scandalo uitando, quam Ecclesiasticum præceptum de abstinendo ab Eucharistia soluto naturæ ieiunio obligatur. colligitur hæc Conc. ex Dur. ubi supra. nam dicit in casu necessitatis licere sumere Eucharistiam post medicinam, uel post quemcunque cibum: ergo ex necessitate uitandi scandalum erit etiam licitum. ut in concl. habetur. Oppositum tenet Sylvest. ubi supra dicens nunquam licitum esse celebrare soluto ieiunio, etiam propter uitãdum scandalum, & doctissimus Nauarrus in manuali cap. 21. numero 53. *Append.*

Hinc collige posse Sacerdotem non ieiunium Missam incipere. & perficere, quia uitare scandalum est de iure diuino, & confirmo ex his, quæ Silvester, & Nauarrus affirmant, scilicet, posse Romanum Pontificem soluto ieiunio celebrare: quia legibus Ecclesiasticis est solutus: posse etiam dispensare ut Sacerdos non ieiunus celebret: unde manifestum fit, quod si in aliquo oppido esset unus tantum sacerdos qui in die Natalis Domini post mediã noctẽ naturæ ieiunium soluisset, neque reperiri posset sacerdos, qui Missam celebraret, teneretur profecto ipse rem sacram facere: ne populum scandalizaret, cuin ei ex officio celebrare incumbat. A simili possunt alij casus occurrere, in quibus scandalum sequatur, poteritq; non ieiunus Missam inchoare, & perficere. *ubi supra.*

Secunda diffic. Sumpta lotione poterit Sacerdos reliquias in patena ex communione sæcularium remanentes sumere. *Caiet. in quodam quolib. Alex. S. Tho. ubi supra. Rubium*

CONCLVSIO.

Poterit quidem. Ratio est, quia Hostiæ & reliquiarũ, una, & eadem censetur esse sumptio.

Quid si relicta sit particula alicuius magnitudinis,

CONCLVSIO.

Si non esset custodia, ubi commode seruari posset, etiam inte-

integram Hostiam, nedum particulam illã, poterit Sacerdos post lotionem sumere: ut si in campo longe ab Ecclesia distante Missa esset celebrata. Et ratio est, eadem, quia censetur esse una pceptio, si uero esset custodia, esset particula seruãda.

Tertia diffic. An in Ecclesia Græca ille dicatur esse ieiunus naturæ ieiunio, qui post mediam noctem nihil cibi, aut potus sumpsit: quemadmodum in Ecclesia Romana.

CONCLVSIO.

Si illic dies a primo mane cõputentur dicitur ieiunus, quĩ a primo mane nihil cibi, aut potus sumpsit; quia standũ est illius ecclesiæ consuetudini quo ad ieiunium: uerum fortassis illic etiam dicetur ieiunus, qui post mediam noctem &c. quẽ admodum apud nos, nihil enim de hac re certi habetur.

Ale. q. 12 m. S. Th. loco citato, Ric. q. 3. ibid. Duran. dist. 8. q. 4. S. Tho. est.

Quarta diffic. An qui deuorauit reliquias cibi inter dentes manentes, uel aquam, abluens os, natura ieiunium soluisse dicatur.

CONCL. II.

Respectu reliquiarum nõ soluit ieiunium, etiam si nutriãt. Ratio est, quia non deuorantur per modum cibi, sed per modum saliuæ.

Appen.

Hinc, si sit adeo magna reliquia; ut priusquam deuoretur dentibus teratur, uidetur solui ieunium, quia tunc per modũ cibi deuoratur.

CONCL. I.

Syluestr. est ubi supra.

Si inter saliuam deglutiatur gutta aquæ, non soluitur ieiunium. Ratio est, quia transit per modum saliuæ, & contingit aliquando aquam labi usque ad guttur, & non ad stomachum usque, & tunc neque soluitur naturæ ieiunium. oportet enim ut quod sumitur ad extra per modũ medicinę, aut cibi, aut potus in stomachũ descẽdat, ut naturæ ieiuniũ frãgatur.

Hinc, ex Syluest. ubi supra, & Nauarro in manuali cap. 21. numero 13. (*El que gusta la oblia, uino, o otra cosa semeiante podra comulgar, o dezir Missa si es Sacerdote.*) dummodo illud quod gustauit, statim foras proijcat, & in stomachũ non descẽdat.

Appẽ. 2

Appẽ. 3

Hinc, sanguis, uel humiditas a capite descẽdẽs nõ frãgit naturæ ieiuniũ, nec impedit cõmunionẽ. cũ ad extra nõ sumatur.

Communis est opinio, lege Siluest. ubi supra

Hinc, qui in digestione laborat post opulentissimam cœnam, & noctem insomnem ieiunus censetur, & celebrare potest. Ratio est, quia non habemus præceptum ut post digestionẽ celebremus, sed ut ieiuni ad eucharistiã accedamus. potest enim aliquis, etiam si per decem horas, dormierit in digestione grauari.

Hinc, reprobanda est glossa super cap. ex parte, de celebra

tione

tione missarum oppositum affirmans. Tunc enim multi qui debilē habent naturalē calorē frequentissimeq. crudū habēt stomachū, nunquā celebrare deberent: quod est falsissimum. *Ale. m. 2. S. Th. ubi supra. Ric. d. 8. art. 2. q. 4. Sco. di. 9. q. 3. Hæres.*

Quarta diffic. Quo tempore licebit post susceptionem Eucharistiæ prandere.

CONCLVSIO.

Licebit modo finita Missa prandere; neque expectanda erit necessario specierum consecratarum digestio: bene tamē er deuotione, nam consuetudo, siue præceptum nihil comedendi usque ad meridiem: ut habetur in Can. Tribus, de consecr. d. 2. iam per contrariam consuetudinem est abrogatum.

Prima cōcl. huius articuli cōfutatur error Lutheri in libello, quē edidit de abrogāda missa priuata, u i docuit cōsultius esse post cibum sumptum eucharistiam recipere, lege Clichtoneum lib. 2. de officio Missæ, contra Lutherum, cap. 20. & Vualdensem Tomo 2. de sacr. cap. 87. *Alex. q. 49. m. 4. S. Tho. q. 80. ar. 9. Ric. d. 9. ar. 2. q. 2.*

Art. VII. An sit non utentibus ratione Eucharistiæ tribuenda.

CONCL. I.

Quando aliquis dicitur amens, quia debilem rationis usū habet, non est illi eucharistia neganda. Ratio est, quia debilis rationis usus satis est ad dijudicandum corpus Domini ab alijs cibis, id est, ad cognoscendum, qua deuotione, & animi præparatione sit ad eucharistiam accedendum.

Hinc, infirmis, quamuis uideantur delirare, non est neganda eucharistia, dummodo prius interrogentur, An habeant animum paratum, & uelint eam recipere. *Appen.*

CONCL. II.

Amentibus a natiuitate nulla ratione est eucharistia dāda. Definita est in Can. omnis utriusq. sexus ubi præcipitur nulli esse tribuēdā, quousque ad annos discretionis peruenerit, & cum amentes a natiuitate nullum habeant, nec habere possint rationis, & discretionis usum, nulla ratione erit illis eucharistia conferenda.

Hinc, refutatur opinio glossæ super Can. qui recedunt, 26. q. 6. asserentis amentibus a natiuitate esse in necessitate eucharistiam administrandum.

CONCL. III.

Phreneticis, & amentibus, si in sanitate constituti eucharistiam petierint, uel signa pœnitentiæ præbuerint, erit eucharistia tribuenda. definita est expresse in Conc. Carthagin. 4. & ponitur in Can. is qui, 26. q. 6. Et ratio est, quoniam sicut qui in uigilia petit Baptismum si dormiens baptizaretur, gratiam *2. Appē. glosa Ca nen.*

tiam sacramentalem recipit: ita a simili in hoc casu.

Appen. Hinc, laborãtibus phrenesi per multã temporis morã erit etiam Eucharistia singulis annis tribuenda. Ratio est, quia non datur illi. Eucharistia propter multum aut paruum tempus, quo in phrenesi detinetur, sed propter deuotionem, quã erga sacramẽtũ in sanitate existẽs, uerbo, aut signo declarauit

CONCL. IIII.

Paruulis ante usum rationis non est Eucharistia conferenda. definita est in Can. omnis utriusq. sexus ubi dicitur. cum ad annos discretionis peruenerit &c. & in Conc. Trid. Sess. 21. cap. 4. & Can. 4.

Prima diffic. Si aliquis Sacerdos paruula daret Eucharistiam. reciperet ne sacramentalem gratiam.

CONCLVSIO.

Reciperet quidem. Ratio est, quia hoc sacramentum operatur non per deuotionem recipientis, sed ex opere operato, uirtute meritorum Christi, quemadmodum, si paruulo sacros ordines Episcopus conferret. characterem, & gratiam reciperet.

Alex. & S. Tho. ubi supra

Secunda diffic. Qua ætate paruuli ad Eucharistiam. sumendam obligabuntur.

Caietanus ubi supra S. Thom. tenet ętate 20. annorũ esse illis ministrandam.

CONCL. I.

Ecclesię consuetudo declarauit, maiorem discretionẽ ad communionem, quam ad confessionem desiderari. Ratio est, quia pueri obligantur ad confessionem cum primum nouerint inter honestum, & inhonestum, distinguere, quod nunc sæpissime ætate 8. annorum contingit: & tamen, Ecclesiæ consuetudine Eucharistia eis non confertur.

CONCL. II.

Non est 14. annorum ætas expectanda, sed quando pueri ante illam ętatem deuotionem aliquam, & dilectionem Dei habere uidentur, est illis Eucharistia ministranda. Ratio est. quia habentes hanc deuotionem, non solum bonum a malo distinguunt, uerum etiam huic tanto sacramento debitam reuerentiam exhibent. huius autem rei examen paruulorum parentibus, & confessoribus incumbit.

Hæreses. Hinc conuincitur error Pelagij, & Nestorij dicentium, Eucharistiam paruulis necessario dandam esse. uide Caiet. ubi supra, S. Tho. art. 12.

Art.

Art. VIII. An liceat secularibus singulis diebus Eucharistiã sumere.

CONCL. I.

Hæreticum est asserere singulis diebus præceptum esse Christianis absq; ullo discrimine communicare: neque. n. de hac re modo habetur præceptum: ut pestilẽtissimus Lutherus docuit, neq; omnes, cum uarijs negotijs præpediantur, sunt semper digne ad Eucharistiam dispositi: Sacerdotibus uero cum offerãt Sacrificium pro se, & pro tota Ecclesia, tanquam Ecclesiæ ministris licet pro Ecclesia & animabus purgatorij sacrificium offerre. *Alex. 3 1. m. 1 art. 1. S. Th. q. 80 art. 10. DD. d. 12 Bona. ar. 2. q. 2. Ric. art. 6. q. 1. Dur. q. 5*

CONCL. II.

Sæcularis ita diuino amore flagrans, & se per communionem in dies roborari, & charitati proficere experiens, quotidie poterit communicare. patet ex B. Aug. apud S. Thom. dicẽtẽ, accipe quod tibi prosit, & sic uiue ut quotidie merearis, accipere; cui quidem non in publico, sed priuatim erit communicandum. *D. Aug. D. Bona. & Caiet. est.*

Hinc: qui non experitur diuinum amorem ex frequẽti cõmunione, in dies in se augeri, ab hoc sacramento abstineat: ut saltem nõ nisi semel in hebdomada communicet. Ratio est, quia si hoc non experitur, signũ est profecto se minus digne accedere. quotidie enim, inquit D. Aug. celebrare, nec laudo, nec uitupero, & refertur Can. quotidie. de consecr. d. 2. *Appen.*

Tertia diff. Ex duobus æque ad Eucharistiam dispositis uter erit magis laudandus, qui ob reuerentiam tanti sacramenti aliquot diebus abstinet, an qui propter deuotionem frequenter communicat. *D. Aug.*

CONCL. I.

Vterq. est laudandus. patet exemplo Zachæi, qui gaudens excepit Christum in domum suam, & Centurionis, qui Christum recipere recusauit dicens, Domine non sum dignus &c. uterq. enim Christo laudatur. *Luc. 19. Matt. 8.*

CONCL. II.

Magis tamen ille laudandus esset, qui propter amorem, & deuotionem singulis diebus communicaret. Ratio est, quia charitas, quæ ad communicandum excitat, est præstantior uirtus, & in se timorem, & reuerentiam includit.

Quarta diffic. Fuit ne in primitiua Ecclesia laicis præceptum communicandi singulis diebus. *D. Bonz. ubi supra Ric. ibid.*

Mos erat tunc Christianis diebus singulis communicare, in actibus enim Apostolorum dicitur. Erant autem credentes perseuerantes in doctrina Apostolorũ, & communicatione, & fra- *Act. cap. 2.*

& fractione panis. ubi per communicationem, & fractionem sancti Sacramenti communionem intelligunt.

CONCL. I.

Hic mos, seu consuetudo fuit illis sub præcepto. Ita enim definitum est a Calixto Papa in Can. peracta, de consecr. d. 2. nam inquit, peracta consecratione omnes communicent, & qui noluerint, Ecclesiasticis careant liminibus. sic enim Apostoli statuerũt, & sancta Rom. tenet Ecclesia. Excõmunicatio autẽ solũ propter fractionẽ præcepti obligãtis ad M. imponit

CONCL. II.

S. Thom. est ad 3. Deinde in ecclesia propter remissam fideliũ deuotionem, in diuersis temporibus statutũ fuit: ut rarius sæculares cõmunicarent. nã Fabianus Papa instituit ut ter in anno sæculares cõmunicarent. Sotherus uero Rom. Põtifex; ut in die Cœnæ Domini. Tandẽ in Conc. Lateranẽsi decretum fuit in die Paschatis eucharistia sumeretur. ratio autẽ huius uarietatis est, quia iuxta temporis uarietates leges, statutaq. humana, iure optimo uariantur.

Hæresis. Hinc destruitur error Lutheri asserentis singulis diebus esse communicandum. in libello de Missa priuata reuocanda, uocauitq. Missam priuatã in qua solus Sacerdos cõmunicat.

Alex. q. 51. m. 3, D. Bona. q. 1. ubi supra. Gabr. in can. lec, 87. Scot. d. 9. in principio quæstionis, &c. d. 13. q. 2 Luc. 22. 1. Cor. 11

Art. IX. Licet ne alicui Christiano per totam uitam a communione omnino cessare. Sensus est an sit præceptum diuinum communicandi semel in uita, an Ecclesiasticum tantum.

Duæ sunt opiniones. Prima dicit, esse tantum Ecclesiasticum: altera opinio opposita est S. Tho. ar. 11. citato, & Dur. q. 2. ubi supra & Palud. d. 9. q. 1.

CONCL. I.

Præceptum de Eucharistia sumenda est diuinum. patet Lu. 22. & ad Cor. 11. ubi posit Eucharistiæ institutionem legitur dixisse, hoc facite in meam commemorationem, quæ uerba inducunt præceptum. nam frustra præcepisset Apostolis, quod ipse fecit, faciendum, si Sacerdotes non tenerentur Eucharistiam sumere, & fidelibus ministrare, cum ipse suũ corpus sumpserit, & ijsdem Apostolis in cœna tradiderit.

CONCL. II.

Ex præcepto Ecclesiæ tenetur homo singulis annis in die Paschatis communicare. definita est in Conc. Lateran. & habetur in can. omnis utriusq. sexus. Hinc, iure etiam diuino, tenetur Christianus eodẽ die Eucharistiã recipere; quia idem est præceptũ indeterminatũ diuinũ, & ab Ecclesia determinatum;

sum: atque ita quãdo fit cõmunio in Paschate ex præcepto Ecclesiæ, præceptũ quoq; diuinum de illa sumẽda adimpletur.

CONCL. III.

Præceptum de Eucharistia in die Paschatis sumẽda potest iam a dominica in ramis, usque ad dominicam in albis adimpleri, patet per extrauagantem Eug. 1111. quam citat Caiet. in summa uerbo, communio.

Prima diffic. Est ne Eucharistia de necessitate salutis. ut Baptismus, & pœnitentia.

CONCL. I.

Nõ est necessaria ad salutẽ quo ad peccatorũ remissionẽ. Ratio est, quia ex sua institutione præsupponit peccatorũ remissionẽ, & peccatoris iustificationẽ, ut infra q. 3. patebit. sola enĩ Baptismi, & pœnitentiæ sacramẽta sunt hoc modo necessaria. *Alex. q. 30. m. ar. 1. S. Tho. ar. 11. d. Bona d. 12. art. 3 q. 4. Dur. d. 9. q. 2.*

CONCL. II.

Est tamen necessaria ad salutem quo ad perseuerãtiam in gratia, Ratio est, quia ad perseuerandũ in gratia est necessaria obseruatio omnium mandatorum Dei, & Eucharistię perceptio est unũ ex præceptis diuinis: atque ita est necessaria ad gratiam, & ex consequenti ad salutem. Hac eadem ratione omnia præcepta diuina dicuntur esse ad salutem necessaria. Appen. *Ale. q. 15 m. 4. S. Tho. ubi supra, Duran. loco citato.*

Secunda diffic. An sit præceptum diuinum sumere Eucharistiam tempore mortis, quando pro uiatico datur.

CONCLVSIO.

Est sub præcepto diuino. nam est præceptum diuinum indeterminatũ, quod uoluit Ecclesia in articulo mortis obligare: ut ex consuetudine Ecclesiastica a tẽporib. Apostolorũ ad nostra usque tẽpora seruatas, quæ uim habet legis, constat.

Tertia diffic. An sit Eucharistia damnatis ad mortem tribuendam.

CONCLVSIO.

De iure est suspendendis tribuenda. definita est in Conc. Maguntinensi expresse, & refertur 103. q. 12. Can. quæsitũ, ubi dicitur; si de omnibus suis peccatis puram confessionem egerint, communio in fine secundum præcepta canonum danda est, & cadauera sepelienda. quod intelligi: si in iudicio crimina confessi fuerint. nam si publice negant, tanquã suspectis de falsitate, non est Eucharistia conferenda. *Alex. q. 52. m. 1. S. Th. ar. 12. q. 80 D. Bona. d. 11. q. 2. Ric. ead. dist. q. 6. ar. 4.*

Art. uli. An sit sub præcepto Sacerdotibus celebrantibus & communicantibus, & laicis etiam sub utraq. specie communicare.

CONCL. I.

Non est contra ius diuinum populum sub utraq. specie cõmunicare. definita est in Conc. Constantiensi Sess. 13. ubi dicitur

citur in primitiua Ecclesia huiusmodi sacramentum a fidelibus sub utraq. specie receptum fuisse, & can. in cœna, & can. cum frangitur, & can. quid sit, de consecrat. dist. 2.

CONCL. II.

Non est præceptum diuinum, quo populus ad communicandum sub utraq. specie obligaretur. hæc est contra hæreticos: & est definita in Conc. Basilienſi Sess. 30. & in Constantiensi Sess. 15. ubi populo interdicitur cõmunicatio sub utraq. specie, & in Concil. Rhemensi, & refertur can. prouenit de consecr. d. 2. & in Carthagin. & in alijs Concilijs, & tandem in Trid. Sess. 21. cap. 1. & 2. & can. 1. & 2.

CONCL. III.

Præceptum Ecclesiasticum, quo sub specie tantum panis communicandum populo præcipitur, est magis rationi consentaneum, quam oppositum, ut multis argumentis a Patre de Castro, uerb. Eucharistia. hæresi ultima, probatur. est autẽ definita in quatuor Cõcilijs generalibus, scilicet, Cõstantiẽsi Appen. Basilienſi, Flor. & Trid. ubi oppositum asserentes condemnãtur. Hinc colligitur magis expedire Ecclesiæ communionẽ sub una tãtum specie, quam sub utraque, lege Caiet. ubi supra S. Tho. Appẽ. 2. sunt enim multæ mulieres, quæ tunc præ stomachi debilitate ad uomitum prouocarentur. Hinc etiam patet non expedire S. Rho. Ecclesiæ calicis communionem alicui nationi concedere; nam si petẽtes sunt catholici, reprehẽdendi potius, quam audiendi sunt, satis enim est illis eam cõmunionem recipere, quam B. Franciscus, & alij sanctissimi uiri receperunt. si autem hæretici sunt, multo minus sunt audiendi. tunc enim gloriarentur catholicos sua falsa doctrina uictos calicis usum concessisse, & eadem ratione esset uniuersæ Ecclesiæ concedendus, & ideo Con. Trid. Sess. 21. Can. ult. ab huius art. definitione abstinuit.

Difficultas. Datur ne maior gratia susscipienti Eucharistiam sub utraque specie.

Alex. & S. Thom. Ibidem.

CONCLVSIO.

Non datur maior gratia susciptẽti sub utraque specie, quã sub altera tantum. Ratio est, quia cũ unica sit perceptio corporis, & sanguinis Christi, non dabitur unus gradus gratiæ, p susceptionem corporis, & alius per calicis sumptionem: quemadmodũ sacerdoti sumenti decem Hostias consecratas maior gratia, quã sumenti vnam tantũ non datur. quia earum omnium est unica sumptio, atque ita nullum detrimentũ populo irrogatur, quamuis illi sanguis nõ ministretur, ut supra S. Th.

Hinc.

Hinc, confutatur error Bohemorum asserentium esse magnum sacrilegium, Eucharistiam sub specie uini populo negare. quem errorem excitauit nefandus Lutherus quo etiam errore laborant græci, non quod sub specie uini populus communicet, quia iam illis ab Ecclesia Rom. concessum est, sed quia nobis uitio dant consuetudinem Rom Ecclesiæ, negandi populo calicem. Hactenus de 2. quæst. *Hæreses. Alex.q. 41.m.2. S.Tho.q. 79.art.1. D.Bona. d.12.art. 3.q.2. Ric.ar.5. q.2. eiusdem dist. Dur.ibid. q.4. Cast. V. Euch. hære.8.9 DD.ubi supra.*

QVÆSTIO TERTIA DE EFFectis Eucharistiæ.

Art.1. An uirtute huius sacramenti gratia conferatur.

CONCLVSIO.

Confertur quidem digne suscipientibus Eucharistiam uirtute sacramenti gratia. conclusio est de fide, & definita expresse in Conc. Flor. & Trid. Sess. 15. & can. 5.

Prima diffic. An Eucharistia possit primam gratiam quæ homo ex peccatore fit iustus, conferre.

CONCL. I.

Eucharistia per se non confert primam gratiam, bene tamen per accidens. Ratio est, quia nõ est institutum hoc sacramentum ad hunc finem a Christo Domino: ut primam gratiam conferret: ut fuerunt instituta Baptismi, & pœnitentiæ sacramenta, quæ uirtute suæ institutionis dicuntur primã gratiam conferre. Secunda pars etiam patet; quia gratia sacramentalis datur non ponenti obicem, quem quidem non ponit, qui cum ignorantia inuincibili ad Eucharistiam accedit. hæc eadem. Ratio est, de omnibus aliis sacramentis, & est fere communis conclusio, quam d. 9.4. iidem Doctores tractant.

CONCL. II.

Conferre primam gratiam conuenit per se Eucharistiæ, quatenus tempore Baptismi in uoto recipitur. Ratio est, quia quando causa efficiens operatur propter aliquem finem, tunc etiam dicitur finis ille operari, quatenus mouet efficientem causam producentem effectum, ut pecunia operatur, quatenus mouet artificem qui propter pecuniam operatur; & Baptismus atque pœnitentia efficiũt primam gratiam in nobis propter hũc finem, ut digne Eucharistiam recipiamus. atque ita gratia tunc ab Eucharistia, tanquam a finali causa confertur. *Alex. m. 3. art. 3. ubi supra.*

Secunda diffic. Confertne Eucharistia gratiam, quando recipitur, an quando species in stomacho corrumpuntur.

Duæ sunt opiniones. Prima Caiet. art. 1. ubi supra S.Th.

Ioan. Maior. d. 9. 4. asserentium non dari primam gratiam, in instāti receptionis, sed in aliquo instāti usq. ad receptionē in stomacho. Cōtraria opinio est Magistri, & cætero. 2. d. 9. 4.

CONCLVSIO.

Gratiam confert tempore, quo recipitur, & per receptionē intellige, nō retētionem eius in ore, sed descensum in stomachū. probatur a simili, nam ut alia sacramenta præcise in instanti perceptionis cōferūt gratiam: ita & hoc. quia quantū ad gratiæ collationē eadem est omnium sacramētorū ratio.

Tertia diffic. Requiritur ne actualis deuotio tempore, quo Sacerdos Eucharistiam recipit, ut sibi gratia conferatur.

Duæ sunt opiniones. Prima Caiet. ubi supra S. Tho. art. 1. qui dicit, ut aliquem fructū ex hoc sacramento Sacerdos, uel sæcularis recipiat, desiderari actualem tempore receptionis deuotionem. Hæc eadem opinio uidetur fuisse Alex ubi supra in 3. art. 2. & D. Bona. q. 1. ad 1. & Dur. loco citato.

Altera, & contraria opinio est S. Tho. ubi supra ar. ultimo asserentis uenialē peccatum gratiæ habitualis, & charitatis. quæ datur uirtute Eucharistiæ, augmentum minime tollere.

Alex. ubi supra.

CONCLVSIO.

Actualis deuotio tempore receptionis non est necessaria ad gratiam sacramentalem consequēdam. impossibile enim esse uidetur, habere intellectum fixum per aliquod temporis spatium in alicuius rei contemplatione, quin per momenta distrahamur. nam impossibile est, inquit D. Aug. quin uisis tāgamur. & si actualem deuotionem tunc habere teneremur ad impossibile profecto obligaremur.

Quarta diffic. An qui timore uomitus Eucharistiam tantummodo adorat, gratiam sacramentalem recipiat.

CONCLVSIO.

Nullum sacramentū gratiam confert, nisi in se, uel in alio sacramento, ut causa finalis, sed in uoto tantum recipiatur. Ratio est, quia gratia sacramentalis, quæ datur ex opere operato, id est, uirtute passionis Christi, nō cōfertur nisi per sacramēta exteriora, quib. passio Christi nobis applicatur: recipit tamē adorās Eucharistiā, gratiā, quæ ex opere operantis cōfertur, de qua loquitur D. Aug. cum ait, crede, & māducasti.

Quinta diffic. Est ne effectus Eucharistiæ gloria consequutio sic ut gratiæ collatio.

CONCLVSIO.

Est quidem, quia gloria est uita perfecta; & Eucharistia dicitur sacramentum uitæ, Ioan. 6. qui manducat hunc panem

uiuit

uiuit in æternum. Hinc etiam uiaticum nominatur, quia datur morientibus, ut recto tramite ad gloriam proficiſcantur.

Hæreſes.

Hinc deſtruuntur duæ hæreſes. Prima Meſſalianorum aſſerentium hunc ſanctiſsimũ cibum, nec prodeſſe quicquã, nec lædere, & Armenorum dicentium ſoli corpori prodeſſe. Altera hæreſis fuit Græcorum exiſtimantium maiorem uim habere Euchariſtiam in die cœnæ, quam in alio die confectam. quod quidem falſiſsimum eſt, quia ſacramentum, ut docet Conc. Flor. non ex tempore, ſed ex debita materia, forma, & intentione pendet, & Chriſtus in Cœna tradens poteſtatẽ Apoſtolis conſecrandi abſolute dixit: hoc facite in meã commemorationem, & nullam temporis legem præſcripſit.

Caſtr. Veach. hæreſ. 8.

Luc. C. 22

Art. II. Remitti ne Euchariſtia peccatum mortale.

Alex.

Tres ſum opiniones. Prima affirmantium nullum ſacramẽtum conferre primam gratiã, nec remittere peccatum M. quia præſupponuntur remiſſa per contritionem præuiã. hæc opinio quantum ad Baptiſmum, & pœnitentiam erronea. quia ſi aliquis ad hæc duo ſacramenta attritus accedat, primã gratiam conſequetur, & ex conſequenti omnium mortalium remiſsionem. ita definitum eſt Con. Trid. Seſſ. 14. cap. 4.

Ale. q. 4. m. 1. ar. 2. S. Tho. q. 79. art. 3 DD. diſt. 12. 2. Bona. q. 2.

Secunda opinio, ait, omnia ſacramenta conferre primam gratiã, & per cõſequens peccata remittere, ita ut Baptiſmus, & pœnitentia per ſe, reliqua uero per accidens, hoc efficiant

Ric. ar. 5 queſt. 1.

Tertia opinio eſt media, quæ dicit, Baptiſmum, & pœnitentiam cõferre primam gratiam per ſe, reliqua uero neque per ſe, neque per accidens.

Sco. liberatur.

Scoto falſiſsime hæc opinio aſcribitur. nam d. 9. q. 1. de Euchariſtia uerba faciens ita loquitur. ſi qua alia peccata lateãt, per iſtud ſacramentum etiam remittunt. quibus uerbis apertiſsime docet, & peccatum mortale per Euchariſtiam remitti, & primam gratiam conferri, nam de lege nõ poteſt Deus culpam remittere, quin gratia conferat.

CONCL. I.

Quando prima gratia per Baptiſmum, uel pœnitentiam confertur, & peccata remittũtur, Euchariſtia quatenus eſt in uoto ſuſcipientis, concurrit, quia eſt cauſa finalis Baptiſmi, & pœnitentiæ, & cauſa finalis operatur ſimul cum cauſa efficiẽte, quatenus illam ad operandum mouet.

CONCL. II.

Si accedens ad Euchariſtiam ſit ſuæ attritionis cõſcius, peccatorum remiſsionem non conſequetur. qui enim mãducat & bibit indigne, iudicium ſibi mandcat &c.

CONCL. III.

1. ad Cor. 11. Ad Eucharistiam cum cõscientia peccati M. accedens, præter pœnam æternam, ad quam obligatur, plerumq. corporalem contrahit infirmitatem. constat apertissime nã de his B. Paul. loquens ita ait. Ideo inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. uide gloss. super hunc locum.

CONCL. IIII

Si quis attritus se contritum existimans ad Eucharistiã accedat primã gratiam, & mortalium peccatorum remissionẽ consequetur. Hæc conclusio colligitur ex Alex. quem sequutus est B. Tho. uide Castro hæresi. 8. uer. Eucharistia. Et ratio est, quia cum Eucharistia non ponentibus obicem gratiã conferat, & hic nullum ponat obicem (fecit enim totũ quod in se erat) profecto primam gratiã, & mortalium remissionẽ consequetur. Est autem limitanda conclusio, nempe, quando non habetur confessoris copia. nã si haberetur, peccaret mortaliter, si prius non confiteretur.

Prima differ. An detur accessus medius ad Eucharistiam, ita ut accedens neque peccet, neque gratiam consequatur.

Duæ sunt extremæ opiniones. Prima Alex. Alen. quem sequuti sunt D. Bona. & Caiet. art. 1. ubi supra, B. Tho. & Ioã. Gerson, quem citat, & sequitur Gabriel d. 9. quæst. 2. qui partẽ affirmantem tenet, cõtraria opinio est Iohan. Maior d. 9. q. 2.

Alex. Alen. q. 46. in 3. art. 2. S. Tho. ar. 1 D. Bona eodem art. ubi supra.

CONCLVSIO.

Medius datur ad Eucharistiam accessus ita ut accedens neque peccet, neque consequatur gratiam. Potest enim aliquis ignorare inuincibiliter esse necessarium habere dolorẽ ante Eucharistiæ susceptionem, & is si cum hac iuris ignorantia, ad Eucharistiam accedat, etiam alicuius delicti conscius cuius neque complacentiam, neque displicentiam habet, tali ignorantia a peccato excusabitur, & gratiam non consequetur, quia nullus dolor de illo delicto præcesit: nullum enim peccatum per sacramentũ deletur, nisi præcedẽte dolore aliquo. quamobrem debet Sacerdos alicuius peccati ignarus; ut gratiam consequatur, saltem in generali conteri, dicens, de confessis, & oblitis me pœnitet, & confiteor me peccasse.

Secunda differ. An uenialia peccata per Eucharistiam remittantur.

Ale. Alẽ. m. 1. ar. 1 S. Tho. ar tic. 4. ets.

Opinio Caiet. ubi supra est, scilicet, si tẽpore receptionis homo est distractus, sicut Eucharistia non dat gratiam; ita neq; uenialia remittit. opinio contraria est grauissimorũ doctorũ

CONCLVSIO.

Venialia peccata quoad culpa per Eucharistiam remittentur.

tur. Ratio est, nam si mortalia remittuntur per Eucharistiam virtute gratiæ habitualis, quæ tunc confertur, ut ex superioribus constat: multò magis venialia, de quibus non habetur complacentia, quamuis homo tempore receptionis sit distractus, remittentur. D. Bon q. 3. Ric. ar. 5. q. 1. ubi supra.

Tertia diffic. An per Eucharistiam pœna temporalis luenda in purgatorio remittatur.

De hac re latius in q. de sacrificio Missæ.

CONCL. I.

Remissio pœnæ infligendæ, quæ per Eucharistiam, ut est sacramentum, fit, non ratione sacramenti efficitur. Ratio est, quia Eucharistia fuit instituta, non ad remittendam talẽ pœnam, sed ad animæ gratiam augendam. quemadmodum cibus corporalis ad augendas & reficiendas corporis vires. Alex. Alen. q. 41. m. 1. §. 2. art. 2. S. Th. ar. 5. ubi sup.

CONCL. II.

Efficitur tamen ratione dispositionis recipientis, & charitatis, quæ tunc infunditur, pœnæ remissio. Constat Exod. 12. nam manducatio agni Paschalis cum lactucis agrestibus inuebat, cum dolore & amaritudine nostrorum peccatorum, & passionis sanctissimæ Christi Eucharistiam esse a nobis manducandam. tum etiam ratione charitatis per accidens fit talis pœnæ remissio: est enim rationi consentaneum, vt quoties nouum amicitiæ augmentum efficitur, pœna aliqua ab amico remittatur, & donum aliquod concedatur. Exod. 12. c. Alexã. & S. Th. sum.

CONCL. III.

Eucharistia, quatenus est oblatio, & sacrificium, pœnam iuxta mensuram deuotionis offerentium, remittit: plus enim Deus affectum offerentis, quàm minus oblatum respicit. nam uidua, quæ duo tantum minuta obtulit, propter affectum dicta est plus omnibus obtulisse. Luc. 21.

CONCL. IIII. Appen.

Hic sacrificij effectus sine actuali deuotione etiam dormiẽti applicatur: deuotio. n. non est necessario habenda tpe, quo Missa pro aliquo offertur, sed tpe quo petit, ut celebraretur.

Hinc, Eucharistia Sacerdoti bifariam prodest, & ut sacramentum, quatenus sibi illam recipienti gratiam confert, & ut sacrificium, quatenus iuxta mensuram deuotionis pœna sibi remittitur, perinde etiam illis, pro quibus offertur; dummodo illam recipiant: alioqui enim solum prodest per modum sacrificij ad impetrandum, & pro peccatis satisfaciendũ. De cæteris Eucharistiæ effectis copiosissimè DD. præsertim Alex. D. Th. & D. Bon. ubi supra, disputant.

QVAESTIO QVARTA DE EXISTENTIA corporis Christi in Eucharistia.

Art. I. An uere, & realiter sub hoc sacramento corpus, & sanguis Christi existant.

CONCLVSIO.

Al. Alen. q. 40. m. 3. per 8. ar. & q. 53. m. 4. p. 5. ar. d. Th. q. 76. art. 1. dd. d. 10. Bo na. q. 2. ar. 3. Ri. q. 1. ar. 1. Sc. & Du ran. q. 1.

CORpus Christi Iesu uere, & realiter non metaphorice sub speciebus panis, & sanguis sub speciebus uini facta consecratione continentur. hæc concl. multis sacræ scripturæ, & sanctorum testimonijs probatur. estq. definita in multis cõc. & tandem ad uerbum in Trid. Sess. 13. c. 1. & can. 5.

Hac concl. quam copiosissime pater a Castro, hæresi. 4. 11. & 12. uer. eucharistia confirmauit, destruuntur multi errores. Primus fuit discipulorum, qui abierunt dicente Christo, nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. de quo Magi. d. 10. Secundus asserentium; ibi esse carnem alicuius huminis, in quam panis substantia conuertitur. prodesseq. ad peccati remissionem, siue homo ille iustus esset, siue non. Tertius Nestorij dicentis, in eucharistia contineri carnem, non Dei, & hominis; sed puri hominis, fueruntque damnati 2. & 3. error in prima synodo Ephesina. Quartus Berengarij. s. uerba hæc; hoc est corpus, &c. esse intelligenda, non in proprio, sed in metaphorico sensu. Constat ex can. ergo Berengarius. de consec. d. 2. quem errorem post multos annos excitauit Vuicleph, & Oecolampadius Lutheri discipulus. Secundus asserẽtium in mortali existentes non recipere corpus Domini, hostiam cõsecratam suscipientes, qui etiam consecrationem negant: tãdiu. n. ibi corpus Christi est, quamdiu species consecratæ durant. Vlt. error fuit existimantium corpus Christi in eucharistia solum, dum sumitur, existere. Verum de his duob. ultimis erroribus sup. q. 2. egimus.

Ex concl. posita, & probationibus, quæ a patre a Castro affe runtur, colligitur, caute legendum esse Caiet. ubi supra Tho. dicentem non apparere ex euangelio aliquod coactiuũ, quo possimus conuincere hæreticos ad intelligenda uerba hæc, hoc est corpus meum, proprie, sed tenendum hoc esse solum ex authoritate ecclesiæ, quæ ita uerba consecrationis declarat.

Art. II. an totus Christus sub hoc sacramento contineatur.

CONCL. I.

Al. Alẽ. arti. 2. &

Totus Christus sub speciebus panis, & uini continetur. Ratio est, quia ut fides catholica docet, idem Christus, qui in cę

lo

lo ad dexteram patris sedet, est in altari. 3.Th.ar. 1.ubi sup.

CONCL. II.

Virtute uerborum consecrationis corporis non est totus Christus in hoc sacramẽto: Ratio est; quia hæc uerba; hoc est corpus meum, uirtute propria solum efficiũt, quod significãt: & cum non significent totam Christi personam, sed corpus duntaxat, uirtute uerborum solum corpus ibi continebitur. Bon.ar.1. q.1.Ri.q. 2.art.1. Dur.q.2. in e.d.10

CONCL. III.

Humanitas, & diuinitas Christi Iesu sunt in eucharistia per solam concomitantiam ad corpus. nam cum in ea sit totus Christus, ut ex prima conclusione constat, & non uirtute uerborum consecrationis, ut in 2. concl. demonstratum est, erũt profecto per concomitantiam.

CONCL. IIII.

Quantitas, & accidentia corporis Christi, solum sunt in eucharistia per unionem, & concomitantiam ad corpus. non. n. per uerba consecrationis significant s. hoc est, &c. nã corpus ibi non supponit pro trina dimensione, sed pro altera parte compositi naturalis. Hinc, solum Christi corpus est sub speciebus panis, & sanguis sub speciebus uini uirtute uerborum consecrationis. definita est expresse in conc. Trid. Sess 13. c. 3. Appẽ. 2. Hinc sub speciebus panis sanguinem per concomitãtiam ad corpus, & sub uini speciebus corpus, per naturalem concomitantiam ad sanguinem esse colligitur. Appen.

Hinc colligitur, quod si hostia consecrata a Christo in cœna fuisset reseruata in illo triduo, corpus absque sanguine extitisset. tunc. n. sanguis non erat corpori naturaliter unitus, cum ita esset a corpore effusus, ut ex latere sanguis, & aqua simul emanauerint. Appen.

Difficultas. An uirtute consecrationis corporis ibi & animæ, tanquam terminus formalis conuersionis panis, uel per solam concomitantiam, contineatur. Al. Alen. ubi sup.

Duæ sunt opin. Prima B. Tho. q 75. ar. 6. ad 2. asserentis animam esse terminum formalẽ, quatenus dat corpori esse corporeum, organi cum. Altera, & contraria opi. est Sco. d. 10. q. 1. artic. 2.

CONCLVSIO.

Formalis terminus conuersionis panis est Christi Iesu corpus, quatenus ex materia prima, & forma corporeitatis, componitur; & non, ut ex anima dante esse corporeum. constat quia forma dans corpori esse corporeum nõ est anima rationis, sed forma corporeitatis, alioqui. n. sequeretur quod cadauer

dauer non esset eiusdem hominis uiuentis corpus, quod est erroneum in phia,& in fide,quia tũc corpora sanctorum nõ essent ueneranda, neque corpus Christi in sepulchro fuisset idem,quod in cœna quod est contra fidem,& multorum sanctorum authoritates,quas apud Sc.ubi sup.reperies.ratio manifestissime hoc concludit;nam si forma est, quæ dat esse rei, & post mortem corpus non habet eandem formam substantialem;ut aduersarij fatentur,non erit profecto idem corpus.

Art.III. An totus Christus sub utraque specie contineatur.

CONCLVSIO.

Continetur quidem totus sub utraque specie. Definita est in con.Flo.& Trid.Sess.13.c.3.& can.3.& Sess.21.ca.3. & can. 3.est autem intelligenda conclusio,ut ar.2.diximus ita,vt corpus Christi sit sub speciebus panis uirtute uerborum. reliqua per concomitantiam, & sub speciebus uini uirtute uerborum sanguis, reliqua uero per concomitantiam contineantur.

Al.Alẽ. q.40.ar. 2.& 3. Th.q.67 arti.2.ad 3.Bon.10 q.5.& Ric.q.i. & 2.dur. q.Gab.super cã.le. 80

Difficultas. An sub qualibet particula utriusque speciei totus etiam Christus contineatur.

Duæ sunt opin.quas citant Ale.& Th.ubi supra. Prima asserentium ante fractionem nõ esse totum Christum in qualibet parte hostiæ,sed totum in tota,& partem in parte:ita vt Christus ad extensionem hostiæ extendatur.post fractionem uero hostiæ esse totum in qualibet particula.Ex hac opi.multa sequuntur absurda.Secunda opi.est communis dicens: esse totum in qualibet particula,&c.

CONCL. I.

Post fractionem hostiæ totus Christus sub qualibet particula continetur.definita est expresse in con.Flo.& Trid.Sess. 13.c.3.& can.3.

CONCL. II.

Ante fractionem hostiæ,& ante diuisionem specierum uini, totus Christus sub qualibet hostiæ particula,& uini guttula continetur.definita est can.ubi pars.de consd.2.dicitur.n. vbi pars est,etiam & totum.hæc est contra primam opin.

Art.IIII. An eædem proprietates, quæ corpori Christi Iesu sub modo naturali existenti insunt, necessario eidem sub modo sacramentali insint.

Al. Alẽ. art.7.ubi sup. Bon. loco citato ad 2. Sc.d.10. q.4.

Duæ sunt opin.Prima est Magist.Soto d.10.q.i.ar.24.dicẽtis. posse Deum sua omnipotentia efficere; ut corpus Christi sit habens quantitatem in cœlo, non tamen in sacramento; atq; etiam,ut in sepulchro fuisset absque anima,& sanguine, & in sacramento cum anima & sanguine, & hanc dicit fuisse

Sco.

Sco. opinionem. cum tamen contrarium ad uerbum ubi sup. Sco. teneat. dicit. n. impossibile esse Christi corpus sub modo naturali habere aliquas proprietates absolutas, quib. sub modo sacramentali careat.

CONCLVSIO.

Corpus Christi necessario easdem proprietates absolutas in sacramento, quas extra sacramentum, habet. patet, nam dato opposito, darentur duæ contradictoriæ simul ueræ. s. hoc corpus est uiuens, & non uiuens: habens sanguinem, & nō habēs sanguinem, &c. quāobrem impossibile est corpus Christi extra sacramentum esse mortuum, ut erat in sepulchro, & in sacramento uiuum, &c. ut asserit prima opi. quid? quod absoluta non uariantur ad uariationem relationum, sunt. n. priora respectibus, & ab illis minime pendent.

Art. V. an existentia corporis Christi in sacramento necessario eiusdem existentiam extra sacramentum, & sub modo naturali, supponat.

Duæ sunt opin. prima Caie. q. 76. ar. 2. B. Th. qui opinatur partem affirmantem esse impossibilem, Altera est Scot. d. 10. q. 4. & illam Caie. impossibilem iudicat. Primum animaduerte, existentiam naturalem corporis esse occupare locum, & ad extensionem loci extendi: existentiam uero sacramentalē esse contineri sub aliquo signo, & non occupare locum, neq; ad extensionem loci extendi.

CONCL. I.

Neuter horum modorum existendi ab alio dependet. probatur: quia neque dependet unus modus ab alio essentialiter siue intrinsece: neuter. n. in definitione alterius includitur. neque ut a causa extrinseca efficiente, & conseruante; neq; modus sacramentaliter existendi a modo naturali, cum sit creatura, sed a solo Deo efficitur. Tandem, ueque pendet unus ab alio, tanquam a suo correlatiuo. tunc. n. non posset esse unus modus sine altero, quod est erroneum; quia ante institutionē eucharistiæ Christus erat sub modo naturali, eritq; post diē uniuersalis iudicij, quando nullum sacramentum existet.

CONCL. II.

Possibile fuit ante incarnationem Christi corpus sub modo sacramentali duntaxat esse. probatur, & primum perpēde corpus Christi posse desinere esse, uel simpliciter, uel secundum quid. simpliciter quidem, si eius humanitas corrumperetur: secundum quid uero, quantum ad modum existendi tantū. Exēpli causa desinere esse sacramentaliter, nil aliud est, quam nō contineri sub specie us panis, habereq. modum quantitatiuum,

uum,& extensum, atque hoc est corpus Christi, desinere esse secundum quid sacramentaliter. perinde desinere esse solum quātum ad modo naturalem existendi: est non habere modū quantitatiuum,id est, extensionem ad loci mensuram. a simili etiam corpus incipere esse secundum quid, est incipere habere modum naturalem, uel sacramentalem existendi, unde corpus Christi incipere esse, secundum quid, est, quando fit consecratio,incipere esse simpliciter est,totius suppositi inceptio.ita ut sit uerum dicere, hoc suppositum nunc est, & immediate ante hoc nō fuit. Deinde no.corpus Christi realiter distingui ab utroq; modo existendi, nam potest existere, & existit absque altero istorum modorum. nam modo est in cœlo, & non sacramentaliter, & in Hostia, & non est ibi naturaliter, his positis, probatur conclusio. corpus Christi realiter distinguitur ab utroque modo existendi, & neuter illorum modorum pendet ab alio, ut ex prima conclusione constat, ergo sub altero modo poterit esse simpliciter, ut sub modo sacramentali. quamobrem possibile fuit ante incarnationem &c.consequētiam ita probat Sco.nam quando res differenter se habet ex se ad duos existendi modos, sub quolibet potest incipere esse simpliciter,potest enim homo incipere esse sedēdo, uel stando, quia indifferenter ad utrunque modum existendi se habet.

CONCL. III.

Possibile est per potentiam diuinam, ut corpus Christi desinat esse quoad modum existendi naturalem, & non quoad modum existendi sacramētalem.Ratio est,quia desinere esse quoad modum naturalem non esset corrumpi,sed solum non occupare locum, & ad extensionem loci, quo continetur,nō extendi,quemadmodum quando cōtinetur sub speciebus ubi est inextense. obijcies, sequeretur tunc formam sacramenti, hoc est corpus meum, esse falsam, si tantum esset sub modo sacramentali:nam facit hunc sensum,hoc corpus, sub his speciebus contentum, est idem corpus quod sub modo naturali præexistit,R.nunc facit hunc sensum: at uero si non esset sub modo naturali,esset nihilominus uera oratio, nam significaret corpus sub speciebus contentum,atque ita uirtute horum uerborum,siue aliorum posset Deus facere,ut Christi corpus simpliciter sub sacramento esse inciperet.

Insurges iterum, ante incarnationem illud corpus non fuisset formatum ex sanguinibus, ut postea,quare non præcessisset sub sacramento idem corpus numero, sed aliud.R.si humanitas

manitas Christi in sacramẽto incarnationẽ pręcessisset, eandem differentiam individualem habuisset, atq; ita esset eadẽ humanitas numero, quæ fuit post in carnationem, etiam si dicamus, materiam esse formale principium individuationis, quia materia est ingenerabilis & corruptibilis, atq; ita eodem numero humanitas ante, & post incarnationem fuisset.

Iterum disputabis, si potuisset ante incarnationam in Eucharistia præexistere, tempore, quo fuit corpus ex virgine genitũ, essent simul duæ contradicentes propositiones ueræ. s. hoc corpus incipit esse simpliciter, quia modo generatur, & hoc corpus non incipit esse simpliciter, propterea quod iam præexistebat. Sequeretur etiam, idem bis produci, quod est intellectu difficillimum. R. Immo facillimum est intellectu, nã si sacramentaliter præextitisset, per incarnationem quoad naturam humanam simpliciter esse non incepisset, sed secundũ quid. s. quantum ad modum naturalem existendi, nec tunc per incarnationem generatum fuisset, sed transubstantiatum atque ita non esset bis genitum. nam, ut fit modo corpus ex pane per transubstantiationem, & non per generationẽ, ita tũc temporis ex sanguinibus sanctissime uirginis corpus Christi fuisset secundum quid, quoad modum naturalem existendi uirtute illorum uerborum, ecce ancilla Domini &c. Tandẽ rogabis, quod non est in seipso, non potest esse in alio, sed si sub modo naturali non præextitisset, non esset in alio, idest sub modo sacramentali. R. imo esset in seipso, nam esse in seipso, est, habere esse reale, quale habuisset sub modo sacramentali, atque ita sub tali modo potuisset existere, quamuis sub modo naturali non præextitisset.

Art. VI. An corpus Christi sub speciebus panis, & uini habeat dimensiones quantitatis, longitudinem &c.

Tres sunt opiniones. Prima. Dur. qui probabile esse arbitratur, corpus Christi absq. ulla quantitate in Eucharistia existere. Secunda opinio est Ochami, ut refert Gabri. Lect. 43. super can. & tenet, nullo modo habere quantitatẽ. quia quantitas, ut ille docet, non distinguitur a substantia, siue a re quanta, sed est tantum modus existendi rei in loco. s. extensio substantiæ ad mensuram loci. Tertia opi. est communis Alexã. & cæterorum. *Alẽ. Alẽ. q. 40. m. 3. ar. 4. s. Th. ar. 3. Ri. d. 10. q. 2. ar. i. Sco. d. 10 ar. i.*

CONCL. I.

Christus in altari quantitatem habet. corpus enim Iesu est animatum anima rationis compote, quæ non potest informare nisi corpus organicum: quia anima actus corporis physici,

orga-

organici &c. & non informat corpus, nisi sub certa, & determinata quantitate, quid? quod si substantia corporis Christi non haberet quantitatem, esset incorporea, & forma cõsecrationis, hoc est corpus meum, esset falsa, quod est per absurdũ.

Ar 2. de anima.

CONCL. II.

Christus in altari modum quantitatiuum nõ habet. patet; quia magis proprium est & peculiare substantiæ existere per se, quam sit quantitati habere modum quantitatiuũ; & humanitas Christi a uerbo diuino assumpta non est per se: quare potuit Deus efficere, ut quãtitas sine suo mõ quãtitatiuo existat.

Appẽ.

Hinc colligitur Christum in eucharistia non replere locũ: nam si repleret; hostię quantitatem excederet, quod est contra fidem.

CONCL. III.

Quantitas non uirtute uerborum, sed per cõcomitantiam est in eucharistia. nam ubi est corpus, est etiam, quicquid illi naturaliter unitur.

Comm. est opi.

Posset tamen defendi, esse ibi uirtute uerborum, quia quãtitas de ratione corporis organici est, cũ impossibile sit, corpus sine quantitate habere organa.

Art. VII. An corpus Christi sit sub quantitate panis, ut in loco.

CONCL. I.

Christus Iesus in hostia circunscriptiue non continetur. nam cum non habeat ibi modum quantitatiuum, neque occupat locum, neque loco circunscribitur: ita ut in alio nõ existat, quod est circunscriptiue esse in loco. dicitur tamen esse circunscriptiue in loco specierum per accidens, ut qui est in naui, dicitur in mari esse.

Al. Alẽ. q. 40. ar. 6. & 7. m. 3. Tho. q. 76. ar. 6. Bon. d. 10. qõ. 3. & 4. Ric. d. 10. q. 1. ar. 2. Sc. e. d. q. 1. Dur. ibi. q. 2. & d. 11. q. 1. Cõtra Gabri. esi. ubi sup.

CONCL. II.

Neque est in hoc sacramento definitiue: illud. n. est definitiue in loco, quod ita ibi est, ut nullo modo alibi existat. Corpus uero Cristi Iesu sub pluribus speciebus consecratis, & in cœlo existit.

CONCL. III.

Est autem sub speciebus tãquam in loco præsentialiter. nã substantia panis erat sub speciebus intime prẽsens, & corpus Redemptoris nostri loco substantiæ panis, dempta tamen inhærentia, succedit, & per intimam præsentiam, siue prẽsentialitatem intelligitur nullum esse inter extrema spatium.

CONCL. IIII.

Est quoq; ibidem modo supernaturali. i. sacramentali: quia sub speciebus consecratis continetur, & ab illis quantum ad

esse

esse secundum quid, conseruatur.tandiu.n.ibi existit corpus Christi sacramentaliter, quamdiu, species durant.

Art. VIII. An per diuinam potentiam posset idem corpus in diuersis locis existere. *Al. Alē. q.40.m. 3.ar.6.§.*

Duæ sunt opiniones. Prima negans S.Th. Dur. & aliorum, quos numerat Soto. Secunda est Ale. Alen. Ricard. Ochami, Scot. & aliorum nominalium, quibus multi Thomistarum subscripserunt. *3.Tho.q. 75.art.1. Reliqui. d.10. Bo na.q.2. ar.ul.Ri. q.2.ar.2 Sc.q.2.et Dur.q.1.*

CONCL. I.

Idem corpus per Dei omnipotentiam potest simul in pluribus locis circunscriptiue existere. ratio prima Scot. est: quia cum duo corpora per Dei omnipotentiam possint simul in eodem loco existere, quorum alterum non occupat locum: vt constat de corpore Christi in hora sui sanctissimi ortus, potest profecto idem corpus per eandem potentiā simul in duobus locis esse. Illationem confirmo. Primum, quia magis proprium est quantitati replere locum, quam esse in loco, & potest esse, quin repleat locum, ut ex proxime dictis constat, ergo &c. 2. quia prius est habere quantitatem, quam loco contineri; quamobrem corpore non multiplicato locus multiplicari potest, & ex consequenti in pluribus locis collocari. Posterius.n. multiplicari potest priori, præsertim si sit absolutum non multiplicato. Deinde confirmatur conclusio: idem corpus potest esse in pluribus locis sacramentaliter, quod ma ius est; ergo per Dei omnipotentiam poterit circunscriptiue in pluribus locis existere; nam existentia sacramentalis tria exigit miracula. 1. esse in pluribus locis 2. sine loci occupatione existere, & 3. absque modo quantitatiuo. At uero circūscriptiua existentia eiusdem corporis in pluribus locis primū tantum miraculum præsupponit. Tū etiam corpus Christi est in pluribus locis, & non per motum localem, sed solum per conuersionem substantiæ panis in ipsum, posset q; Deus efficere; ut panis substantia in corpus Christi sub modo naturali conuerteretur: quia pauciora essent miracula. Quamobrē per panis substantiæ conuersionem posset tunc efficere, ut in pluribus locis circunscriptiue existeret. Ad hæc idem Angelus per Dei potentiam potest in pluribus locis definitiue esse: quare, & corpus circūscriptiue. Par.n. est utriusque ratio. præter hęc, cum non implicet contradictionem, quod idem corpus habeat plures relationes ad plura loca, quemadmodum eadem albedo plures habet relationes, ad plura alba, quid prohibet

fieri

fieri non posse,&c. tandem, idem corpus numero potest hẽre plures præsentialitates,& habet ad pluras hostias, quando est sacramentaliter sub illis. poterit igitur habere plures præsentialitates, ad plura loca circunscriptiue continentia, propterea quod esse in loco, præter loci relationem, nihil aliud est, quam præsentialitas locati ad locum.

CONCL. II.

Si idem corpus in plurib. locis circunscriptiue existeret, eodem modo a pluribus agentibus, ac si in uno esset loco, pateretur. v.g. si in uno loco ignis, & in alio aqua admoueretur, vel a fortiori, uel ab utroq; simul, si essent æqualia, pateretur. Ratio est, quia uirtus actiua agentis, & passiua patientis sunt formæ absolutæ, quæ ad multiplicationem loci, nec uariãtur, nec multiplicentur.

Hinc, agens naturale nõ habet maiorem actionem in pluribus locis simul, quam in uno tantum: quia uirtus actiua est forma absoluta, & multiplicato loco, non multiplicatur.

CONCL. III.

Appen. Si idem corpus in pluribus locis existeret, posset habere respectus, siue relationes contrarias. idem nanq; esset sursum, & deorsum, &c. Ratio est, propterea quod, istæ relationes præsupponunt locum, & ab illo dependent, atque ita multiplicato loco multiplicantur.

Iam satisfaciendum est argumentis oppositæ opin. Primo n. sic obijciunt si idem corpus posset esse in pluribus locis, posset esse ubique. quod est alius Dei proprium. & Sco. Deus per suam omnipotentiam posse corpus Christi ubique constituere, conuertendo omnem substãtiam orbis in illud; ut modo conuertit hostiam, & tunc esset ubique non ut Deus, qui uirtute propria, & sua omnipotentia ubique est, sed accidentaliter. i. per aliud. s. per uirtutem diuinam. Secundo colligunt, ergo idem corpus esset sanum in uno loco propter aeris temperiem, & in alio ægrum, quod est impossibile. nam si duo cõtraria de eodem uerificarentur, & duo contradicentia similiter, ut Arist. auctor est. negatur consequentia: quia prædicata absoluta sunt priora, & præsupponũtur ad locum; nec ab illo dependent; atque ita multiplicato loco, non multiplicantur; unde si in uno loco esset corpus calidum, uel frigidum sanũ, aut ægrum, &c. in omnibus similiter. Tertio colligitur, sequetur idem esse unum, & plura quod fieri non potest. nam corpus est unum, quia commensuratur uno loco. quare si pluribus locis idem corpus commensuraretur, esset plura. non recte colli-

coligunt, quia cum esse unum, sit ens absolutum, ad multiplicationem loci non multiplicatur. Quarto inferunt, eandem materiam duplici forma specifica informari, & habere duplex esse, exempli causa, si de sententia Scot. idem cibus in duobus stomachis poneretur. hæc illatio nullam habet uim, ut ex secũda conclusione constat. Quinto disputant, colligitur eundum ignem in pluribus locis positum maximam syluam comburere posse; atque ita ultra suam naturam agere quod impossibile censetur, cum actio non fiat a proportione minoris æqualitatis. Hinc satisfactum est per appendicem. 2. conclusionis.

Sexto, tunc unus homo, si in uno loco comederet, & in alio non simul quidem esuriret, & non esuriret. Verum hoc nequaquam. sequitur, quia conuertendo in uno loco substantiam alimenti im suam naturam, alterius loci famem extingueret.

Vltimo, tunc priuatiua opposita, utpote, motus, & quies, de eodem uerificarentur. Respondeo falsum hoc esse, nam quies non est tantum priuatio motus, quia utrunque est positiuum & dicit relationem ad locũ. Dices, saltem sunt compassibiles termini motus, & quies est terminus ad quem. qui motu acquiritur. Respondeo quãdo motus localis est deperditiuus, & acquisitiuus simul termini sunt incompassibiles, non autem quando est acquisitiuus tantum. tunc enim potest unus absque perditione alterius acquiri. unde posset tunc idem corpus Valentiæ quiescere, & motu locali Romæ locum acquirere.

Art. IX. An corpus Christi sacramentaliter existens possit ab aliqua creatura motu locali moueri.

Al. Alẽ. ubi supra Th. q. 76 ar. 6. reli qui d. 10 Ri. q. 1. ar ti. 4. Scot. q. 6. Dur. q. 3

Duæ sunt opiniones. Prima Alex. B. Tho. & Ric. Secunda Sco. & Dur. hi omnes confitentur ad motum hostiæ localiter moueri, differunt uero, quia. 1. opinio affirmat moueri per accidens a sacerdote mouente hostiam. 2. uero dicit non a Sacerdote, sed a solo Deo moueri.

CONCLVSIO.

Per accidens corpus Christi localiter a Sacerdote mouente species consecratas, mouetur. Ratio est, quia, omne contentũ mouetur per accidens ad motum continentis, & ab eo, qui mouet continens, & Christi Iesu corpus uere & realiter sub speciebus consecratis, secluſa inhærentia, sicut substantia panis continetur. nam ut substantia panis quantum ad esse, & conseruari dependet ab accidentibus (destructis si quidem accidentibus panis, & eius substantia destruitur, ut destructa frigiditate, & humiditate aquæ per ignem, aquæ substantia, cor-

rumpitur) ita etiam Christus ex lege diuina dependet quod esse sacramentaliter ab accidentibus panis, & uini, tandiu enim ibi est, quandiu species ille durant.

Prima diffic. An possit motu alterationis moueri.

Animaduerte dupliciter aliquid posse Christo conuenire, uel ratione specierum, sub quibus sacramentaliter continetur uel ratione eiusdem corporis, quatenus sub modo naturali existit.

CONCLVSIO.

Christi Iesu corpus, neque per se, neque per accidens alteratione facta circa species consecratas alterari potest. Ratio est, quia omnis actio materialis fit per contactum, ut Ari. docet, & corpus Christi Iesu, ut est sub sacramento, non potest tangi per se, neque etiam per accidens, nam quod ita patitur, debet inhærere illi, quod patitur per se, & extendi ad illius extensionem, & Christus non extenditur ad extensionem specierum, neque illis inhæret.

Arist. 7. phys.

Secunda diffi. An habeat Christus in Eucharistia eadem actiones immanentes, quas sub modo naturali habeat, Verbi gratia uisionem, auditionem, &c.

CONCL. I.

Omnis operatio sensitiua immanens, quæ inest Christo sub modo naturali, inest eidem sub modo sacramentali concomitanter. nam omnes, inquit Sco. operationes potentiarũ sensitiuarum sunt formæ absolutæ, & ubiq; uniformiter eidẽ corpori insunt. Ex oppositio enim implicatio contradictionis sequeretur. Cęterũ Soto se hoc nõ intelligere posse cõfitetur. quia si loqueretur, inquit, & ambularet in cœlo, quatenus in sacramento est, neq; loqui, neq; ambulare posset. Scot. uero de actionibus trãseuntibus, ut est locutio, quæ sonũ in aere efficit, non loquitur, neq; de motu locali, qui locum circunscriptiuum præsupponit, sed de actionibus immanentibus quinq; sensuum, quia nihil extra efficiunt. neq;. n. actiones, sed passiones quædam sunt. nam sentire, pati quoddam est, ut Arist. 2. de ani. demonstrat. est autem actio immanens, non receptio specierum, sed est, potentiam suum obiectum per illas species cognoscere. Dices, istæ sensationes sunt quantæ, & extensæ, quomodo igitur possunt Christo in sacramento, sine extensione conuenire? Respondeo sunt inextensæ, ut est corpus in ordine ad hostiam: quoniam ibi modum quantitatiuum non habent, quamuis in se sint quantæ: quemadmodũ corpus Christi est in se quantum.

Scot. q. 5. ubi sup.

d. 10. q. i. ar. 6.

Corpus

CONCL. II.

Corpus Christi quatenus est in eucharistia, non potest sensationem aliquam, ut uisionem, auditionem, &c. recipere. Ratio est, quia omnis sensatio fit per receptionem specierum in organo quanto; cum species sint materiales, & quantæ, & organa corporis Christi sub eucharistia sub modo quantitatiuo non sunt, ut ex superioribus constat.

Hinc, non potest recipere sensationes ab obiecto, quamuis possit illas habere, quia obiectū materiale non potest imprimere species, nisi per appropinquationem, & contactum ad passum, & corpus Christi, ut est in eucharistia, non potest tangi, cum sub modo quantitatiuo ibi non existat. potest nihilominus ibi habere extra hostiam impressas, & receptas. Appē. 1. 2. Appē.

Hinc non posse habere actionem transeuntem in eucharistia constat, quia omnis actio transiens corporalis fit per contactum; & cum corpus Christi in eucharistia non sit quantitatiue, neque tangi, neque agere, neque pati ibidem poterit.

CONCL. III.

Christus, quatenus est in eucharistia abstractiue intelligere, & uelle potest. iltæ. n. actiones non modum quantitatiuū, sed solum animæ potentias præsupponunt.

Tertia diffi. Possetne Deus per suam omnipotentiam corpus Christi, quatenus est in eucharistia calefacere.

CONCLVSIO.

Posset quidem, nam Deus non operatur per contactum, quemadmodum naturale agēs, sed per solam omnipotentiā: verum enimuero calor ille modū quantitatiuū haud haberet.

Quarta diffic. An Christus quando desinit esse in sacramento corruptis speciebus, mutari dicatur. Th. est ubi sup.

CONCLVSIO.

Nequaquam mutari dicitur. quemadmodum. n. Deus, qui est in creatura, quando creatura desinit esse, ibi etiam esse desinit, non per mutationem sui, sed creaturę: similiter corruptis speciebus desinit esse ibi Christus, non per mutationem locale propriam, sed per specierum mutationem.

Art. X. An corpus Christi, ut est in eucharistia, uirtutem transmutandi substantialiter, & localiter aliud corpus a seipso habeat.

Duæ sunt opiniones, quas citat Gabriel. i. Ochami dicentis posse habere easdem operationes, quas sub modo naturali habet. Contraria opinio est communis, quam elegantius tradit Scot. Lect. 45. sup. can.

CONCL. I.

Christus,ut est in Eucharistia , non potest aliquam operationem potentiæ meræ naturalis:ut est nutriendi potẽtia uel mixtæ;ut est sentiendi potẽtia,habere.Ratio est, quia omne agens physicum agit per contactum,& reperiatur in agendo; & Christus cum in eucharistia non habeat modum quantitatiuum, neque tangere passum,neque repeti poterit.

CONCL. II.

Christus Iesus;prout est sub speciebus consecratis, potest actiones mere spirituales habere;ut uelle , & intelligere aliqd̃ obiectum. Ratio est,quia anima non operatur per contactū, sed per species intelligibiles,quas,ut est in eucharistia,habere potest.

Art.XI. An aliquis intellectus creatus possit corpus Christi,ut est in eucharistia,uidere naturaliter.

Al. Alẽ. q.40.m. 3.ar.4. Tho.q.6. ar.7.reli qui d.10. Bon. art. ul.q.i.Ri. ar.5.q.i. Sco.q.9. Dur.q.4 Gab. lec. 4.super can.

Duæ sunt opin.una Sco.altera S. Tho.prima est affirmans. Secunda negans,quæ est etiam Alexandri.

CONCL. I.

Intellectus uiatoris non potest habere notitiam intuitiuã Christi in eucharistia existentis.quia cum Christus in eucharistia non sit sub modo quantitatiuo,non potest pro isto statu de illo habere notitiam sensitiuam,& ex consequenti neque intellectiuam,nihilenim est in intellectu intuitiue,quin prius fuerit in sensu.

CONCL. II.

Intellectus separatus beati naturaliter põt corpus Christi in eucharistia uidere.primo probatur a Scot.hac ratione, intellectus separatus potest naturaliter notitiam intuitiuã substantiæ panis,& non tantum accidentium habere; poterit igitur & notitiam intuitiuam corporis Christi sub illis accidẽtibus existentis habere . uis huius illationis ita demonstratur; corpus.n. Christi sub accidentibus est obiectum intellectui nostro proportionatum , quemadmodum panis substantia, cum sit finitum. antecedens uero sic confirmatur ; ratio , ob quam intellectus noster coniunctus non potest intuitiue formas substantiales uidere,est:propterea quod notitiã alicuius obiecti,nisi medio sensu habere non potest , & quæ sensibus percipiuntur sunt accidentia sola,unde fit:ut pro hoc statu visio intuitiua,non de substantia,sed solum de accidenti habeatur . Verumenimuero , cum intellectus separatus in cognoscendo a sensib non dependeat,poterit intuitiue formas substantiales,panisque substantiam cognoscere.Deinde,intellectus

ctus separatus essentiam panis potest naturaliter cognoscere, quia cognoscens habitum, & priuationem cognoscit. quare poterit naturaliter Christi præsentiã cognoscere. ita enim est intellectui separato obiectum proportionatum Christi Iesu præsentia, sicut panis absentia. nam utrunque est obiectum finitum. tum intellectus separatus eo ordine cognoscit entia, quo ipsa sunt. nam sicut res se habet ad esse, ita ad cognitionẽ & substantia sub accidentibus contenta prior est accidente, quamobrem prius natura intellectus separatus corpus Christi sub accidentibus contentum, quam accidentia cognoscet, præterea supernaturalis modus existendi quem ibi habet, non obstat quominus naturaliter ab intellectu separato possit cognosci. quia naturale, & supernaturale non mutant rei essẽtiam, cum eiusdem rationis sit homo genitus, & creatus. quapropter neque uariabitur ratio congnoscendi ipsum, perinde ac si sub modo naturali, & accidentibus esset. adhæc, neq; obstat, ut possit ita cognosci, quod omne supernaturale sit quocunque naturali perfectius. quia substantia naturalis est perfectior accidentiæ supnaturali. Ad extremum, intellectus separatus naturaliter spirituales substantias, quamuis sint inextensæ cognoscit, & corpus Christi in Eucharistiam inextensum non uidebit, plane uidebit.

CONCL. III.

Non est de essentia beatitudinis, Christũ in Eucharistiam, uel in proprio genere uidere. quia de essentia beatitudinis solum est uidere obiectum beatificum Deum. s. Opti. & Max. qui solus beatificat, quod intelligendum est de beatitudine essentiali. nam beatitudinis accidentalis est Christus obiectum, & etiam obiectum creatum. Et nota cum Scot. in patria succedere fidei claram uisionem articulorum ad diuinitatem spectantium. quia sola diuinitas est obiectum beatificum, non autem creatura, quæ per alios articulos, ut uerbum esse, incarnatum &c. significatur.

Restat, ut rationes oppositas dissoluamus. Primo enim ita obijcitur; ens supernaturale; ut est existentia corpus Christi in Eucharistia, non potest naturaliter congnosci, nam ut ens factibile supernaturaliter, naturaliter effici non potest, utpote, miraculum, ita neque supernaturale ens poterit naturaliter congnosci. R. Scot. omne ens supernaturale iam in esse positum naturaliter ab intellectu separato potest cognosci. qa est ens finitum, & creatum, & tale ens est obiectum intellectui proportionatum. neque enim sequitur, non potest natu-

raliter fieri, ergo neque cognoſci. cæco. n. non poteſt naturaliter uiſus reſtitui, & tamen naturaliter poteſt cognoſci. tum etiam, gratia non eſt naturaliter factibilis; & tamen ab Angelo naturaliter cognoſcitur.

Secundo diſputant aduerſarij, fidei myſteria, inter quæ recenſetur exiſtẽtia corporis Chriſti in euchariſtia, naturaliter cognoſci non poſſunt. alioqui. n. non fidem de illis, ſed opinionem, uel ſcientiam haberemus. R. a uiatoribus non poſsũt naturaliter cognoſci, bene tamen ab intellectu ſeparato, ut ex 2. concl. conſtat.

Tertio inſurgunt hoc modo: ſequeretur hinc, dæmones ẽt hoc myſterium agnoſcere, quorum naturalia poſt lapſum mã ſerunt integra, quod quidem eſt falſum: quia inimici gratiæ ſacramentum non agnoſcunt. R. Scot. cum Magiſtro, Angelos, etiam bonos multa myſteria naturaliter cognoſcere poſſe, quæ ſibi a Deo occultantur, ut incarnationis myſterium, quod multi Angelorum per Apoſtolorum prædicationem didicerũt, ut dd. ſancti ſuper locum B. Pau. ut innoteſcat principibus, & poteſtatibus, &c. declarant. Vlt. argumentatur Caieta. nullus intellectus ſeparatus intelligit per ſpecies ſumptas ab obiectis, ſed a Deo impreſſas: Deus autem intellectibus ſeparatis non imprimit ſpecies ſupernaturalium obiectorum, ideſt myſteriorum fidei, ſed naturalium tantum. R. cum Sco. antecedens eſſe falſum: quia intellectus ſeparatus, quemadmodum, & coniunctus per ſpecies ab obiectis de ſumptas cognoſcit, atque ita naturaliter poteſt cuiuſuis entis finiti cognitionem acquirere: alioqui enim deterioris conditionis eſſet intellectus ſeparatus coniuncto. Verum de his latius in floribus 2. lib. ſent.

Eph. 3.

q. ul. diſt. 32. ſent.

Art. XII. An per Dei omnipotentiam corporalis oculus poſſit exiſtentiam corporis Chriſti in euchariſtia uidere.

Al. Alẽ. ubi ſup. et Th. loco cit. Reliq. d. 10. Bona. q. 2. ar. ul. Ri. ar. 5. q. 2 Scot. & Durã. ubi ſup. Sc. ẽ.

Duæ ſunt opin. prima Alex. S. Th. D. Bona. Ric. Duran. ſ. ne que per miraculum poſſe aliquo modo corpus Chriſti uideri in euchariſtia ab oculo corporali. Secunda Sco. quæ ſolo nomine a 1. differt.

CONCL. I.

Si corpus Chriſti non eſſet ſub modo naturali, ſed ſub modo ſacramentali tantum, poſſet Deus pro ſua omnipotentia in oculo uiatoris: aut beati efficere notitiam Chriſtum repręſentantem: quia cum hæc notitia eſſet forma abſoluta, ſine ulla contradictione poſſet a Deo effici: etiamſi obiectũ eſſet abſens.

Per

CONCL. II.

Per hanc uisionem non posset Christus aliquo modo, qua tenus est in eucharistia uideri. Ratio est, quia nulla potentia uisiua potest cernere nisi obiectum circunscriptiue, & indebita distantia contentum, & extensum, & per species quantas, & extensas usque ad oculum, & corpus Christi in eucharistia respectu potentiæ uidendi non ita se habet, ut ex superioribus constet. Vnde illa uisio tunc aut nihil actualiter, aut Christū sub modo naturali repræsentasset, sed esset tantum qualitas absoluta.

Difficultas. Oculus Christi uidetne suum corpus in eucharistia.

CONCL. I.

Oculus Christi non uidet suum corpus, quatenus est in eucharistia, propterea, quod est inextensum.

CONCL. II.

Oculus Christi non uidet ibidem seipsum. probatur. 1. quia si extra sacramentum oculus non uidet se, cum nō habeat sui speciem, multo minus in sacramento. 2. inter potentiam uidendi, & obiectum est futurum medium, & oculus a seipso nō distat, & 3. quia cum in eucharistia oculus sit inextensus, impossibile est quod a seipso uideatur. S. Tho. oppositum huius concl. tenet.

Art. ult. An quando in sacramento caro, uel sanguis, uel alia uisio apparet, sit Christus ibi sacramentaliter.

Al. Alē. q. 53. m. 4. p. 3. arti. Th. q. 76. ar. ul ti. ubi sup. Dur. q. cī tata.

Tres sunt opiniones. prima S. Tho. s. quando mutatio est in speciebus circa colorem tantum, & non circa quātitatem, & alia panis accidentia, Christus ibi sacramentaliter continetur. Secunda tenet non esse Christum sacramētaliter, sed sub modo naturali, quando fit apparitio, per mutationem circa species, ut si puer appareret, illa esset Christus: hæc uidetur esse Alexan. Tertia opin. præcedentibus contraria, defendit; neque sub modo naturali, neque sacramentaliter existere in eucharistia Christū, qñ fit apparitio per mutationē, circa species.

CONCL. I.

Quando miraculosa apparitio fit tantum permutatione in sensibus facta, Christus in sacramento non desinit esse: quia per talem mutationem accidentia panis non corrumpuntur, & tandiu sub illis Christus manet: quandiu conseruantur.

CONCL. II.

Quando mutatio est in speciebus circa colorem tantum, & non circa quantitatem, & alia panis accidentia, Christus sub illis sacramentaliter continetur. ratio est, quia remanerēt tūc

accidentia, quę satis essent ad conseruãdam panis substantiã, si adesset, & quæ ad illam conseruandam essent satis, ad continendum, & corpus Christi sufficeret. v.g. si rubedo in hostia appareret, per quam sapor, odor, uirtus nutriendi, & quantitas panis non corrumperentur.

Appen. Cai. et. ubi sup. Th.

Hinc; si appareret dimensiones maiores quantitate hostię, & uini consecrati; ita ut sub illis non posset substantia panis, & uini conseruari, non maneret ibi Christus propter eandem rationem. parua. n. substantia non potest magna quantitate informari.

Difficultas. Si hostia sanguinea appareat, uel puer, quid erit sacerdoti faciendum.

Al. Alē. & Th. ubi sup. & reliqui loco cit.

S. Tho. d. 10. art. 4. q. 3. m. 4. duas citat opiniones, unam negantem, quæ dicit sufficere tunc spiritualem sumptionem, alteram affirmantem, quæ est securior, quæ hac conclusione cõtinetur.

CONCLVSIO.

Tenebitur sacerdos tunc aliam hostiam cõsecrare, & sumere. Ratio est, quia per hanc apparitionem sacerdos ab obligatione recipiendi eucharistiam sub vtraque specie non liberat, quæ in can. relatum, de conse. d. 2. præcipitur. Hæc de 4. q.

QVAESTIO QVINTA DE CONuer one, &c.

Hac q. explicatur d. 11. Mag. ad cuius pleniorem intelligẽtiam lege dd. hac ea. dist.

d. 11. q. i. & 3.

Art I. An panis in corpus Christi conuertatur.

Quatuor sunt opi. Prima est Dur. qui omnino negat transubstantiationem, affirmat. n. panem conuerti in corpus Christi; ut in nutritione cibus conuertitur in substantiam aliti, & ut in nutritione materia cibi forma aliti informatur; ita huic materia panis anima rationali Christi informatur, & hoc modo docuit panem in corpus Christi conuerti: hæc opi. est erronea; quia est contra conc. Later. quod refertur ca. firmiter, de sum. tri. & fi. cath. & contra concil. Trid. Sess. 13. c. 4. & can. 2. transubstantiationem negat.

Dur. caute legen.

Secunda opi. est Capre. ar. 3. & 4. S. Th. q. 75. ar. 4. ubi sup. & eadem fuit opi. Henrici in quem Sco. qõ. 4. citata inuehitur. Caie. affirmat panem transubstantiari in corpus Christi, concedit nihilominus rem quæ erat panis, manere & esse corpus Christi. hæc est omnino fugienda: ut prima, ex ea. n. sequitur, conuersionem istam in corpus Christi non esse transubstãtiationem.

Caie. caute legen.

tionem.nam dicit aliquid panis manere contra conc.Late.& Trid. modo citatum,Soto multis argum.in Caie.& Dur.inue hitur. Tertia opi.dicit panem annihilari, contra quam art.se quenti disputabitur.

Al. Alē. q.34.in i & 38.m. i.& 2.d. Bon.d.11 q.i.& 4. ar.i.Ric. d.10.ar. 3.q.i.& 2.& d.i. ar.1.Sco. d.11. q.i. 2.& 3. Dur.e.d. q.i.& 3.

Quarta est communis cæterorum asserentium panem in corpus Christi,& uinum in eius sanguinem transubstantiari, & quamuis Scot. distinguat transubstantiationem in productiuam,& adductiuam:nihilominus qō.3.concedit panem in corpus Christi transubstantiari. ita ut terminus ad quem transubstantiationis,non sit tātum præsentia corporis Christi,sed & ipsum corpus,ut infra patebit.

CONCL. I.

Corpus Christi præcise incipit esse in altari ratione cōuersionis panis in ipsum.Nam aut incipit esse in altari per mutationem localem acquisitiuam, aut per panis conuersionem, non per mutationem localem precise: quia si Christus alibi non præextitisset,non moueretur,& nihilominus uirtute huius connersionis in altari esse inciperet, ut ex superiorib. constat. Quare præcisa rō erit panis conuersio, quamuis accidat motus localis acquisitiuus,quia corpus Christi præexistit.

CONCL. II.

Conuersio ista naturalib mutationib.non est similis. Hæc est definita in can.reuera,& in aliis tēx.de cons.d.2. in omni. n.mutatione naturali terminus a quo sub termino ad quē permanet,in hac autem minime.quid igitur fit de pane?

CONCL. III.

Panis in corpus Christi transubstantiatur. Definita est in conc.Later.& Trid.in prin.contra Dur.citato.

Prima diffic. An facta conuersione simul cum corpore,& sanguine panis,uel uini substantia maneat.

Al. Alē. in i.& 2 Th.ar.2. & 6. ubi sup. reliq d.11.Bona.q.2. ar.i. Ric. e.ar.& 3. Sco.q.4. Dur. q.

CONCLVSIO.

Hæretieum est affirmare in eucharistia facta conuersione sub accidentibus panis,uel uini substantiam manere.definita est in c.ad abolendam,de hæret.& expresse in conc.Trid.Sess. 13.c.4.& can.2.

Secunda diffi. An conuersio in instanti,uel successiue fiat.

CONCLVSIO.

Conuersio hæc in instanti fit.Rō est,quia corpusChristi,in quod fit conuersio,nō recipit magis,& minus, & nullum præ supponitur subiectum.nihil.n.panis remanet,& quoniam cā principalis huius conuersionis.s.Deus,est infinitæ uirtutis.

Tertia

Tertia diffic. Quibus uerbis hæc conuersio explicari debet.

Ale. Alē. q. 39. m. 3. S. Tho. art. 7. cita to. reliquid. 11. D. Bona. art. 1. q. 6 Scot. q. 5. Soto d. 9. q. 2. art. 8.

CONCL. I.

Panis fuit, aut est corpus Christi, est falsa. quia Copula, est, significat extremorum unionem; & tamen extrema hæc nũquam sunt unum.

CONCL. II.

Panis fit corpus Christi; est etiam falsa. patet, quoniam fieri quot est tertium adiacens, significat subiectũ formam prædicati in se recipere. ut Petrus fit albus. Panis autem non recipit corporis Christi formam.

CONCL. III.

Panis potest esse corpus Christi. est quoque falsa. quia sua de inesse, panis fit corpus Chisti, est impossibilis.

CONCL. IIII.

Panis mutatur in corpꝰ Christi, est perinde falsa. Ratio est, quia in hac conuersione nullum manet subiectum, atque ita nulla interuenit mutatio.

CONCL. V.

Ex pane fit corpus Christi, est uera, Ratio est, quia præpositiones istæ, de, & ex, terminum a quo conuersionis significant: qualis est panis in hac conuersione, & ita declaranda est propositio illa Ecclesiæ; fitq. sanguis Christi merum, & aliæ id genus; quæ apud DD. sanctos reperiuntur.

CONCL. VI.

Panis transit, aut conuertitur in corpus Christi est magis propria, propterea quod significat conuersionem qualis dicitur fieri in hac, Panis in corpus Christi transubstantiatur; ut ex superioribus constat.

Quarta diffic. An quodlibet in quodlibet possit transubstantiari. uerbi gratia lapis in Deum, aut in Angelum.

Alex. Alen. ubi supra Sc. q. 2. d. 11. Durand. q. 2.

Duę sunt opiniones contrariæ una Sco. affirmans, altera Dur. negans.

CONCL. I.

Nulla creatura potest in Deum conuerti, uel transubstantiari, ita ut hæc sit uera; ex lapide fit Deus. Ratio est, quia terminus a quo & ad quem conuersionis debent subijci motui, & potestati conuertentis, Deitas autem, cum sit ens necessarium, nulli potestati quo ad esse, aut non esse subijcitur.

CONCL. II.

Quælibet creatura in quamlibet transubstantiari potest: ut lapis in Angelum. nam quælibet creatura est ens passibile & potestati diuinę quo ad esse, & non esse subiecta.

Obij-

Obijciens Deus potest esse terminus incarnationis, ergo & transubstantiationis, nulla est illatio, quia de ratione trãsubstantionis est: ut terminus ad quem possit incipere esse simpliciter, quod deitati repugnat; atque hoc non est de ratione incarnationis.

Deinde ages cum Durando: Angelus est immaterialis, ergo lapis non potest in illum transubstantiari. neque hæc illatio ualet: quia transubstantiatio est totalis desitio unius substantiæ, & alterius successio, atq. ita nihil obstat, quominus una substantia quo ad materiam, & formam desinat esse, cui ex diuina institutione alia specialis substantia succedat.

Vltimo disputabis; Angelus non potest incipere esse, cum sit immaterialis, nisi per creationem, transubstantiatio autem non est creatio, quare &c. imo secundum Dei omnipotentiã poterit per transubstantionem incipere esse.

Hæresis. Hoc articulo confutantur tres errores. Primus cuiusdam Valeriani, cui successit Vuiclef asserentis cum corpore Christi panis substantiam manere.

Secunda Ioannis Parrhisien. affirmantis ibi panis substantiam corporis Christi uniri hypostatice, ut humanitas uerbo unitur, Tertius Lutheri, qui a primo errore hoc differt, quod Valerianus nullo modo concedebat istam: panis est corpus christi, quia nullam ponebat inter extrema unionem: ut Ioãnes Vuicleff, Lutherus uero concedit istam; panis est corpus Christi figuratiue, & metaphorice, quamuis existentiam corporis Christi sub speciebus confiteatur.

Duran. caute legendus d. 10. g. q. 1 Caie. caute legendus.

Caute legendus est Duran. qui substantiam panis destrui concedit, eius tamen materiam simul cum Christi corpore manere affirmat. Caie. est quoque cauendus, qui præterquã quod asseruit non apparere ex Euangelio coactiuum aliquid ad intelligendum proprie hæc uerba, hoc est enim corpus meum; ut supra diximus. subdidit non intelligi ueritatẽ corporis Christi in Eucharistia ex illis uerbis, quæ sequuntur, scilicet, quod pro uobis tradetur, quibus Catholici hæreticos conuincere solent. uisus tamen est art. 3. & 4. ubi supra S. Tho. hanc sniam retractare. ex superioribus facile liberatur Scotus a calumnia, quã illi Mag. Sotus imponit, ubi supra, ubi non satis quid sibi uelit, declarat. si. n. uult Sotus imponere contineri corpus Christi in altari propter Ecclesiæ authoritatem, & non propter scripturę authoritatẽ, falsissime hac nota ipsum inurit, nam quid Scotus dicat, audiamus: ait namque d. 10. q. 1. art. 1. corpus Christi esse in sacramento uere, &

Mat. 26. 1. Cor. 11

Scotus liberatur.

rea-

realiter, est simpliciter de substantia fidei, fundamentum est Matth. 26. & Lucæ. 22. ubi in cœna ait Christus, Hoc est &c. Deinde respondet hæreticis declarantibus hunc locum figuratiue, & non proprie, ut ex toto eius articulo patet. quare nō probat Sco. ueritatē Eucharistiæ solū propter Ecclesiæ authoritatē, uerū etiā propter authoritatē scripturæ. Præterea si uult Scoto ascribere: dixisse: panis cōuersionē in corpꝰ Christi nō cōstare authoritate scripturæ, sed Ecclesiæ tātū, est plus quā falsum. nā d. 11. q. 3 nota, quod incipit ad argumenta pro 1. & 2. opinione dicit, quod eo spū sacræ scripturæ sūt scriptæ quo sunt conditæ, & quod Ecclesia Spiritu Sancto directa intellexit hæc uerba: hoc est &c. esse intelligenda de præsētia reali corporis Christi, & ubi hęc scribit uerba, probat corpus Christi esse in altari per conuersionem panis in ipsum corpus. quamobrem apertissime patet Scoti sententiam fuisse, ex his uerbis, hoc est &c. colligi non tantum realem præsentiā corporis Christi in altari, uerum etiam conuersionem panis in ipsum, & ad maiorem huius rei explicationem & confirmationem, si placet, eundem Scot. dist. 8. legito.

Art. II. An panis desitio sit annihilatio, uel corruptio, uel transubstantiatio.

Alex. Alen. m. 3. S. Tho. ar. 3. q. 75. reliqui d. 11 D. Bona. q. 3. art 1 Hic. ead. q. & art. Sco. q. 4. Duran. quæst. 3.

Quatuor sunt opiniones. Prima est Henrici dicentis panē non annihilari: & esse aliquid corporis Christi post cōuersionem. Secunda opinio apud Sco. affirmat panem non annihilari, quamuis desinat esse eius materia, & forma cuius opinionis fundamentum est falsum: nam dicit ob hoc solum, nō annihilari, quia in corpore Christi manet materia eiusdem rationis cum materia panis, in qua panis corruptus posset reproduci. has duas opiniones multis argumētis Scot. cōfutat. Tertia opi. est Th. asserentis panē nō annihilari. Quarta est Sco. qui uidetur anceps, promior tamē est in partē negātē: nam in fi. q. soluit arg. quæ panis annihilationem probant.

CONCLVSIO.

Panis, ex quo Eucharistia conficitur, non annihilatur. definita est in Conc. Trid. Sess. 13. can. 4. nam annihilatio, est desitio alicuius substantiæ, siue entis, ita ut nihil illi succedat, tamquam terminus ad quē per se illius actionis. Deus autem destruit panem ad hunc finem ut ibi corpus Christi succedat.

QVÆSTIO SEXTA DE ACCIDENTIBVS in Eucharistia permanentibus.

Hac q. dist. 12. Magistri quantum ad accidentia separata explanatur. nam reliqua sequentibus quæstionib. exponūtur

Art.

Art.I. Sintne accidentia in hoc sacramento sine subiecto.

TRes sunt opiniones. Prima Alex.& Sco. esse dicitur, scilicet, accidens quando est in subiecto non habere aliud esse a subiecto: præstare tamen Deum accidenti nouum esse, quando a subiecto separatur. Secunda opinio est Henrici dicentis, Deum accidenti separato præstare quandã supernaturalem uirtutem, qua possit per se existere. in utraq opinione Sco. inuehitur. Tertia opinio est cõmunis, quã Sco. Sequitur. *Alex. Alen. q. 40. et 42 tenet partem affirmantem S. Tho. q. 77. art. 1 reliqui dist. 12. D. Bona. ar. 1. q. 2. Ric. ar. 1. Sco. q. 1. & 2.*

CONCL. I.

Si accidens pro inhærentia actuali uel aptitudinali sumatur, impossibile est absque subiecto sibi proportionato esse. nota prius inhærẽtiã aptitudinalẽ, ut in accidẽte separato, habere subiectum sibi proportionatũ in aptitudine: actualẽ uero ut in accidente coniuncto, actuale subiectũ sibi proportionatũ habere. ratio uero cõmunis est: quia talis inhærẽtia siue actualis siue aptitudinalis est relatio, & nulla relatio potest esse sine suo termino, quale est subiectũ respectu inhærentiæ.

Hinc patet nullum accidens respectiuum posse esse sine subiecto, quia est relatio, & talis Relatio non potest esse sine suo termino, quod est subiectum.

CONCL. II.

Omne accidens absolutum, potest per Dei potentiam absque subiecto actuali, non autem sine apitudinali existere. ratio primæ partis conclusionis est, quia tale accidens non dependet a subiecto, nisi tanquam a causa extrinseca conseruãte, & Deus causæ efficientis uicem supplere potest. 2. pars patet: quia cum accidens separatum accidentis naturam retineat, aptitudinem ad inhęrendum semper habet, atque ita sine subiecto aptitudinali esse non potest.

CONCL. III.

Accidentia in Eucharistia sine subiecto mediato, quod est substantia, existunt. definita est in Conc. Flor. & Constan. Sess. 5. & Trid. Sess. 13. can. 2.

Difficultas An sit eadem notitia sensibilis, quę de accidentibus ante & post consecrationem habetur.

CONCL. I.

Notitia sensitiua accidentium eadem numero ante, est & post consecrationem manet. quia utrobiq. eadẽ accidentia numero permanent, quę sunt potentiæ sensitiuæ obiectum.

CONCL. II.

Notitia iudicatiua intellectus hominis fidelis eadem ante & post consecrationẽ non manet. quia, ut perspicuum est, cõtrarie

trariæ iudicat, at uero intellectus infidelis, cũ uideat semper eadem accidentia, decipitur: & semper panis substantiam sub illis latere iudicat.

Hæresis. Errauit Vuicleff, & cum eo Oecolãpadius dicens; Deum non posse accidens sine subiecto efficere, aut conseruare.

Art. II. An reliquæ accidentia sint in quantitate, tanquam in subiecto in Eucharistia.

Alex. ibi dem S. Th. art. 2 D. Bona. q. 1. ar. 1 Sco. q. 2.

Duæ sunt opiniones. Prima asserit: nullum accidens ibi esse in quantitate, ut in subiecto, hãc confutat Sco. Secũda est communis Scot. S. Tho. & aliorum.

CONCL. I.

Omnia accidentia relata, quæ in accidẽtibus absolutis substantiæ panis fundantur, ut similitudo, æqualitas, in eisdem subiectis ante & post consecrationem permanent. Ratio est, quia relatio essentialiter dependet ab extremis, & eadem extrema, scilicet, accidentia absoluta ante, & post consecrationem manent.

CONCL. II.

Omnia accidentia absoluta de prędicamẽto qualitatis quę facta consecratione in quantitate remanent, in illa subjciũtur. patet quia omnia illa accidentia ad extensionem quantitatis extenduntur, a qua realiter distinguuntur, prestanque. illi accidentale esse, quod est; esse in subiecto, albedo enim quantitate Hostiæ albam facit.

Appẽ. 1. Ex hoc, & 1. ar. colligitur accidentia absoluta in Eucharistia sine subiecto mediato, non tamen sine immediato, scilicet, quantitate manere.

Appẽ. 2 Hinc etiam patet solam quantitatem in Eucharistia, facta consecratione, sine subiecto existere.

Alexan. Alen. p. 4. art. 1. & 3. S. Tho. ar. 3 q. 77. D. Bona. ar. 2. q. 1. & 3. Ric. ar. 3. q. 2. Duran. q. 7.

Art. III. Poterunt ne species consecratæ corpus aliquod extrinsecum per alterationem naturaliter mutare.

Duæ sunt opiniones. una S. Tho. affirmantis accidens separatum posse generare substantiam per uirtutem, quam retinet substantiæ separatæ. cuius post separationem est etiam instrumentum, 2. est Sco.

CONCL. I.

Accidens separatum, uel coniunctum non potest esse instrumentalis causa generandi substantiam. de separato quidẽ patet, quia instrumentum non operatur, niſi concurrẽte causa principali, scilicet, substantia, quæ iam non est: ut patet in Eucharistia, quare accidens separatum respectu generationis substantiæ non erit instrumentum. De coniuncto constat,

quia

quia tale accidens solum disponit passum, ut forma substantialis operetur, calor enim ignis disponit lignum ex siccãdo, ut substantia ignis formam introducat; causa autem disponẽs impropriè dicitur instrumentum: quoniam agit virtute propriq, non principalis causæ, quia est contra instrumẽti naturã.

Hinc Scot. colligit; substantia ab accidente dispositiuè tãtum generari, & non tanquam a causa principali, quia si esset causa univoca, esset accidens æque perfectum, atque substantia producta, quod est falsum, si æquivoca, & totalis, esset perfectior substantia producta, quia causa totalis æquivoca suo effectu perfectior iudicatur. Appen.

CONCL. II.

Accidens separatum actione reali, sive intẽtionali, sive notionali potest in obiectum, quemadmodum accidens coniunctum agere. eiusdem enim rationis est cum accidente cõiuncto. nam per separationem non naturam amittit, sed modũ per se existendi tãtum acquirit, tum ẽt speciem sui in alterius potentia efficit. quod quidẽ est actione intentionali agere.

Hinc colligitur. calorem uini separatum. perinde naturaliter calefacere, atque coniunctum, & alias etiam qualitates secundas separatas eodem modo actione intentionali; atque coniunctas agere. Appen.

Art. IIII. An qualitates Eucharistiæ ab agente naturali naturaliter possint corrumpi.

Alex. Alen. q. 4. m. 2. ar. 4 S. Th. ar. 4. q. 77. q. 5. Dur. q. 3.

Duæ sunt opiniones. Prima negãs nominaliũ, quã sequit̃ Ga. hac. d. 12. q. 1. 2. affirmans, & cõis. S. Tho. Scot. & reliquorum.

CONCL. I.

Accidentia panis, & vini separata naturaliter a substantia corrumpi possunt. Ratio est, quia corruptio naturalis, & per se, est mutatio subiecti ex uno contrario in aliud, & quantitas Hostiæ consecratæ, quæ est ibi subiectum qualitatis, potest ex albedine in nigredinem mutari.

CONCL. II.

Accidentia Eucharistiæ per alterationem subiecti, aut augmentationem, seu diminutionem corrumpi haud possunt. v. g. si Hostia conteratur, vsque ad puluerem, aut, si iuxta probabiliorẽ opinionẽ. q. 1. positã, speciẽb. vini consecrati maxima vini nõ cõsecrati pars misceretur. Ratio est, quia panis substãtia eius quantitate in puluerem redacta, non conseruaretur, quoniam esset tunc farina, neque parua substantia vini consecrati sub magna vini non consecrati quantitate conseruaretur. quæ quidem accidentia non conseruantur, nisi sub illa

la quantitate, sub qua panis substantia conseruaretur. habent namque res ortui, & interitui subiecta determinata quantitatem; citra, & ultra quam substantia consistere non potest.

CONCL. III.

Accidentia separata per accidens, corrupta quantitate corrumpuntur: vt si Hostia in ignem proijciatur uel putrefiat, Ratio est, quia subiectum accidentium Hostiæ consecratæ est quantitas, & subiecto corrupto accidentia illi inhærentia corrumpuntur, propterea, quod accidentis esse est inesse.

Appen. Hinc quamuis corpus Christi in Eucharistia supernaturaliter esse incipiat; tamen per actionem agentis naturalis naturaliter accidētia corrumpentis ibi naturaliter esse desinit.

Prima diffic. An quantitas Hostiæ consecratæ naturaliter possit corrumpi.

Duæ sunt opiniones: Prima affirmans, quæ ab Sco. d. 12. q. 4. citatur, quam sequitur. Caiet. ubi supra, S. Tho. art. 5. & eadem, D. Tho. esse censetur, altera negans est Sco.

CONCL. I.

Agens naturaliter quantitatem Eucharistiæ non pōt rarefacere. Ratio est, quia agens naturale non potest efficere formam, nisi in subiecto. alioqui enim posset creare: quia posset producere formam, & non in subiecto, atq; ex consequenti ex nihilo, quod est creare; & cum quantitas Eucharistiæ per se existat sine subiecto, quæ de nouo quantitas per rarefactionem in Eucharistia generaretur in subiecto non reciperetur, atque ita a naturali agente crearetur.

Appen. Hinc sequitur; partes quantitatis, quæ ibi generarentur, a solo Deo supernaturaliter, & non miraculosè effici, quia secundum legem, & non præter legem fierent.

CONCL. II.

Agens naturale potest totam Hostiæ quantitatem per diuisionem partium corrumpere, quia potest totam Hostiam usque ad pulueres conterrere.

CONCL. III.

Quantitatis corruptio per condensationem, ubi pars quātitatis præexistentis deperditur, aut per transmutationem in aliam formam, ut si Hostia in ignem proijciatur, a solo Deo efficitur. Ratio est, quia agens naturale nihil potest corrumpere, nisi supposito subiecto. alioqui enim posset annihilare, & quantitas Eucharistiæ in subiecto non est.

Diffic.

Diffic. An sacramentales species principaliter frangantur.

CONCL. I. *Alex.*

Species sacramentales proprie frãguntur. sunt enim quãtæ quantitate cõtinua, & fractio est eiusdem quantitatis passio. *Alen. q. 42. ar. 4. §. 1. S.*

CONCL. II.

Specierum fractio mortẽ Christi Iesu, in qua anima fuit a corpore separata. repræsẽtat. nã ut species sunt signũ corporis Christi: ita illarũ fractio est signum eiusdẽ mortẽ repræsẽtãs. *Th. ar. 7. q. 77. D. Bona. toto art. 3.*

CONCL. III.

Corpus Christi non est per se frangibile. patet; quia cum non possit tangi, propterea quod non habet modum quantitatiuum, neque frangi. *Ric. q. 1° & 2. art. 2. Sc. q. 4*

CONCL. IIII.

Neque per accidens ad fractionem specierum frangitur, ex D. Bona. colligitur, qui ait, nos nõ debere uti forma loquẽdi Berengarij. Ratio est, quia passio, quæ repugnat alicui creaturę per se, eidem quoq; per accidens repugnat, ut diuisibilitas per se repugnat animæ rationali, & per accidens. non enim potest ad diuisionem corporis diuidi: & pati. quod nulla ratione diuinitati per se conuenit, neque per accidens: quamuis per communicationem idiomatum, & ratione humanitatis assumptæ pati dicatur. Contrarium tenet Soto. d. 10. q. 2. art. 7. fractis enim speciebus totus Christus sub qualibet particula manet. *Hæreses.*

Duos errores refutat S. Tho. ubi supra, primus est affirmãtium, *ibi non esse ueram specierum fractionem, sed apparentem*; ita, ut sensus decipiantur. 2. asserentiũ ueram quidẽ esse fractionẽ; non tamen esse aliquod fractionis subiectum.

Art. ult. An ex accidentibus, tanquam ex materia, naturaliter substantia possit generari. *Alexan.*

Septem sunt opiniones, quarũ quinq. ab Scot. afferuntur. *Alen. q. 40. m. 2. & 4. S. Th. q. 77 art. 5. & 6. D. Bona. d. 12. 2. Sc. q. 6*

Prima est Innocentij de officio Missæ. cap. de fractione, qui docet, quãdo ex accidẽtibus generatur substãtia, tunc in ultimo instãti desitionis accidẽtium redire substãtiam panis, quæ fuerat corrupta, & conuersa in corpus Christi; & ex illa, tanquã ex termino a quo uirtute agẽtis naturalis nouam substantiã generari, eius materia prima, ut in alijs trãsmutationibus, permanẽte. Secunda est B. Tho. in 4. d. 12. ar. 2. q. 1. dicẽtis creari tunc a Deo nouam materiã primam, quæ accidentibus corrumpendis subijcitur, & in quam agens naturale formam introducit. Tertia est eiusdẽ q. 77. ar. 5. ubi ait, quãtitatẽ Eucharistiæ hic uicem materiæ supplere; ita ut agẽs naturale in

illam introducat substantialem formam, quam, si materia adesset introduceret; atque hoc non nouo miraculo, sed uirtute prioris miraculi, scilicet, conuersionis panis in corpus Christi fieri, ex qua quidem quantitate, & forma substantiali ab agente naturali introducta. nouus ignis, uel uermis generabitur. hanc multis argumentis Scot. confutat.

Quarta est Ricar. & tribuit illam B. Tho. qui existimat agens naturale posse transformare Hostiam nō solum in substantiā, uerum etiam in materiam, & ita ex solis accidentibus totum compositū generari, huic uidetur subscribere Soto d. 10. q. 2. ar. 5. Quinta est caiet. dicentis quantitatem illā fieri materiam, & aliquid illius manere.

Sexta quam S. Tho. citat, tenet. si Hostia igni applicetur, ignē generari, non ex speciebus cōsecratis, sed ex aere circunstāte. Vltima est Sco. docētis de facto introduci in quātitatis Eucharistiæ qualitatem substantiæ; ut calorem in summo, tuncq; corrumpi quantitatem, & Eucharistiam desinere esse redireque de facto illam substantiam, cui talia accidentia genita conueniunt, quam quidem substantian quo ad materiam, & formam immediate a solo Deo, & non ab agente naturali produci affirmat.

CONCL. I.

In naturali composito, quod ex accidentibus Eucharistiæ generatur, materia, & forma, ut in alio quouis cōposito Physico reperiuntur. alioqui enim compositum esset ens per accidens, quia ex quātitate, & forma substātiali ignis siue uermis fieret? quid. quod forma substantialis solum ad materiā primam, non autem ad quantitatem informandā est terminata.

CONCL. II.

Talis compositi materia a solo Deo producitur. Ratio est, quia omne agens naturale præsupponit materiam, siue subiectum, in quod agat. alioqui enim posset creare, & cum materia prima non sit in subiecto (nam est unicuique primum subiectum) non ab agēte naturali, sed a solo Deo producitur.

1. Phys. non enim ab agente naturali, ut rectè Arist. docuit, est generabilis, aut corruptibilis.

CONCL. III.

Materia compositi, quæ ex Hostia combusta generatur, a Deo minime creatur, sed per conuersionē quātitatis Hostiæ in materiam producitur. patet: nam creatio est ex nihilo, & materia huius compositi producitur a Deo, præsuppositā quātitatis corruptione, quamobrem non creatur, sed per cor-

rum-

ruptionem quantitatis in ipsam materiã producitur. quemad modum panis substantia in corpus Christi conuertitur. hoc modo intelligenda est communis opinio, quę fuit 2. ordine, s. Deum producere materiam primam, non per creationem, ut docebat 2. opinio, sed per conuersionẽ quantitatis in materiam, in quã quidẽ agens naturale suam introducit formã.

Hinc colligitur quantitatẽ Hostiæ ab agente naturali nõ corrumpi, sed quam primum Hostia igni applicatur, Deum conuertere quantitatem Hostiæ in materiam primam, quãtitatem. s. corrumpendo & illius loco primam materiam producendo. Appẽ. 1.

CONCL. III.

In eodem instanti, in quo Deus materiam per conuersionem quantitatis in ipsam efficit, agens naturale suam formã naturaliter in materiam nudam introducit. Ratio est, quia agens naturale, cum potius intendat nouæ formæ productionem, quam præexistentis corruptionem, si materiam omni forma denudata inuenerit, multo facilius, & melius suam formam introducet. cum nulla ibi repugnantia ex parte formæ præexistentis inueniatur. hæc autem formæ introductio dicitur naturalis, cum ab agente naturali efficiatur. naturalis si quidem generatio non dicitur ratione formæ ex pulsæ, sed ratione formæ ab agente naturali introductæ. Appẽ. 2.

Hinc quando uermis ex Hostia in custodia clausa generatur, formæ substantialis introductio naturalis est: materiæ uero productio supernaturalis. Appẽ. 3.

Hinc colligitur, oculum non falli quando ignis ex Hostia ab alio igne; ut Sco. affirmabat, generatur. *Alex. Alen. ubi S. Th. art. 6. citato D. Bona. ubi supra Ric. q. 2. art. 4. Scot. q. 6.*

Difficultas. An possit homo speciebus consecratis nutriri.

Duæ sunt opiniones. Prima asserit corpus non nutriri, sed sensus duntaxat panis odore refici.

Secunda affirmat, ibi manere panis substantiam; atque ita nutriri; quæ quidem erronea est, ut supra diximus.

CONCL. I.

Qui solis accidentibus consecratis reficeretur, uere nutritur, hoc enim fit ad meritum fidei. nam concesso opposito, profecto haberemus euidentiam conuersionis panis in Christi Iesu corpus.

CONCL. II.

Talis nutritio fit per conuersionem quantitatis in materiam primã a solo Deo effectam, in quam substantialis forma hominis, forma carnis &c. introducitur: quæ quidem nutri-

tio naturalis quãtum ad introductionem formæ in materiã, & supernaturalis quantum ad conuersionem quantitatis in materiam primam nominatur. hæc conclusio ex proxima difficultate constat.

QVÆTSIO SEPTIMA DE MINISTRO Eucharistiæ.

Alex. 3. m. 4. S. Th. q. 82. ar. 6. Relique dist. 13. D. Bona. ar. 1. q. 1. Ric. ar. 1. et 2. Sco. q. 2. Dur. q. 1.

Distinctio 13. Magistri. hac q. enodatur. ad huius plenã intelligentiam lege quæstionem de ministro de sacramentis in genere supra.

Art. 1. An solus Sacerdos rite per Episcopum consecratus possit esse Eucharistiæ Minister.

CONCL. I.

Hæreticũ est affirmare omnes Christianos Sacordotes esse. Definita est in multis Concilijs, Carthaginensi, Lateranẽsi, Rhemẽsi, & tandem in Tridentino sub Paulo. III. Can. 10 Sess. 7. ubi habetur si quis dixerit, Christianos omnes in uerbo, & omnibus sacramentis administrãdis habere potestatẽ, anathema sit.

CONCL. II.

Soli Sacerdotes per Episcopum rite consecrati Eucharistię Sacramentũ possunt conficere. Definita est ubi 1. cõclusio, solis enim Sacerdotibus in receptione ordinis sacramẽtalis cõsecrandi potestas attribuitur.

Hæreses. 1

Errauit Lutherus dicens, omnes Christianos, cuiuscunque sexus sint, Sacerdotes esse, non tamen omnes, nisi qui sunt a republica constituti, ministrare posse. quod est pluspuam hæreticum. Nam conficiendi potestas, cum sit supernaturalis, quomodo alippis, & tonsoribus dari potest, Confutatur hic error conclusionibus positis, quas sapientissime Pater a Castro Verbo, Sacerdotium. hæresi 1. confirmat.

Alex. Alen. m. 4. S. Tho. art. 5. ubi supra. D. Bona art. 1. q. 1. Ric. eod. art. et q. Sco. q. 2. & d. 9 q. 1.

Prima diffic. Sacerdos fidelis in. m peccato existens, ammittit ne consecrandi potestatem.

Sacerdos in M. peccato existens, si quę sunt de necessitate sacramenti seruat, uere cõsecrat. Definita est expresse in Cõc. Trid. Sess. 10. can. 12. & Sess. 14. can. 4. alioqui enim nunquã possemus Sacerdotes certi esse, consecraremus, nec ne. Quia de nostra iusticia certitudinem habere non possumus.

Hæreses.

Hinc confutatur error Vualdensiũ, quos sequuti sunt Vuicleff, & Ioannes Hus, qui dixerunt per M. omnẽ potestatem amitti, in quos doctissime Pater a Castro uerbo, potestas, & uerbo, Sacerdotium hæresi 7. inuehitur.

Se-

Secunda diffic. Hæretici, schismatici; & excommunicati possunt ne Eucharistiam conficere. *Alex. Alen. m. 5. S. Th. ar. 7. D. Bon. et Ricar. ibid. Durq. quæst. 1. Alex. Alen. ubi sup. D. Bon. & Ricar. loco citato.*

CONCLVSIO.

Isti, si intentionem faciēdi; quod Ecclesiæ caput Christus instituit, habeant: uerè consecrant, characterem enim indelebilem habent. Sed de hac lege art. 4. q. de Ministro, de sacramentis in genere supra.

Tertia diffic. An Missa hæreticorū, & excommunicatorum illis, pro quibus offertur; ad impetrandū, & pro peccato satisfaciendum, prosit.

S. Tho. art. 7. & ad ultimum, ut eius litera sonat, aliquo modo prodesse negat.

CONCL. I.

Hæretici intendentes sacrificare, & efficere, quod Ecclesia intendit, uerum offerunt sacrificium, quod non sibi, sed alijs prodest. Quia fructus sacrificij ortum habet ex merito Ecclesiæ in cuius nomine offertur.

CONCL. II.

Quando hæreticus non intendit offerre sacrificium, quia illud negat; ut Lutherani; tunc Missæ sacrificium sibi iudicium. & alijs nullius utilitatis est, propterea quod non intendit facere, quod Ecclesia facit. *Alex. Alen. m. 6.*

Quarta diffic. Sacerdos degradatus potestne conficere Eucharistiam. *S. Th. ar. 8. q. 82. Ricar. q. 1. art. 1. &c.*

CONCLVSIO.

Si intendat facere, quod Christus & Ecclesia intendit, uerè conficiet, habet. n. potestatē, ideſt, characterem indelebilem.

Idem iudiciū est de apostata, qui fidem inter saracenos negauit, etiam si in infidelitate perseueret. Appen.

Istorum orationes, quatenus nomine Ecclesiæ offerūtur, utiles erunt, non sibi, sed alijs, pro quibus offeruntur. Habent enim efficaciam ab illo, cuius personam gerunt. Appen.

Quinta diffic. An peccet, qui Missam peccatoris, uel hæretici, schismatici: excommunicati audit.

CONCLVSIO.

Nominatim excōmunicatus, uel manifestus percussor clerici est uitandus præsertim in diuinis, ita ut audiens eius Missam mortaliter peccet. Hæc colligitur ex cap. Sacris, de his, quæ vi, metusve causa fiunt. Et est definita per extrauagantem ad euitanda.

Si Minister non sit nominatim excommunicatus, uel manifestus percussor clerici; non erit mortale illius Missam audire. patet per eandem extrauagantem.

Perinde est quamuis sit generaliter excommunicatus, uel Appen.

hæreticus, uel incẽdiarius,&c. dummodo non sit nominatim per iudicis sententiam excommunicatus.

Appẽ.4. Eadem quoque ratione, non erit mortale publici peccatoris Sacerdotis Missã audire. Solum enim cum huiusmodi hominib. cõmunicare prohibetur iudicio Ecclesiæ, quãdo sunt Ecclesiæ rebelles: ut sunt tantũ nominatim excommunicati.

Appẽ.5. Hinc colligitur can. antiquos, qui 24.q.1. citantur, & can. nullus, 32. d. quibus prohibebatur audire Missam publici concubinarij, esse iam abrogatos per extrauagantem. ad euitanda, & per contrariam Ecclesiæ consuetudinem.

Alex. *Alen. q.* 50. *m.* 3. *S. Th. ar.* 3. *Ricar.* *art.* 1. *q.* 5

Sexta diffic. An præter Sacerdotem possit Diaconus Eucharistiam populo ministrare.

CONCL. I.

Solus Sacerdos iure diuino est ordinarius Minister dispensandi populo Eucharistiam. Patet. 1. ad Cor. 4. sic nos existimet homo, ut Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, id est, sacramentorum. ubi de se, & de alijs Sacerdotibus, loquebatur. Et Dominus Iesus Lucæ 22. solis Sacerdotibus dixit. Hoc facite in meam commemorationem, id est consecrate corpus meum, & alijs tribuite, quod ego modo feci. Et confirmatur ex can. peruenit de consecr. d. 2. ibi acerbe reprehenduntur Sacerdotes, qui laicis corpus Domini dabãt, ut illi ad infirmos deferrent.

1. Cor. 4.

CONCL. II.

Sãguinem Christi Iesu ministrare Sacerdoti celebrãti; uel communicantibus competit diacono. Patet exemplo B. Laurentij dicentis B. Sixto, experire uirum idoneum Ministrum elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis dispensationẽ. Et Duran. docet, Papa cõmunicantem Cardinalibus Eucharistiam Diaconum Cardinalem tunc sanguinem ministrare.

CONCL. III.

Ex dispensatione Episcopi, uel Curati potest Diaconus urgente necessitate Eucharistiam infirmis deferre. Ratio est, quia cum possit Sacerdoti celebranti, uel communicantibus sanguinem Christi ministrare, poterit, & corpus. Non enim ministrare Eucharistiam est illam consecrare. Quemadmodũ administrare Baptismum est illum efficere.

Septima diffic. Possuntne omnes Sacerdotes iure positiuo Eucharistiam populo ministrare.

CONCL. I.

Si fuerit religiosus sine facultate proprij Curati nõ potest sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ illam alicui sæculari

culari ministrare. Definita est in Clement. 1. de priuilegijs.

Idem definitur ibidem de sacramẽto matrimonij,& extremæ unctionis. Appen.

CONCL. II.

Possunt tamen religiosi per totum annum, qui nostris priuilegijs gaudent,præterquam in die resurrectionis ministrare singulis Christianis Eucharistiam. Constat ex priuilegijs a Nicolao v. & a Iulio II. concessis: ut in cõpendio priuilegiorum,uerbo, Communicare, habetur.

CONCL. III,

Sacerdos non religiosus non potest, nisi subditis Eucharistiam ministrare,uel alienis,prius tamen a proprio Sacerdote petitia, & obtenta facultate. Definita est in c. om. utri. sex.

CONCL. IIII

In nullo euentu licebit laico commi ere ut populo Eucharistiam ministret. Non enim est tantæ necessitatis, sicut baptismus; ut a laico ministrari possit. D. Tho. est, & Syluestri: qui concedunt posse laicum Hostiam de terra eleuare,quando deficit Sacerdos. *In 4. dist. 13. q. 1. art. 3. V. Eucharist. 3. 8. 4.*

VIII. diffic. Poteruntne plures Sacerdotes simul, eandem Hostiã consecrare. ut possunt plures eundem baptizare.

Legenda est difficultas supraposita,an possint plures eundem baptizare. Et est intelligenda difficultas ita,ut omnes Sacerdotes intendant absolute, ut per formam significatur,eandem *Hostiam* consecrare. Et q. Durandi est, an si unus prius quam alter,uerba finiat, consecret posterior. *Alex. Alen. qõ. 52. in 4. & S. Th. q. 82. art. 2. d. 13. Duran. q. 3.*

Tres sunt opiniones Prima B. Tho. qui tenet cum Innocẽtio III. omnes consecrare. Secunda & contraria est Dur. asserentis illum Sacerdotem duntaxat consecrare, qui prius finit uerba. Tertia est Caieta. ubi supra S. Tho. qui tria dixit. 1. est Quando plures proferunt simul uerba cum intẽtione, omnes consecrant. 2. est, Noui Sacerdotes simul cum Episcopo uerba consecrationis proferentes non consecrant, sed solus Episcopus. 3. Hoc non obstante, quando nouus Sacerdos cũ Episcopo profert uerba, nec habet intentionẽ consecrandi; uel non consecrandi: sed solũ proponit habere intentionẽ, quã tunc habere tenetur, satis est. Et hæc (inquit) est uia tutissima.

CONCL. I.

Quãdo simul plures Sacerdotes consecrationis proferunt uerba, omnes consecrant. Constat exemplo cõsecrationis Episcopalis in qua iuxta Pontificale Romanum Episcopus cõsecrans,& consecratus simul eandem Hostiam consecrare debent.

bent. in cuius consecratione mutuo se expectant.

CONCL. II.

Quando plures consecrant,& non mutuo se expectant,ille solus qui prius finit uerba,consecrat.a simili patet de baptismo, ubi quando plures eundem baptizant, qui prius formã, & ablutionem finit,tantum baptizat. Concurrunt.n.omnia in casu conclusionis ad consecrationem necessaria.

IX.Diff. Tenebiturne sacerdos consecrans Eucharistiam recipere.

CONCLVSIO.

Ale.Alẽ. ubi supra m.5.Th. ar.4.Sc. d.9.q.i. Hæresis.

Graue sacrilegium talis sacerdos committeret, si eucharistiam non sumeret.Definita est expresse in can.relatum,& in can.comperimus,de conf.d.2.

Hinc refutatur error Lutheri dicentis sacerdotem debere consecrare;non autem eucharistiam sumere, sed de his qõ.2. huius sacramenti supra.

X.Diffi.Potertt ne sacerdos non curatus per totam uitam sine peccato a celebratione missæ abstinere.

Al.Alẽ. m.2.Th. q.82. ar. 10.Ri.d. 13.q.2. ⁊ *ar.2.*

Tres sunt opin.prima Ale. qui tenet nullum esse peccatũ. Secunda S.Th.dicentis; saltem esse peccatum in illis diebus, quibus populus communicare cõsueuit;ut in die Natalis Domini,in Paschate,& Pentecostes. Tertia est media Caiet.ubi supra S.Th.qui asserit non esse peccatum ex genere,dummodo ex eo scandalum non oriatur.

CONCL. I.

Ratione scandali,& officii, & præcepti audiendi missam, quando alius sacerdos celebraturus non adesset; simplex sacerdos sub pœna peccati mortalis rem sacram facere teneretur.Ratio est, quia in his tribus casibus celebrandi præceptũ habet.

CONCL. II.

Non est mortale, præter hos tres casus,ob maximã eucharistiæ reuerentiam a celebratione missæ per totam uitã abstinere.Si.n.integrum fuit sanctis præ maxima eucharistię reuerentia a receptione sacerdotii abstinere:ut exemplo B.Marci Euangelistæ,qui sibi pollicem amputasse dicitur:ut indignus sacerdotio haberetur.& Seraphici patris nostri S.Francisci,cõstat.Cur non poterunt iam ordinati ab exequutione ordinis sine peccato,imo cum magno merito abstinere.

CONCL. III.

Quando per totam uitam propter torporum, & negligentiam,abstinet,uenialiter peccat,Donũ.n. characteris propter exer-

exercitationem datur. Et tunc in uanum recepisse Dei gratiã uidetur, contra cõsilium B. Pau. dicentis; Exhortamur uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. 2. Cor. 6.

XI. Diffi. Estne tanti ualoris mali Sacerdotis atque boni Missa. *Al. Alẽ. ubi supra & q. 36. & 37. S. Th. q. 81. ar. 6. Bona. q. 4. ar. 2. d. 13. Sc. q. 2.*

CONCL. I.

Ecclesiæ sacramentum eandem efficaciam habet siue a bono; siue a malo Ministro conficiatur: ibi enim nihil operatur uirtus Ministri, sed merita Christi Iesu, quorum uirtute gratia ex opere operato datur.

CONCL. II.

Orationes, quæ nomine Sacerdotis mali offeruntur, nec sibi, nec alijs ad uitam æternam prosunt. Est enim extra charitatem. Si linguis inquit B. Pau. hominum, & angelorum loquar &c. nihil mihi prodest. 1. Cor. 13

Hinc quantum ad eiusmodi orationes, Missa. boni Sacerdotis est fructuosior. Appen.

CONCL. III.

Orationes quæ in Missa secundum ordinarium offeruntur atque Missa nomine iustorum, siue Ecclesiæ oblata, etiam si Sacerdos celebrans sit hæreticus, erunt illis, pro quibus offeruntur, utiles, & fructuosæ. Tanti namq. ualoris est oblatio, quanta est illius, cuius nomine offertur, deuotio, ut si quis uir sanctus per malum ministrum eleemosynam offerat.

CONCL. IIII.

Fructus tamen respondens deuotioni, Ecclesiæ uberior est, si Missa per bonum Ministrum offeratur. Ratio Scoti est. Nam quando essent plures iusti in Ecclesia, tanto Missa, quæ eorũ nomine offertur esset fructuosior, & plures quidem essent iusti si Sacerdos celebrans esset bonus. Intelligenda est ratio, dummodo cætera sint paria. Nam in primitiua Ecclesia erant pauciores iusti, & nihilominus eorum sacrificia erant fructuosiora. Erãt enim tunc multo iustiores. Caiet. ubi supra S. Tho. tenet utriusq. Missam æqualis esse ualoris, & fructus quoad satisfationem, & impetrationem. Rationem tamen Scoti nõ soluit. *Sco. ess.* *Al. Alẽ. 37. Bon. q. 4. ar. 1. Th. q. 83. Caie. 3. to mo opusc. trac. 3. e sacrifi: Missę.*

QVÆSTIO DE VALORE MISSAE.

Art. I. An missa sit sacrificium.

CONCL. I.

Missa quatenus in ea passio Christi Iesu repræsentatur, est sacrificium memoriale, in eaq. Christus memorialiter immolari dicitur. Patet, quotiescũq. enim manducabitis panẽ hunc,

hunc,& calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis &c. non dixit,Christum occidetis,sed mortem Domini annuncia bitis,id est,repræsentabitis eius passionem:Hoc hæretici non diffitentur.

CONCL. II.

Missa quantum ad oblationem Christi, quam Sacerdos in altari facit,& eius consecrationem, & sumptionem est uerum & proprium sacrificiū, uereq; & proprie ibi Christus immolatur.Sacrificium enim est proprie oblatio soli Deo facta,circa quam Sacerdos aliquam sanctam cæremoniam ex institutione diuina positam exercet, & Missa talis est quantum ad oblationem,cōsecationem,& corporis Christi, atq; sanguinis sumptionem.Legitur enim Lucæ.22.accepit Iesus panem&c. hoc facite in meam commemorationem & 1.ad Cor.11. quibus uerbis Christus Redemptor noster præcepit Apostolis, & eorum successoribus ut, in sui memoriam, & honorem quod ipse coram eis facit, efficerent. Vbi non solum panem,& uinum consecrauit,sacramentumq.instituit,uerum etiam seipsum sacrificium incruentum in remissionem omnium peccatorum patri obtulit.Ideoq. apud D.Lucam dicitur,Quod pro uobis datur.Pater a Castro, & Magister Cano.ubi supra multis authoritatibus sacræ scripturæ, & Conciliorum hanc conclusionem confirmant. Hinc confutata manet pestilentissima hæresis,quæ Missam sacrificium esse negat,& nullius esse utilitatis,affirmat,cuius author fuit Lutherus,quem sequutus est Caluinus,& alij in quos doctissime Pater Castro uerbo Missam Hæresi. 2. disputat.Vbi etiam Erasmum in annotationibus super caput.13.actuum Apostolorum, lapsum fuisse docet.

Hæresis.

Ale.Alē. ubi sup.

Prima diffic. Estne de ratione sacrificij Missæ Hostia siue uictime occisio.

Quando hostia offerenda est mactabilis,de ratione sacrificij est eius occisio Constat ex omnibus sacrificijs legis naturæ, & ueteris in quibus, quæ sacrificabantur animalia, occidebātur.Hoc enim differt oblatio a sacrificio: quod de ratione oblationis non est hostiæ consumptio, sed quia Deo tantummodo offeratur: quemadmodum de ratione sacrificii est hostiæ consumptio.

CONCL. III.

Quando hostis non est mactabilis, de ratione sacrificii est hostię consumptio,nempe:ut,simpliciter,uel secundum quid

desi-

desinat esse: quod quidem sacrificium incruentum, hoc est, sine effusione cruoris, siue sanguinis nominatur ad differentiã cruenti; ubi hostia mactabatur. Constat exemplo sacrificii Melchisedech, qui si panem, & uinum oblatum non consumpsisset, eius percelebre sacrificium, nõ sactificium, sed oblatio tantum nominanda fuisset.

CONCL. II.

Quamuis Christus in altari a sacerdote non occidatur (iam enim non moritur, &c.) immolatur tamen: quia incruente cõsumitur. Ratio est, quia Christus Iesus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, nominatur. Propterea quod eius sacrificium incruenta consumptio sub speciebus panis, & uini est: ut in sacrificio Melchisedech, fuit præfiguratum. Vnde conc. Toletanum, ut habetur can. relatum, de consec. d. 2. increpans sacerdotes hostiam non consumentes, ait, quale sacrificium erit cuius particeps non est sacrificans. quasi dicat, plane nullum. Hom. 6.

Hinc, si sacerdos post consecrationem, & oblationem hostiæ, illam propter aliquod impedimentum non consumeret, nec ab alio sacerdote missam perficiente consumeretur, talis missa non esset sacrificium, sed oblatio duntaxat. Aliquem tamen fructum ex opere operantis haberet. Appen.

Secunda diffic. Quænam sunt de huius tanti sacrificij ratione.

CONCL. I.

Neque hostiæ consecratio est de ratione illius, neq; sanguinis sumptio. Feria namq. sexta maioris hebdomadæ uerum sacrificium peragitur: & tamen sacerdos tunc, neque sumit sãguinem sub specie potus, neque consecrat, sed tantum sumit hostiam pridie consecratam.

CONCL. II.

De ratione huius sactificii sunt hostia, hostiæq. oblatio, & sumptio. hostia Christus est: Oblatio fit, quando iam calice depositio, dicimus: Vnde, & memores Domine, &c. usque ad quotquot, &c. quæ sunt maxima cum reuerentia, & deuotione dicenda. Quoniam ibi uerum incipit sacrificium, quod hostiæ sumptione perficitur.

Hinc acerrime arguẽdi sunt sacerdotes, qui consuetudine potius orandi, quam animi deuotione, dum calicem eleuant, illa sanctissima uerba proferunt. Appen

CONCL. III.

Sunt tandem de ratione illius duo ministri. Vnus principalis, Christus. s. qui est simul sacerdos, & hostia. Alter ministeria

lis,

lis, qui in persona Christi consecrat. Non enim dicit, hoc est corpus Christi, sed meum, offertq. sacrificium in nomine propriæ personæ, & Christi, atque totius Ecclesiæ. Hac enim de causa dicit, Offerimus tibi &c. id est, tota Ecclesia tibi offert. Quare si corpus, & caput etiam, qui est Christus, offert. Et cõfirmatur ex cap. firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica.

Tertia diffic. Estne modo aliquod cæremoniale sacrificium, præter Missæ sacrificium.

CONCLVSIO.

In nulla orbis parte, ubi prædicatum est Euangelium uiget modo, præter sacrificium Missę, aliquod uerum, uel falsum sacrificium, dixit enim Christus. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, quod quidem intelligitur, ubi iam est Euangelium prædicatũ, In Aphrica enim diabolo semel per Euangeliũ reiecto, nunquam a Saracenis fuit oblatum sacrificium, nec a Iudæis alicubi offertur. Quia templum destructum est in quo tantum sacrificandi præceptum habebatur.

Ioan. 12.
B. Vincẽ. Ferr. est in quodã ser. de cæna Dom.

Quarta diffic. Summe multi huius sacrificij fructus.

CONCL. I.

Missæ sacrificium ualet offerentibus, & pro quibus offertur ad impetrandũ, satisfaciendum, & merendum. Definita est in Conc. Trid. Sess. 22. cap. 20. ubi dicitur. docet sancta Synodus, sacrificium hoc uere propitiatorium esse, &c. ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Quibus uerbis impetratorium esse demonstratur. Deinde cum subditur, non solum pro uiuorum fidelium peccatis, pœnis &c. sed etiam pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis &c. satisfactorium esse docetur & tandẽ, cum sit opus bonum in Deum relatum, si offerẽs, uel pro quo offertur in gratia existat, erit haud dubie meritorium.

CONCL. II.

Est etiam huius sacrificij fructus uera peccatorum quoad culpam remissio. Definita est in eodem Concilio, & in eodem loco. Vbi habetur huius Hostiæ placatione placatus Deus gratiam & donum pœnitentię concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit. Est autem hoc intelligendum media te. s. quia impetrat nobis donum pœnitentiæ. i. speciale auxilium ad pœnitendum in remissionem peccatorum.

Hinc confutatur hæresis Lutheri dicẽtis; missam nõ posse offerri pro peccatis, nec posse prodesse uiuis, aut defunctis, sed soli sacerdoti. Vide pattem a Castro, uerbo, Missa, hæresi. 3.

Hæresis.

Art.

Art. II. An missa oblata pro multis, tantum singulis, ac si pro uno duntaxat offerretur, prodesse possit.

Sco. quol. 20. q. 20 Ver. mis. 7. 8. 9. Sot. ubi su pra ar. 2.

Tres sunt opin. prima Sco. tenentis partem negantem, quę magis secura, & celebris est; quam amplexi sunt multi iuniscō sultiq; quos Sylvester, & Soto citant.

Secunda opi. & contraria est Caie. cui adhæsit can. quæ opi. non minimum inter populares scandalum excitauit.

Tertia opin. est Sylvestri loco citato dicentis; si missa pro multis offeratur, quia simul omnes illam petierūt, nō potest tunc æqualiter omnibus prodesse, ac si pro uno tantum esset oblata: si uero singulariter multi illam petierunt, ut sivnus petat missam pro anima patris, alius pro anima matris, &c. bene inquit potest, &c.

CONCL. I.

Si ualor missæ ex operæ operantis consideretur, una missa pro pluribus oblata, perinde prodest quoad satisfactionē singulis, ac si pro uno tantum offerretur, quia ualor hic singulis iuxta mensuram deuotionis prodest; & cum deuotio unius non sit impedimento alterius deuotioni, quo minus ęqualē, uel forte maiorem effectum consequatur. profecto proderit singulis, ut dictum est, ac si pro uno duntaxat esset oblata.

CONCL. II.

Valor missæ ex operæ operato non prodest singulis, pro quibus specialissime offertur, ac si pro uno duntaxat oblata esset. Ratio est, quia cum ualor ille sit finitus. si inter plures diuidatur, minus quilibet eorum, quam si inter pauciores diuideretur, accipiet.

Hinc, sacerdos unam missam pro duobus offerens, quorū quilibet sufficiens stipendium contulit, non satisfacit. Appē. 1

Hinc licebit accipere stipendium ab ecclesia signatum. s. argentum, & una missa pro duobus satisfacere, si uterq; dimidium tantum obtulit. Appē. 2 So. di. 13. 4 ar. 2.

Hinc, illi, qui sacerdotali stipendio ali non potest, nō licebit plus accipere. Nam illi, pro quibus offertur missa, solum tenentur stipendium ab ecclesia taxatum tribuere. Appē. 3

Difficultas. Accipiturne licite stipendium pro labore inter celebrandum.

Vbi sup. in sol. ad 9 lec. 28 super canonem. q. 6. ar. 3. ubi sup.

Dux sunt opin. Can. recipi licite posse insinuare uidetur. Gabr. uero, & Soto oppositum tenent.

CONCL. I.

Symonia est dare, uel accipere stipendium pro fructu spirituali missæ, uel pro labore tali fructu spirituali annexo. Est enim

enim symonia emptio, seu uenditio spiritualium, uel eorum, quæ annexa sunt, &c. de quibus Mat. 10. posita est lex a Christo Iesu. Quod gratis accepistis, gratis datæ Sunt autem spiritualibus annexa, sine quibus ministrari nequeunt: qualis est totius missæ occupatio.

Appen. Hinc, integrum erit sacerdoti pro labore, qui non sit spiritualis ministerio annexus, stipendium recipere, ut si conducatur ad celebrandum certa hora, primo. s. mane, uel meridie. Hæc. n. obligatio non erat spirituali ministerio annexa: quoniam sine illa sacrificium confici potest.

CONCL. II.

Sacerdos propter aliquam causam finalem stipendium recipere, sibiq. propter eandem causam dari potest. Tunc. n. spiritualetuel aliquid annexum non uenditur. Sed datur recipiturq. stipendium: ut sacerdos alatur. Dignus namq. est operarius mercede sua. Et confirmatur exemplo, Dominus. n. seruũ suum sustentat, & alit ad hunc finem: ut laboret; non autem pro labore: quia seruus Domino suo laborem non uendit; cũ seruus eiusq. actiones Domini esse dicantur.

Luc. 10

CONCL. III.

Rom. 15. Ille, pro quo sacerdos specialissime sacrificium offert, de iustitia sacerdotem alere tenetur. D. Pa. est. Probauerunt. n. Macedonia, & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum. Qui sunt in Hierusalem. Placuit. n. eis, & debitores sunt. Nam si participes facti sunt eorum spiritualium gentes, debent, & in carnalibus illis ministrare. Animaduerte dictionem, debitores. Quia dignus est operarius mercede sua.

Vltimus Art. de ritu misse.

Ale. Alẽ. ubi sup. Th. q. 83 Sco. q. 2 d. 13. Al. Alẽ. Th. & Sc. ubi sup. Absoluetur Art. aliquot difficultatibus positis,

Prima diffic. Qui ministri ministrare prohibentur.

CONCL. I.

Irregularis, degradatus, excommunicatus maiori, aut minori excommunicatione, & suspensus, ministrando mortaliter peccant; quoniam a iure prohibentur.

CONCL. II.

Qui caret pollice, uel qui illo uti non potest ad diuidendã hostiam cum alio quocunque digito eiusdem manus ministrare prohibetur. Definita est expresse capite ultimo, de corpore uitiatis.

CONCL. III.

Qui sua sponte sibi uirilia amputauit, & non alia de causa ministrare non potest. Definita est in c. significauit, eo. ti.

Qui

CONCL. IIII.

Qui natus est Eunuchus, uel cui iusta de causa sine cūlpa sua ad uitandam infirmitatem sunt uirilia abscissa ministrare potest. Definita est in c. ex parte. ibid.

CONCL. V.

Qui deformitatem magnam in facie habet, non potest sine dispēsatione ministrare, ut qui habet nasum, siue aures abscissas, aut maculam in oculo. definita est c. 2. eod. ti. Vide ibi dem glo. in c. fi.

Secunda diffi. Quibus in locis celebrare licet.

CONCL. I.

De iure communi non licet, nisi in locis ab episcopis consecratis, uel in loco non consecrato de licentia solius episcopi. Definita est expresse in can. missarum solemnia, de consec. d. i. intelligitur, ita ut non sit ecclesia interdicta, aut uiolata quamuis sit consecrata.

CONCL. II.

Extra ecclesiam non consecratam, uel in campo in graui necessitate, uel de licētia episcopi licebit celebrare, dūmodo super aram lapideam consecratam offeratur. Definita est expresse in can. concedimus, de con. ea. dist.

CONCL. III.

In domo particulari, uel de licentia solius episcopi; sine Bulla, missa celebrari poterit. Definita est in cano. missarum solemnia citato; seruanda tamen sunt, quæ in conc. Trident. Sess. 22. in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione missæ præcipiuntur, nempe; ut sint in domo oratoria ad hoc designata.

Hinc, nulla urgente necessitate de licentia episcopi poterit missa celebrari: quia conc. Trid. nullam ponit necessitatē, sed tantum ne sine licentia episcopi fiat, præcepit. Appen.

CONCLVSIO.

In mari, uel flumine missa celebrari nō potest, posset. n. sanguinis effusio contingere cum nauis continuo moueatur.

Tertia diffi. Quibus diebus integrum erit missam celebrare.

CONCL. I.

Licitum erit singulis dieb. missam unam celebrare, præter quam feria sexta, & sabbato maioris hebdomadę. Definita est in can. sufficit, de consecr. d. i. præterquam in die Natalis Domini: ut in can. nocte sancta. eadem dist. habetur.

CONCL. II.

Vrgente necessitate licitum erit eadem die dua; celebra-

re

re missas. Definita est in can. sufficit citato, dummodo ieiunium naturæ non soluatur.

Quarta diffic. Qua hora poterit sacerdos rem sacram facere.

CONCL. I.

Cum primum albescere incipit, usque ad meridiem integrum est celebrare, etsi ante meridiem fuerit incepta missa, perficienda est.

CONCL. II.

Possunt fratres minores ex priuilegio una hora ante lucē, & alia post meridiem celebrare. Patet in compendio priuilegiorum, uerbo, missa. 2 §. i. & 2.

CONCL. III.

Feria 5. maioris hebdomada publice, uel secrete sacerdos celebrare potest Nullus. n. est tex. istud prohibēs. Imo permittitur in can. sabbato, de consec. d. 3.

Quinta diffic. Quibus uestibus, & uasis missa celebranda est.

CONCL. I.

Omnes uestes debent esse benedictæ præter Cingulum, quod potest non benedici.

CONCL. II.

Qui uestibus non benedictis celebraret irregularitatē non incurreret. Quia nulla pœna canonica incurritur, nisi a iudice imponatur.

CONCL. III.

Ara, quæ altare nominatur, lapidea esse debet. Definita est in can. altaria, & i de consec. d. i.

CONCL. IIII.

Calices consecrati; & ex auro, uel argento, uel stanno confecti esse debent. Definita est in can. calix. ea. dis.

CONCL. V.

Si quis quantumuis occulte in calice uitreo, aut ligneo cō secraret, peccaret grauissime, quia in uitro est effusionis periculum, & in ligno sanguis imbibi potest.

CONCL. VI.

Calix fractus renuitus est benedicendus, & consecrandus. Quia iam formam calicis amisit. Et idem de uestibus est iudicandum, quod non est intelligendum de calice tornatili, cuius pes est a calice diuisus.

CONCL. VII.

Consecratio uasorum, & eorum, quæ in sacrificio missę cō currunt, est applicatio tantum. ſut sint instrumenta quib. hoc sacrificium peragatur.

Gra-

CONCL. VIII.

Grauissimum peccatum est calice consecrato bibere, aut illo fracto uas aliquod ad humanos usus formare; & idem est iudicium de cæteris ornamentis. Quia quæ semel Deo dicata sunt, ad humanos usus transferri non possunt, quod satis exemplo regis Balthasaris in ueteri testamento confirmatur. Sacerdos qui non ex malitia, sed ex negligentia quacunque sine ara celebrat, uel sine manipulo, aut stola mortaliter peccare non uidetur. Dan. 5.

Præter corporalia debent esse duo panni linei in memoriã sanctissimæ Trinitatis.

Defectus in missa contingentes quomodo supplendi sint. D. Thom. 7. defectus numerat. Ex quibus aliqui sunt a nobis in superioribus expositi; quos etiam omnes in missali sanctissimi Papæ Pij V. expositos reperies: hactenus de sanctissimo Eucharistiæ sacramento. Cuius faxit Deus optimus Maximus, quæ sua est infinita misericordia, ut uere participes esse possimus. Amen.

FLORES SACRAMENTI pœnitentiæ.

De hoc sacramento differit Magi. sent. ad 14. usque ad 22. & ibi DD.

QVAESTIO PRIMA DE HIS, QVAE AD essentiam pœnitentiæ pertinent.

Ale. Alẽ. q. 69. & 61.

Art. I. An pœnitentia sit sacramentum nouæ legis.

CONCLVSIO.

Th. q. 84. ar. 1. reliqui. d. 14. Ri. d. 21. ar. 2. q. 3. aur. q. 3. Sco. q. 4. d. 14. Al. Alẽ. q 60. m. 2. Ric. d. 16. ar. q. 2.

POenitentia unum est ex ecclesiæ sacramẽtis. Definita est expresse in conc. Trid. Sess. 4. can. 1. lege supra de sacramẽtis in genere.

Difficultas. An pœnitentia supponat pro absolutione a sacerdote facta, an pro actibus pœnitentis contritione, confessione, & satisfactione.

Tres sunt opin. de hac re. Prima tribuitur D. Th. ubi supra, qua dicitur pœnitentiæ sacramentum non supponere pro absolutione, sed pro actibus pœnitentis. s. contritione, &c. connotando sacerdotis absolutionem.

Secunda opi. est Sco. d. 14. ar. 3. q. 4. & d. 17. q. 1. ubi dicit supponere, non pro actibus pœnitentis, sed pro absolutione sacerdotis connotando actus pœnitentis.

Tertia opinio est Du. d. 14. q. 3. hic tenet, neque supponere

pro absolutione sacerdotis; nec pro solis actibus pœnitentis, sed pro utroq; quæ opinio uidetur esse B. Tho. loco citato.

CONCLVSIO.

Pœnitentiæ sacramentum, quemadmodum cætera sacramenta constat materia, siue quasi materia, & forma. Expresse definita est in Conc. Flor. & Trid. Sess. 14. c. 3. & cano. 5. ubi legitur, quasi materia huius sacramenti sunt actus pœnitentis. Forma autem est absolutio Sacerdotis. Vocat autem Concilium actus pœnitẽtis non materiam absolutè, sed quasi materiam, quia illi actus non manent, quando est sacramentum s. absolutio Sacerdotis. in aliis sacramentis, quæ habent esse in fieri, in quibus materia cum sacramento manet, absolute materiam appellauit, nam absolute & propria materia est quę manet cum re cuius est materia. Vnde quando Sco. ubi supra dicit tria illa nullo modo esse partes pœnitentiæ, intelligit propriè, ut loquitur Concilium, quia non manent cum sacramento, quod est absolutio. Nihilominus tamen dicit requiri, & pręsupponi ad pœnitentiæ sacramentum.

Alex. & Ri. & Sc. ubi sup. Contra Duran.

Difficultas. An sit sacramentum pœnitentiæ materia sola an forma sola, an utrumque simul.

CONCLVSIO.

Non supponit pro utroq; simul. Probatur. Quia pœnitẽtiæ sacramentum est nomen connotatiuum, quod non supponit pro utroq; simul, sed pro altero tantum. In hac enim, album currit, non supponit album pro homine & albedine, quia nõ resoluitur in hanc, subiectum & albedo currunt, sed in hanc, subiectum habens albedinem currit.

CONCLVSIO.

Sacramentum pœnitentiæ supponit pro absolutione sacerdotis, & nullo modo pro actibus pœnitentis, licet illos consignificet. Ante probationem primum nota, sacramentum nouæ legis esse signum gratię, non prognosticum, id est, gratiæ futuræ, neq; rememoratiuum gratiæ, scilicet, præteritæ, sed demonstratiuum gratiæ, quę tunc temporis datur, quando tale signum, & sacramentum ponitur, hoc omnes DD. ad vnum fatentur. Iam primo probatur a definitione sacramenti. Quia sacramentum est signũ demonstratiuum gratiæ, & tale signum non est confessio, sed absolutio. Non enim datur gratia tempore confessionis, sed absolutionis. 2. quia sacramentum pœnitentiæ efficit, quod significat, ut cætera sacramẽta, & remissionẽ peccatorum, quæ est pœnitentiæ effectus, non significat confessio, sed absolutio. Nam confessio potius

acci-

accusationem significat. 3. confirmatur, Quia hoc sacramentum remittit pœnam uirtute clauium, quæ sunt, non in pœnitente; sed in Sacerdote, quare sola absolutio, quæ est actio Sacerdotis, & non confessio, quæ est pœnitentis operatio, erit sacramentum. 4. quia pœnitentiæ sacramentum est causa instrumentalis gratiæ, & talis est sola absolutio, quæ est simul cum gratia sacramentali, & non confessio quæ præcedit tempore gratiam. 5. quia hoc sacramentũ nõ conficitur per actionem recipientis, sed Ministri, ut constat ex Conc. Florentino, & ita, non confessio, quæ est actio pœnitentiæ, sed absolutio erit sacramentum. ultimo, ratione deprompta ex Conc. Trid. Sess. 14. c. 3. ubi habetur. Docet præterea sacra synodus sacramenti pœnitentiæ formam, in qua uis præcipue ipsius sita est, in illis Ministri uerbis positam esse. s. ego te absoluo, tunc ita argumentor, uis sacramenti pœnitẽtiæ potius est in absolutione, quam in actibus pœnitẽtis posita; ergo præcipue absolutio saltem erit magis sacramentum quam actus pœnitentis. Alex. opinio q. 60. m. 2. & Ric. d. 16. art. 1. & Bona. d. 22. in 2. parte d. q. 2. si diligenter eorum uerba perpẽdantur, eadem est cum opinione Scoti. dicũt. n. formaliter, & sub ratione sacramenti consideratam pœnitẽtiam supponere pro absolutione. Quod si obijcias; sacramentũ cõstat ex materia & forma, ergo utrũq; simul est sacramentũ. Respondeo quãuis ex utroq; cõficiatur, supponit tãtum pro altero, ut ex secunda conclusione cõstat. Quia est terminus connotatiuus, qui non supponit pro utroq. neq. est utrunque: albũ enim cõponitur ex subiecto, & albedine, non tamen est subiectum, & albedo copulatiue, quia non resoluitur per uerbum substantiuum, sed adictiuum, scilicet, est subiectum habens albedinem, ita pœnitentiæ sacramentũ est forma cadens super confessionem pœnitentis. Contra argumentaberis, omne connotatiuum supponit pro formali & non pro materiali. R. uerum est de terminis connotatiuis naturalibus; ut album, & artificialibus: ut statua, non autem de terminis significantibus res supernaturales. Nam isti supponũt pro signo gratiæ, unde Baptismus supponit pro absolutione facta sub certa uerborum forma, quæ est signum gratiæ. Similiter pœnitentia pro absolutione, quæ est signum gratiæ, & non pro actibus pœnitentis. ultimo disputabis, actus pœnitentis sunt causa gratiæ: ergo sunt sacramẽta. Respondeo. Sũt quidem causa dispositiua, non autem instrumentalis. Et ita nõ sunt sacramentum, sicut est absolutio.

Ale. Alē. q.79. & 65. Tho. q.84 ar. 2. Ri. d. 22. ar. 2. q.2. & d. 16. art. 4. q.i. & 2. Bon. d. 16 & 17. dur. d. 17

Difficultas. An peccata commissa sunt huius sacramenti materia.

CONCLVSIO.

Peccata commissa, non sunt materia proxima huius sacramenti: sed actus pœnitentis. s. peccatorum detestatio, quæ fit per contritionem, & confessionem. Definita est in con. Flor. ubi dicitur 4. sacramētum est pęnitentia, cuius quasi materia sunt actus pęnitentis. s. contritio. s. &c. idem definitur in conci. Trid. proxime citato.

CONCLVSIO.

Peccata sunt materia remota pęnitentiæ. Nam remota materia est ex qua proxima fit, at detestatio peccatorum ex præcedentibus peccatis ortum habet. Sunt autem materia proxima non facienda, sed destruenda, quemadmodum morb. materia medicinæ esse dicitur.

Difficultas. An forma sufficiens sit: ego te absoluo.

Th. ar. 3. dur. d. 22 q. 3.

Tres sunt circa hanc difficultatem opin. Prima Abulensis in i. p. defensorii, c. 6. asserentis, debere esse hanc formam. s. ego remitto tibi peccata.

Secunda opi. est dicentium, formam debere esse deprecatiuam, ut absoluat te Deus.

Tertia opi. est Magistri, & quorundam aliorum affirmantium licere uti hac forma, ego te absoluo, nihilo minus tamē sacerdotem non absoluere, sed tantum ostendere pęnitentē absolutum. Hæc est condemnata in concil. Trid. Sess. 14. lege infra de potestate clauium.

CONCLVSIO.

Sufficiens forma est, ego te absoluo, nam ita expresse definitur in conc. Flor. & Trid. ubi sup. c. 3.

CONCLVSIO.

Non est aliqua forma præcisa huius sacramēti. Forma enim præcisa est illa, quam Christus præscripsit. Vt est forma Baptismi, & Eucharistiæ, Christus autem Iesus nullā huius sacramenti formam præscripsit. Nam Matthæi. 26. & 28. & Ioan. 20. solum legitur, quorum remiseritis uel solueritis, &c. conclusio est Scoti, unde immerito Sco. a Soto. repreheditur.

CONCLVSIO.

Quæcunque forma, ubi authoritatiue remissio peccatorum explicatur, erit sufficiens huius sacramenti forma, quia Minister huius sacramenti est iudex, & iudicis est authoritatiue iudicium proferre.

Vnde collige, quod si quis hac forma uteretur; Ego remitto tibi peccata, uere absolueret. Vt dicitur enim Io. 22. quorum

remi-

remiseritis,&c.uel etiam si dicat: impendo tibi beneficiũ absolutionis,quia authoritatiue absoluit,peccaret tamen. *Vide C. ubi sup. Th.& in sum. uer. absol.*

Difficultas. An impositio manuum sacerdotis ad hoc sacramentum requiratur.

Vide S.Th.art.4.ubi sup.& Soto d.14.q.1.ar.4.

CONCLVSIO.

Nequaquam talis impositio requiritur. Patet Matth.18.& Io.20.ubi nulla fit huius impositionis mentio.

Difficultas. An hoc sacramentum sit de necessitate salutis.

CONCLVSIO. *Ale.Alẽ. q.59.Th. ar.5.Bo. na.ar.1.es 2.Ric.di. 16.ar.4. Sc.d.16. dur.d.16 & 17.*

Hoc sacramentum non est simpliciter ad salutem necessarium. Quia necessarium simpliciter,est omnibus necessariũ: pœnitentia uero paruulis,& iustis,qui nunquam peccauerunt non est ad salutem necessaria,dicente scriptura:Et tu Deus iustorum non posuisti pœnitentiam iustis Abraham,Isaac, & Iacob,qui non peccauerunt.

CONCLVSIO.

Homo post peccatum mortale commissum sine sacramento pœnitentiæ saluari non potest.Ratio est, quia de lege non remittitur peccatum nisi per pœnitentiam:ut patet Io.20.quorum remiseritis peccata,&c.

CONCLVSIO.

Deficiente copia confessoris in articulo mortis sufficiet pœnitentia in uoto,& ratio est. Quia quando actus exterior est necessarius ad salutem,satis est habere illum actum in re, aut in uoto.

Vnde sufficit ad iustificationem, ut tempore contritionis habeatur uotum explicitum.i.actuale,siue formale propositũ confitendi,uel implicitum,ut si habeat aliquem dolorem de peccatis propter Deum offensum cum proposito cauendi omnia peccata,& seruandi omnia præcepta diuina, in illo enim generali proposito implicatur particulare confitendi propositum.

Dubium. Quid si pro nimio dolore pœnitens non recordetur proponere obseruantiam mandatorum Dei in posterum.

CONCLVSIO. *Est Al.es Ric.d.17 ar.2.q.1. ubi sup.*

Nihilominus iustificabitur.Dicitur enim Ezech.33.impietas impii non nocebit ei, in quacunque enim hora conuersus fuerit,&c.Nam in illo uehementi dolore confessionis uotum includitur,quia si talis uoti tunc recordaretur, haud dubie proponeret.

Difficultas. An pœnitentia sit secunda tabula post naufragium.

Al. Alē. q.63. m. 3. Th. ar. 6. & 8. Bon. d. 22 q. ul. Ric d. 14. sū literam.

CONCLVSIO.

Est quidem. 2. tabula. Ita enim habetur. can. 2. tabula. d. 1. in Conc. Trid. Sess. 6. cap. 14. & Sess. 7. can. 2.

Difficultas. Quando fuit hoc sacramentum institutum.

Alex. q. 59. D. Tho. art. 7. ubi supra & D. Bona. art. 1. q. 3. d. 17. Ric. d. 22. art. 2. q. 4.

CONCLVSIO.

Hoc sacramentum fuit a Christo institutum quando Ioan. 20. dixit Apostolis, quorum remiseritis peccata &c. Definita est in Conc. Tri. ubi supra. & can. 3. ubi ita legitur. si quis dixerit uerba illa Domini Saluatoris, Accipite Spiritum Sanctū &c. Non esse intelligenda de potestate remittendi & retinendi peccata in sacramento pœnitentiæ sicut Catholica Ecclesia ab initio semper intelligit, detorserit autem contra institutionem huius sacramenti ad authoritatem prædicandi Euāgelium, anathema sit: uide Conc. & cap. 5. ibidem.

Difficultas. An post peccatum commissum, & peractam de illo pœnitentiam teneatur omnis homo usque ad finem uitæ dolorem habere?

Al. Alē. q.65. m. 2. ar. 2. et 3. Th. ar. 48. & 9. Bon. d. 16 ar. 3. q. 2 Ri. d. 14. ar. 9. q. 19.

CONCLVSIO.

Vsque ad finem etiam peracta pœnitentia tenetur homo peccatorem dolorem habere, id est, displicētiam negatiuam, scilicet quod nunquam illa peccata commissa placeat. Ratio est, quia si aliquando placerent, nouum peccatum mortale cō mitteret: gloriarentur enim tunc cum malefacerent & exultarent in rebus pessimis.

CONCLVSIO.

Pœnitentia exterior post semel peractam pœnitentiam nō esse necessaria. Nam ad confitendum, & satisfaciendum, non obligatur per totam uitam, sed tempore ab Ecclesia determinato. Non enim uindicat Deus bis in idipsum, nec consurget duplex tribulatio.

Hinc nō tenebitur aliquis elicere istum actum: non placet mihi peccatum, peccato iam uirtute pœnitētiæ purgato, sed tenebitur semper habere, uel propositum. s. nunquam peccandi & seruandi in omnibus diuina præcepta. Patet Ecclesiastici. 5. De propitiato peccato noli esse sine metu.

CONCLVSIO.

Tale propositum nō est semper in actu futurum. Ratio est, quia obligaretur homo ad impossibile. Satis enim est quando peccata memoria occurrūt, uel aliqua tentatione homo con-

cutitur

outitur tale propositum elicere.

CONCLVSIO.

Tenetur tamem post peractam pœnitentiam sub reatu mortalis peccati occasiones uitare, patet, quoniam qui amat periculum, peribit in illo.

Difficultas. An Sacramentum pœnitentiæ sit interabile. *Ale. Alē. q. 63. d. Tho. ica. ubi sup. q. 2. Dur. q. 14. Bona. d. 14. ar. 3. q. 2. Cast. uer. pœni. hgr.*

CONCLVSIO.

Poterit homo post peractam pœnitentiam, uirtute huius sacramenti, quoties peccauerit, peccatorum ueniam consequi. Dixit enim Dominus Petro quærenti, an septies remitteret fratri peccatum, non dico tibi septies, sed septuagesies septies. Vbi auth. Aug. numerus finitus pro numero infinito collocat. Contra hanc ueritatem fuerunt duæ hæreses, contra quas lege D. Tho. & Patrem a Castro, ubi supra. Prima fuit Nouati dicentis post Baptismum nemini relinqui pœnitentiæ locū. Secunda asserētiū, post Baptismū semel bene posse a peccato resurgere aliquem per pœnitentiam, non tamen amplius. 3.

Art. II. An pœnitentia sit uirtus uel uirtutis habitus.

In re omnes conueniunt asserentes pœnitentiam esse uirtutem: in modo tamen dicendi dissentiunt, lege illos. *Hæreses. Al. Alē.*

CONCLVSIO. *q. 54. & 75. Th. et reliq. d. 14. Bona. ar. i. q. i. Ric. art. i. q. i. Sc. q. 2.*

Pœnitentia actualis quatenus est nolitio siue detestatio peccatorum est actus uirtutis, id est, uel generans uirtutem, uel a uirtute genitus. Patet a definitione actus uirtutis q est elicitus secūdum rectam rationem in mediocritate consistens. Recta autem ratio dictat, ut de peccatis non gaudeamus, iuxta illud Ixtantur, cum male fecerint &c. neque, quod de illis usque ad desperationem, sicut Cain, & Iudas, doleamus, sed in mediocritate, 1. cum spe ueniæ a Deo obtinendæ. Quare talis detestatio erit uirtutis actus.

CONCLVSIO.

Pœnitentia pro tristitia, quæ ex nolitione peccati nascitur, sumpta, non est uirtus. Nam uirtus est uel actus uel habitus, tristitia uero, cum sit tantum passio, nihil horum est.

CONCLVSIO.

Si pœnitentia pro fructibus ex Pœnitentia genitis, siue pro satisfactione, ut pro ieiunio, oratione, eleemosyna, accipiatur est uirtutis actus. Patet, quoniam isti actus dictantur, & eliciuntur secundum rectam rationem. Et pro illis præmium datur, quod non redditur, nisi pro actibus uirtutis.

CONCLVSIO.

Pœnitentia sumpta pro habitu uel infuso, uel acquisito in-

clinante ad pœnitendum est proprijssime uirtus. Nam uirtus est habitus electiuus uel inclinans ad eliciendum actum quẽ recta ratio dictat, & pœnitendi habitus inclinat quidem ad dolendum de peccatis cum spe ueniæ obtinendæ: quod maxime recta ratio dictat.

Difficultas. An sit uirtus generalis, uel specialis.

Tres sunt opiniones. Prima Sco. q. 2. dicentis, pœnitentiam sumptã pro nolitione puniendi peccatum, esse actum iustitiæ punitiuæ, quæ est specialis uirtus: sumptam uero pro nolitione peccatorũ esse generalem uirtutem, quo autem modo sit intelligenda hæc opinio, conclusione prima patebit.

Vide dd. ubi sup.

Al. q. 54 m. i. ar. i. Ri. q. 2. d. Bonau. ubi sup

Secunda opinio est communis Alex. D. Bon. Ric. & aliorũ affirmantium esse uirtutem specialem.

Tertia opinio est Caiet. asserentis, pœnitentiam non esse uirtutem generalẽ: uel specialem, sed pertinere ad religionẽ.

CONCLVSIO.

Pœnitentia, quatenus est actus naturalis, generalis uirtus est. Ratio est, quia ut talis est solum detestatur peccatum propter amorem uirtutum, quibus peccata opponuntur. Et quia sunt contra rectam rationem, tum etiam quia quæcunque uirtus inclinans ad cõplacendũ de actibus continentię, inclinat etiam ad displicendum de actibus incontinentiæ, & hinc dicitur generalis, quia inclinat ad actus multarum uirtutum. Et in hoc sensu est Scotus intelligendus.

CONCLVSIO.

Pœnitentia, ut est actus supernaturalis, non est generalis uirtus, sed specialis ab alijs uirtutibus moralibus, & Theologicis distincta. Ratio est, quia nulla uirtus, præter pœnitentiam, inclinat ad hunc actum, scilicet, pœnitet me peccasse propter Deũ offensum: ut illum mihi reconciliem, & uitam æternam possideam.

Al. Alẽ. q. 54. m. 2. ar. 2. §. 4. & q. 75. m. i. reliqui d. 14. Bon. ar. dur. q. ii. & 2. Scot. q. 3. ubi sup.

Difficultas. An pœnitentia sit uirtus infusa, uel acquisita.

Duæ sunt opiniones. Vna negans Scot. & Duran. ubi supra. altera Caiet. art. 5. q. S. Tho. affirmans.

CONCLVSIO.

Habitus est ex pluribus actibus acquisitus, potestq; manere informis in peccatore, sicut aliæ uirtutes absq; charitate in eodem existere possunt. Ratio est, quia prius natura habet dolorem homo de peccatis, quam Deus iustificet illum, ut infra hac eadem quæstione patebit. quamobrem talis dolor nõ erit a pœnitentia infusa elicitus. Patet consequentia. Quia pœnitentia, uel de sententia Caie. non infunditur, nisi in iustificatione

tionem unde si pœnitentiæ actus præcedit ordine naturæ iustificationem, præcedet quoque pœnitentiam infusam. Et nota virtutes acquisitas mediante speciali auxilio disponere quoque ad præmium supernaturale, & ita non sequitur cum Pelagionos uiribus naturæ iustificari. *Vide dd. ubi sup.*

Diffic. An sit pœnitentia moralis, uel Theologica uirtus.

Duæ sunt opiniones, prima Scot. tenentis esse moralem, altere Thomistarum. *Al. Alē. q. 54. m. 1. art. 2. &* 3. *& q.* 75. *m.* 4. *d. Bon.*

CONCLVSIO.

Non est uirtus Theologica, sed moralis. Patet. Primo, quia uirtus Theologica non est acquisita, sed infusa. Pœnitentia uero, ut patet ex proxima difficultate, est uirtus acquisita, & non infusa. Secundo, quia gratia non destruit naturam, imo perficit, & omnis actus, si multiplicetur naturaliter, generat habitum, cum sit agens naturale. Quia quantuncunq; sit actus meritorius, & disponat ad gratiam, generabit habitum. Et cõfirmatur: nam si ex multis ieiunijs meritorijs, non generaretur temperantię habitus, sequeretur deterioris cõditionis esse ieiunantes in statu gratiæ, quã in statu peccati, cũ de sentẽtia ad uersationem isti per suos actus habitum temperãtiæ acquirãt, & non iusti. Contraria opinio est Thomistarum, qui ex conclusione Scoti. colligunt ex uiribus naturæ posse hominem pœnitere, quod est Pelagij. Et ratio est, quia habitus acquisitus naturaliter, inquiunt, inclinat ad actus similes illis, ex quibus generatur: & cum habitus pœnitendi sit acquisitum ex actibus pœnitendi supernaturalibus, naturaliter quidem inclinabit ad alios, & ex consequenti poterimus naturaliter pœnitere, qui fuit error Pelagij. Verumenimuero habitus acquisitus pœnitendi inclinat uoluntatem ad factum pœnitendi similẽ, quãtum ad substantiam actus, non tamen quantum ad finem præcipientis, scilicet, Dei, qui uult, ut ille pœnitentis actus sit ultima dispositio ad gratiã, & cum hoc fieri absque speciali auxilio non possit, non inde sequitur error Pelagij, qui quidem sequeretur, si dixisset Scot. ad actus similes quantum ad finem præcipientis inclinare.

Difficultas. An pœnitentia uirtus sit iustitiæ species.

Vide DD. ubi supra. Tres sunt opiniones. Prima Sco. q. 2. art. 1. Secunda est B. Th. art. 3. inter quas, hoc est discrimen quod Sco. accipiens pœnitentiam pro detestatione peccatorum, nõ dicit esse specialem uirtutem: ut supra hoc eodem articulo diximus, at uero S. Tho. dicit esse speciem, siue partem iustitiæ. Tertia opinio est Du. dicentis pœnitentiam esse speciem subiectam *Al. Alē. q. 75. m. 3. Bon. 2.*

iectam commutatiuæ iustitiæ, quia pœnitens reddit Deo pœnitendo æqualem culpæ illatæ satisfactionem quod est falsissimum. Quia Deus semper punit citra condignum.

CONCLVSIO.

Pœnitentia non est pars subiectiua iustitiæ. Ratio est, quia pars subiectiua habet totam quidditatē generis, ut homo animalis. pœnitentia uero non habet totā quidditatem iustitiæ: Quia per illam non reddimus æqualem pro mensura peccatorum satisfactionē, quod est de ratione iustitiæ stricte sumptę.

Al. Alē. q. 15. m. 3. art. 2. DD. ar. 4 D. Bona. ar. 2. q. 1. Sco. reliqui ubi sup. pra. Al. Alē. q. 57. m. 2. 65. 96 & 77. S. Th. q. 86 reliqui. d. 14. et 16 D. Bona. ar. 2. q. 2. & 3. Sc. 19. art. q. 1. art. 3. Patera Castro Verb. peccatum hæ re. 4. et 6. Vegæ lib. 13 super Conc. Tr. a. 1. capite usque ad 13. Eccle siast. 15.

CONCLVSIO.

Pœnitentia est pars potentialis iustitiæ, & charitatis. Ratio est, quia pars potentialis est, quæ nō habet totā generis quidditatem, sed partem illius dumtaxat. & pœnitētia, quatenus per illam satisfacimus Deo, habet partem iustitiæ commutatiuæ; cum per illam pœnitens dolorē pro peccatis permutet. Quatenus uero pœnitet nos Deum offendisse, est actus charitatis, atq. ita utriusq; uirtutis est pœnitentia pars potentialis, & uirtus una specialis ex duabus partialib. uirtutibus cōstituta.

Difficultas. An pœnitentia sit in uoluntate tanquam in subiecto.

CONCLVSIO.

Si pœnitētia pro tristitia sumatur, in appetitu sensitiuo, scilicet, in corde subijcitur. Ratio est, qa contraria nata sunt fieri circa idem subiectū, & cū lætitia, teste Aristotele, sit in corde, erit quoque & tristitia.

CONCLVSIO.

Si pœnitentia pro nolitione, & detestatione peccaeorum commissorum sumatur, in uoluntate tanquā in subiecto existit. Ratio est, quia pœnitentia, ut constat ex proxima difficultate, est pars iustitiæ, & iustitia subijcitur in uoluntate, intellige conclusionem de subiecto perfectionis. Et confirmatur, quia nolitio peccati est actus solius uoluntatis.

Art. III. An uirtute pœnitentiæ omnia peccata mortalia post Baptismum commissa remittantur.

CONCL. I.

Peccata damnatorum sunt irremisibilia. Ratio est, quia adeo sunt obstinati, ut nulla culpa, quatenus Dei offensa est, possit illis displicere. Vnde dicitur in Psalmo. Superbia eorū, qui te oderunt, ascendit semper.

CONCL. II.

Nullum est peccatum uiatoris, cuius pœnitere non possit. Constat, tum ex parte hominis, quia quamdiu est uiator, habet liberum arbitriū ad bonum & malum, dicitur enim Eccle

sia-

siastici 15. ab initio cõstituit Deus hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, tum etiam ex parte Dei, qui uult omnes homines saluos fieri, id est, Deus est paratissimus ad subueniendum peccatoribus, ut animæ salutem consequantur.

Hinc sequitur, nullum peccatũ uiatoris esse irremissibile; uide Vegam a c. 2. usq; ad 7. ubi supra, ibi enim multis autho ritatib. hanc appendicem confirmat. Nã prouocat nos Deus sua benignitate ad pœnitendum, & passio Christi Iesu est suffi cientissima. Ipsa enim est pro peccatis totius mũdi ppitiatio. Appen. *Rom. 2.* *1. Ioan. 2.*

Multa sunt peccata uiatorum, quæ nunquam in hoc sæcu lo, neq; in futuro remittẽtur. Et nota primũ, aliud esse, pecca tum irremissibile esse, s. quia nullum est institutũ remediũ ut possit remitti: ut sunt peccata existẽtiũ in inferno, ubi nul la est redemptio. Aliud uero peccatũ nunquam remitti, s. quia peccator nũquã digne pœnitebit. Tale fuit peccatũ Antiochi regis, quem pœnitebat amore tantum sui, & timore pœnæ, & non propter Dei offensam. Tale peccatum erat remissibile: Quia poterat Antiochus digne pœnitere, nunquam tamẽ fuit remissũ, quia non pœnituit ut oportebat. De peccato Saulis, & Iudæ idẽ est iudiciũ. Sex errores refert Magister Vega ubi supra, capite 2. qui sequentibus quinq; comprehenduntur, & primus horum fuit Nouatiani asserentis, Peccata post Baptis mum cõmissa esse irremissibilia. Secundus Armachani libro nono de quæst. Armenorum. cap. 27. affirmantis esse ali quos in uia, ita in malitia obstinatos: ut secundum legem communem pœnitere haud possint. Tertius quorundam Iu dęorum dicentium quartũ peccatum esse irremissibile. Quar tus eorum qui existimabãt, esse certum peccatorum numerũ irremissibilem; ita ut, qui illum attingebat, ueniam consequi non posset. Vltimus fuit Lutheranorũ confitentium omnia nostra opera esse peccata, & uolente Deo præter unum infide litatis peccatum, ad pœnam non imputari. Consule etiam Patrem de Castro ubi supra. *1. Mar. c. 6. 2. Reg. c. 12* *Hæreses.*

Difficultas. Quidnam est peccatum in Spiritum Sanctum, & cur irremissibile nominatur.

Magister Vega capite nono ubi supra, uarias adducit opi niones, quarum prima docet, peccatum post Baptismum cõ missum uocari peccatũ in Spiritum Sãctum. Secunda Apostã siam a fide. Tertia obstinationem, & obdurationem mentis. Et quarta peccatum commissum ex malitia. Quinta finalem impœnitentiam. Sexta uero asserit tale peccatum esse, tribue re uirtuti dœmonum miracula uirtute diuina facta.

Con-

CONCLVSIO.

Sexta opinio uere, quid peccatum in Spiritum Sanctum sit, declarat. Probatur ex B. August. super Math. c. 12. erat Iesus eiiciens demonium &c. ubi Christus dicit, qui blasphemauerit in Spiritum Santũ &c. & clarius Marc. 3. eadem historia narratur, in cuius fine dixit Christus Iesus, qui peccauerit in Spiritum Sanctum nõ habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Quoniam dicebant, inquit Euangelista, Spiritum immundum habet.

CONCLVSIO.

Vt peccatum in Spiritum Sanctum nunquam remittatur requiritur, ut non ex ignorantia, sed ex malitia fiat. Probatur exemplo B. Paul. qui persequebatur Christianos, Christi mi-
1. Timot. c. 1. racula dœmoni tribuens, & cõsequutus est ueniam. Propterea quod ex ignorantia, & non ex malitia blasphemauit &c.

CONCLVSIO.

Nõ quæcunq; malitia, sed certa, & determinata, soliq. Deo cognita desideratur, ut tale peccatum nunquam remittatur. Ratio est, quia si audiremus aliquem blasphemãtem sanctorum miracula, compertumq; nobis esset, illud ex certa malitia & inuidia sanctorum facere, nihilominus tamen eidem pœnitentiam prædicaremus, etsi conuerteretur; spem de illius salute haberemus, quare soli Deo notum est, quando ita peccatur; ut nunquam dimittatur.

DVBIVM.

Quo igitur modo irremissibile nominatur? Variæ sunt opiniones. Vt citat magister Vega ubi supra. Prima dicit, nõ remittetur, non quod de facto non remittatur, sicut alia peccata: sed quia sic peccans nullam habet excusationem: ut qui exignorantia, uel ex fragilitate peccat. Secunda dicit: non dimitti non absolute, sed comminatorie, & sub conditione, nõ pe. si non pœnituerint. Tertia, quia difficile remittetur. Vltima continetur sequenti conclusione.

CONCLVSIO.

Tale esse dicitur. quia quamuis remissibile sit, numquam tamen de facto remittetur. Et ratio est, quoniam sic peccantes numquam pœnitentiam dignam agent. Propterea quod sunt adeo obstinati ut nihil minus curent, quam bonis ope-
Al. Alē. q. 57. m. 1. art. 7. & 8. rib. moralibus auxiliũ speciale ad digne pœnitẽdũ impetrare.

Diffi. An aliquod peccatum possit sine pœnitentia remitti.

Sensus est, An possit sine dolore, & detestatione anteactæ uitæ remitti S. Thom. ubi supra, art. 1. usque adeo opinatur ne-

necessariam esse displicentiam peccati; ut affirmet, quemadmodum a Thomistis declaratur, Deum secundum suam omnipotentiam non posse remittere peccata sine eorum detestatione, Contraria opinio est Ric. scilicet, per Dei potentiã, peccatum esse absque pœnitẽtia remisibile, idem tenet Sco. art. 9. ubi docet peccatum posse remmitti absque actuali pœnitentia per aliquem actum pœnitentiæ æquivalentem; ut per dilectionem Dei. & martyrium.

d. 15. q. 3 art. 1. dist. 14. q. 1. d. 57 q. 1. ar. 9

CONCLVSIO.

Adultus, qui ratioue utitur, non potest de lege consequi remissionem peccatorum, quorum recordatur, nisi actuale odium, & peccatorum detestationem habeat, id est, quin efficaciter nolit peccasse. Patet Lucæ. 13. nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Tum etiam quia ad remissionem peccati duo motus liberi arbitrij requiruntur. Primus in Deũ, illum amando. Secundus in peccatum illud detestãdo. ut definitum est in Conc. Trid. Sess. 6 cap. 6. & 14 cap. 4. & Sess. 14. notanter dicitur, quorum recordatur. Nam de oblito infra dicetur. Vide Vegam lib. 13. cap. 17. & 18.

Hic est Ricardi.

CONCLVSIO.

Absoluta Dei potentia poterũt alicui remitti peccata sine pœnitentia per solam nouæ uitæ inchoationem. Patet. 1. quia non implicat contradictionem, Deum dispẽsare cum aliquo peccatore ut non teneatur ad pœnitentiam, sed tantum ad nouæ uitæ inchoationem, & ad dilectionẽ Dei super omnia. Nam cum sint duo actus distincti, dilectio Dei, & detestatio peccati, quibus homo iustificatur, poterit Deus obligare hominem ad primum, & non ad secundum. Et cõfirmatur. quia quamuis impossibils sit aliquem simul diligere Deum & cõplacere in peccato, non tamen est impossibile ex diuina dispensatione aliquem diligere Deum, & actualem complacẽtiam, uel displicentiam peccatorum non habere. Secundo si de lege, per solam dilectionem super omnia ipsius Dei, quando homo non recordatur peccatorum, consequitur illorum remissionem: ut tenet Soto d. 15. q. 1. art. 2. quare nõ poterit Deus per suam omnipotentiam efficere, ut etiam si homo recordetur, ad eorum detestationem non teneatur, sed ad solã dilectionem Dei super omnia.

Vltimo probat Ricardus suam conclusionem hac ratione, Quia cum possit Deus remittere peccata mediante pœnitentia. poterit sine illa. Quia quicquid potest Deus facere cum causa secunda, potest se solo præstare.

Erra-

Ertauit Lutherus negans contritionẽ, & affirmans sufficere solam nouæ uitæ inchoationem. Lege Vegam c. 17. citato.

Difficultas. Homo transacto peccati actu a qua re peccator denominatur.

Tres sunt opin. quas refert Scotus dist. 14. quæst. 1.

Prima est S. Thom. 1.2.q. 6. & q.103.art.2.& in 3.p.q.86. ar.2. qui dicit denominari a priuatione gratiæ, quam patitur propter peccatum.

Secunda opinio affirmat denominari ab iniustitia, actuali quam peccando commisit.

Tertia est Sco. asserentis, talẽ denominationem esse ab obligatione ad pœnam æternam, quã propter peccata cõtraxit.

CONCLVSIO.

Peccator non denominatur ab actu transacto, sed a culpa olim cõmissã, quę est defectus in anima per peccatũ relictus? Ratio est, quia anima actum iam transactum modo non habet, & nemo ab eo quod nõ habet, denominatur, quid quod sequeretur tunc, habentem gratiam nihilominus peccatorẽ denominari, cum impossibile sit actum illum non cõmisisse.

CONCLVSIO.

Neque dicitur peccator ab obligatione sola ad pœnam sensus. Patet, quia existentes in inferno continuo peccant. Dicunturque peccatores; & per illa peccata ad nullam pœnã obligantur.

CONCLVSIO.

Dicitur tamen peccator a priuatione gratię propter peccatum commissum. Ratio est, quia peccator dicitur Dei inimicus & non est inimicus, nisi quia est gratia, & dilectione Dei priuatus.

CONCVSIO.

Dicitur etiam peccator ab obligatione ad utramque pœnam damni, scilicet, & sensus. Probatur:

Prima pars, nam pœna damni idem est, quod priuatio gratię propter peccatum. Quare dicetur peccator ab obligatione ad pœnam damni, quæ quidem pœna cum nõ remittatur nisi per infusionem gratiæ, neque priuatio gratiæ remittetur Nam si cæcitas tollitur per uisum, etiam priuatio uisus.

Secunda pars probatur, pœna sensus dicitur peccatum, cum sit pœna peccati, ergo ab illa homo denominabitur peccator &c. Ita intelligendus est Scot. de pœna damni, & sensus.

Dif-

Difficultas. Quando Deus condonat alicui peccatum, quid remittitur.

CONCLVSIO.

Deus tunc actum peccati commissi non destruit. Ratio est, quia ad præteritum non est potentia.

CONCLVSIO.

Deum remittere peccatum, de lege est remittere utramq. pœnam damni, scilicet, per restitutionem gratiæ, & sensus, per remissionem obligationis ad æternam sensus pœnam.

Difficultas. An per solum actum dilectionis Dei super omnia absque actuali displicentia, aliquando peccata remittantur.

Vide DD. ubi supra, duæ sunt opiniones. Prima S. Tho. q. 86. art. 2. & 87. art. 1. quam tenaciter defendit in 4. d. 15. q. 2. scilicet, dilectionem Dei super omnia esse sufficiẽtem ad iustificandum aliquem, dummodo prius diligenti inquisitione peccatorum facta, nullius peccati recordetur. Tunc enim, si peccator eliciat actum dilectionis Dei super omnia, eius uirtute peccatorum, quorum non recordatur, remissionem consequitur.

Secunda opinio est Sco. d. 14. q. 1. art. ult. scilicet, peccata remitti per dilectionem Dei super omnia, aut per martyriũ, nec differt ab opinione S. Th. nam dicit, ubi forte esset cogitatio de aliquo mortali commisso, ubi indicat non remitti peccatum, cuius homo recordatur. Idem docet d. 15. q. 1. art. 3. multi Sco. adhærerunt, quos citat Soto ubi supra B. Tho. hanc opinionem elegantissime tractat. Vega lib. 6. super Conc. Trid. cap. 34. & 35. & nota conuenire has duas opiniones. Quia ambæ dicunt peccatum mortale, cuius aliquis non recordatur, posse remitti uirtute dilectionis Dei &c. sine actuali pœnitentia. Differunt autem quia de sententia B. Tho. oportet prius fieri diligentem peccatorum inquisitionem, de sententia uero Sco. non uidetur necessaria huiusmodi inquisitio.

Al. Alẽ. q. 57. m. 8. D. Bon. art. pen. q. 2.

CONCLVSIO.

Quando aliquis recordatur peccatorum, quorum non habuit pœnitentiam, non potest per solam dilectionem Dei super omnia illorum ueniam consequi, quin actualem habeat pœnitentiam. Ratio est, quia qui ignorat aliquod peccatum, excusatur ab eius actuali displicentia propter ignorantiam: ergo qui recordatur, non excusabitur, quin pœniteat. Qui enim habet dilectionem Dei super omnia, & alicuius peccati recordatur, impossibile est, quin illius pœniteat.

Con-

CONCLVSIO.

Quando aliquis non recordatur alicuius peccati non dimissi, illius remissionem consequatur sine actuali pœnitẽtia si tunc perfectam dilectionem Dei habuerit. Patet: nam apud Lucam dictum est peccatrici, remittuntur &c. Et potest quis habere actum perfectum dilectionis & absq. actuali pœnitentia. Quare poterit tunc diligi a Deo & per consequens peccatorum remissionem consequi. hæc conclusio est D. Tho. & intelligitur, dummodo sit facta prius diligens peccatorum inquisitio.

CONCL. I.

Tempore, quo aliquis tenetur ex præcepto contritionem habere, peccataq. confiteri, ut uirtute dilectionis &c. iustificetur necessario, est diligens, & sufficiens peccatorum inquisitio præmittenda. Patet quoniam ratione confessionis ad quam tunc tenetur, debet præuia recogitatione peccatorum suam examinare conscientiam, alioquin mortaliter peccabit. & in hoc sensu est S. Thom opinio intelligenda.

CONCLVSIO.

Tempore, quo non tenetur ad confessionem sub præcepto, non est necessaria peccatorum inquisitio, & recogitatio, ut uirtute dilectionis Dei super omnia peccata remittantur. Ratio est, quia recogitatio, & inquisitio peccatorum solum obligat, quando sunt deferenda ad iudicium, ut fiat illorum integra cõfessio, etiam si teneatur cõtritionem habere. Quoniam tunc sufficit generalis contritio.

DVBIVM.

Ille cui remissa sunt peccata per dilectionem &c. si illorum deinceps recordetur, ne tenebitur pœnitentiæ.

CONCLVSIO.

Tenebitur plane, & confirmatur a simili de Baptismo, & confessione, nã iustificatus ante Baptismum, uel cõfessionẽ tenebitur baptizari uel cõfiteri, ut præceptũ Baptismi adimpleat. Ergo a simili iustificatus &c. Vide Vegam ubi s. p. c. 75

Diffic. An per martyrium sine actuali peccatorum pœnitentia, martyr illorum remissionem consequatur.

Vidde DD. ubi supra & præsertim Vegam super Con. Tri. lib. 6. c. 36. & 37.

CONCLVSIO.

Qui habet alicuius peccati complacentiam, etiam si martirium patiatur, nullam cõsequetur gratiam. Ratio est, quia non diligit Deum super omnia. plus enim diligit se, quã Deũ

Hinc

Hinc sequitur concubinarium, usurarium, meretrices, & alios id genus homines, cum sint in malo statu, si habeant suorum peccatorum complacentiam, quamuis in cõtumelia Christi occidantur, non consequi gratiam, neque veniã, antequam eos suorum sceleru pœniteat. Similiter & hæreticũ, qui habet complacentiam &c. Et confirmatur ex D. Paul. si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Appen.

CONCLVSIO.

Qui tempore martyrij illius peccati non recordatur, sine actuali pœnitentia, primam gratiam consequetur. Confirmatur ex can. adhuc, de pœnitentia, d. 3. & in ca. cum Marthæ, de celebratione Missarũ. Et quia est actus dilectionis Dei &c. Io. 15. & per dilectionẽ, ut modo diximus, remittũtur peccata. 1. Cor. 13.

CONCLVSIO.

Si tempore martyrij aliquis est alicuius peccati conscius, cuius non pœniteat actu, non præ negligentia, sed propter amorem martirij, & quia existimat, pœnitentiam tunc non esse necessariam, is per solum martirium saluabitur. Ratio est, quia duo sunt remedia instituta a Christo ad remissionẽ peccatorum, scilicet, pœnitentia & martyrium, ut constat Lucæ. 12. & Marc. 8. Qui me confessus fuerit coram hominibus &c. Ergo, qui eligit martyrium, & propter eius amorem existimat, pœnitentiam non esse necessariam, saluabitur. Cõtraria opinio est communis, & securior, quam sequũtur Sco. ubi supra, & Soto d. 15. q. 1. ar. 2. ubi dicit, si martyr habet tempus detestandi peccatum, tenetur ad hoc, nisi uel afflictione mortis, uel amore martyrij impediatur. Magistri Vega, est cap. 36.

DVBIVM.

An qui dormiens, & in mortali existens in contumeliam Christi occiditur, per martyrium iustificetur.

CONCLVSIO.

Si ille uigilãs habuit animum patiendi martyrium, eoque animo ad dormiendum se contulit, iustificabitur: sin minus, non. Ratio utriusque partis conclusionis ponitur in Capitulo Maiores, extra de Baptismo. Quia cum peccatum mortale actu propriæ uoluntatis committatur absq. propriæ uoluntatis actu non delebitur. Vega. lib. 6. super Conc. Tr. c. 32. & Adria. quolibet 8.

Difficultas. An solã oratio sit satis aliquando ad peccatorum remissionem sine actuali illorum displicentia.

CONCLVSIO.

Qui paulo ante mortem habet locum detestandi peccata,

si illa non de testetur, uirtute orationis gratiam minime cõsequetur. Ratio est, quia habet præceptum pœnitendi, Lucæ 23. a quo non excusatur, si pœnitendi locus superat. & hoc modo intelligendæ sunt omnes authoritates, quæ per solam orationem peccata dimitti negant.

CONCLVSIO.

Quando aliquis recordatur peccatorum, & illorum pœnitet, sine oratione ueniam consequitur. Patet, Ezechiæ. 18. in quacumq; hora ingemuerit peccator &c. Et Psal. dixi confitebor aduersum me.

CONCLVSIO.

Quando mors instat, & præ nimia mortis angustia nõ recordatur aliquis peccatorũ, neque pœnitentiæ, si ex toto corde misericordiam petat, sine actuali pœnitentia per solam orationem iustificabitur. Et probatur, Matthæi 7. petite, & dabitur uobis &c. ubi B. Chrisostomus ait, omnis qui petit, accipit, siue iustificatus sit, siue peccator; quod intelligitur quando ita orãs habet actualem dolorem & non recordatur, quoniam si recordaretur; pœniteret quidem, excusatur tamẽ propter mortis angustiam. Et Matth. 8. habetur; Serue nequã, nonne omne debitum dimisi tibi quia rogasti me, exhis locis ita probo conclusionem, Deus pollicetur se daturum pœnitenti quicquid petitum fuerit ad salutem expediens: sed nihil magis expediens, quam peccatorum remissio, ergo, &c.

Adr. est & Vegæ.

Difficultas An peccata per ignorantiam commissa remittantur per dilectionem Dei super omnia, aut uirtute generalis pœnitentiæ.

Vt si quis commisit usuram per ignorantiam culpabilem, existimans non esse peccatum. Lege Vegam super Conc. Trid. libr. 6. qui tenet affirmantem partem, & Medinam de pœnitentia q. 2. de confessione dimidiata iteranda, notabili, similiter dubitari solet.

Cap. 33.

CONCLVSIO.

Quando peccator uirtute pœnitentiæ solũ detestatur peccata, quæ sciens commisit, non autẽ actu simul quæ per ignorantiã, in hoc euentu non iustificatur uirtute pœnitentiæ generalis, neq; etiam habet aliquam uirtualem pœnitentiã. Ratio est, quia per generalem peccaotrum dolorem non detestatur peccator peccata per ignorantiã commissa. Quoniam si illorum recordaretur, non pæniteret, neq; de illis doleret. peccatum autem nunquam remittitur nisi per motum liberi arbitrij, peccato contrarium, id est, per peccati detestationẽ.

Con-

CONCLVSIO.

Quando peccator tempore pœnitentiæ nõ solum scienter commissa detestatur, uerũ etiã subdit, & pœnitet me, si quid per ignorantiam commisi, tunc peccati ignorati ueniam consequitur. Dummodo non habeat propositum committendi iterum peccatum ignoratum. Ratio est, quia tunc habet actualem displicentiam peccatorum per ignorantiam commissorum. Quemadmodum pœnituit Dauid, quando dixit, ab occultis meis munda me Domine &c.

Diffic. An possit Deus remittere unum peccatum sine alio. *DD. ubi supra.*

CONCLVSIO.

De lege non potest Deus unum peccatum sine alio remittere. Ratio est, quia Dei perfecta sunt opera. Et quẽ sanat, perfecte sanat. Tum etiã quia de lege nũquã remittitur peccatũ sine infusione gratiæ, quæ non potest coexistere peccato. *Com. est Deut. 32.*

CONCLVSIO.

De potẽtia Dei absoluta Deus potest remittere quoad culpam unum peccatum sine alio. Probatur quia potest Deus de potentia absoluta remittere peccatum absq. infusione gratiæ: atque ita unum peccatum siue alio. *Ex Sc. colligitur.*

DVBIVM.

Quid tunc remittit? Respondeo pœnam sensus, illi peccato respondentem, & pœnam damni, qui exul erit a patria, non propter illud peccatum, sed propter alia. Et nota, quod tunc non reconciliatur Deo, quia nõ confertur illi gratia, ut infra patebit, Contraria opinio est So. d. 15. q. 1. ar. 3. & aliorum quos ipse sequitur. *DD. ubi supra. Castro, Verbo pœna, hæret. 2.*

Diffic. An dimisso peccato quo ad pœnam æternam, remaneat pœna temporalis luenda. *Vega. lib. 13. a ca. 35. usque ad finem libri.*

Nota primum cum S. Tho. ar. 40. dicente, duplicẽ pœnam respondere peccato, æternam, scilicet, propter auersionem a Deo, & temporalem propter conuersionem ad creaturam. 2. Nota, pœnam æternam in temporalem commutari.

CONCLVSIO.

Pœna æterna uirtute pœnitentiæ remittitur. Ratio est, quia uirtute pœnitẽtiæ recipit hõ gratiã, quæ est acceptatio ad gloriã.

CONCLVSIO.

In remissione peccatorum pœna æterna uirtute pœnitentiæ in temporalem commutatur. Definita est in Conc. Trid. Sess. 6. can. 14. & Sess. 14. can. 8. & 12. *Com. est opinio.*

CONCLVSIO.

Tanta potest esse contritio; ut uirtute illius omnis pœna

tam æterna, quam temporalis remittatur. Patet exemplo Beatæ Magdalenæ, & latronis, & confirmatur ex can. 8. & can. 12. proxime citatis, ubi anathematizantur dicentes per pœnitentiam semper omnem pœnam deleri. Vnde colligitur, aliquando ergo delebitur tota pœna.

Al. Alē. q. 65. S. Th. q. 87 D. Bon. d. 16. q. ult. & d. 21. Ric. d. 16 Vega lib. 14. supra Conc. Tr. cap. 2. & Cast. uerbo pecc. hæresi. 10. et 12 Ale. Alē. m. 2. p. q. 122. Sco. d. 21.

Art. V. An peccata Venialia etiam uirtute pœnitentiæ remittantur.

Absoluetur Articulus aliquot difficultatibus positis.

Prima diffic. An peccata Venialia sint dictum uel factum. &c.

Hæc difficultas prima est explicanda, ut totus Articulus facilius intelligatur. Duæ autem sunt opiniones: Prima B. Tho. 1. 2. q. 88. ar. 1. ad primum, & q. 89. dicentis non esse contra legē, sed præter legē. Cōtraria opinio est Durandi in 2. d. 41. q. 6. ad primum. Asserentis esse contra aliquam legem.

CONCLVSIO.

Omne peccatum ueniale est alicuius legis trāsgressio. Patet; quia omne ueniale est contra rectam rationem: & agere contra rectam rationem, est agere contra legem naturalem, præcipientem non esse a regula rectæ rationis deuiandum.

DVBIVM.

Veniale ex imperfectione actus est ne contra præceptum Diuinum.

CONCLVSIO.

Est quidem, non tamen contra illius finem, scilicet, charitatem. Ratio est, quia peccatum ueniale est contra actum alicuius uirtutis mortalis, uel Theologicæ, de quibus singulis data sunt præcepta. Non est tamen contra finem præcepti, quia non destruit charitatē, & in hoc sensu uera est Dur. opi.

Appen. Hinc colligitur, Veniale peccatum non esse contra finem legis, sed præter finē. Quia Veniale non destruit dilectionē Dei, quæ est totius legis finis. Ad Rom. 31. solum enim impedit charitatis Augmentum, cum sit actus, qui non refertur in Deum: atque ita dicitur, esse præter finem legis: & in hoc sensu uera est S. Tho. opinio dicentis, ueniale peccatum non esse contra legem simpliciter. Nam esset simpliciter cōtra legem, si esset actus legi & fini legis scilicet, charitati cōtrarius, & incompasibilis cum illa.

Appen.

Hæresis. Hinc peccati uenialis definitio ita colligitur, ut dicatur esse actus contra aliquam legem: compasibilis tamen cum fine legis, scilicet, charitate.

Contra hāc ueritatem de peccato ueniali fuerūt multę hæreses: præsertim una cuiusdā Caluini, qui negauit esse peccatū ueniale. In quas doctissime Cast. & Veg. ubi sup. inuehunt.

Diffic.

Difficultas. An pœnitentia sit necessaria ad remissionem venialium.

Quatuor sunt opiniones. Prima dicit remissionem venialium nihil aliud esse, quam remissionem pœnæ temporalis, propter venialia infligendæ. *Al. Alē. q.69. m. 9.art. 5. D. Bona. d. 17.q. 1.ar. ult. & d. 21. art. 1.*

Secunda opinio dicit; peccatum veniale nō remitti per solutionem pœnę tantum, sed requirit etiā culpæ remissionē, quæ per quemcunque actum meritorium remittitur, quamuis homo non operetur hac intentione, ut culpa sibi remittatur, & quamuis actus ille non sit actualis, siue uirtualis pœnitentia. hæ duæ referuntur a Sco. in 4. dist. q. 1.

Tertia opinio est Dur. d. 16. q. 2. opinantis, non remitti uenialе, nisi per contritionem, uel aliquam actualem displicentiam, asseritq; non sufficere actum dilectionis Dei super omnia: ut uenialia remittantur.

Quarta est S. Th. q. 82. art. 1. qui defendit sufficere uirtualem pœnitentiam ad uenialium remissionem.

CONCLVSIO.

Peccatum ueniale non remittitur per solam pœnæ, quæ illis respondet, remissionem, quia post peccatum veniale non solum manet obligatio ad pœnam, uerumetiam macula, & culpa, quæ per solam pœnæ solutionem non tollitur: culpa. n. non remittitur, nisi per suum contrarium, scilicet per displicentiam, quæ est contraria complacentiæ in peccatis.

CONCLVSIO.

Ad remissionem venialium necessaria est actualis, aut uirtualis pœnitentia. Ratio est, quia veniale peccatum est auersio, secundum quid a Deo: auersio autem cum sit priuatio cō uersionis, solum tollitur per conuersionem: nullus autem cōuertitur in Deum, nisi per actualem pœnitentiam uel habitualem, qualis est dilectio Dei super omnia.

CONCLVSIO.

Non omnia uenialia remittuntur per quēcunque actū dilectionis Dei, nisi sit actus perfectissimus, bene tamē aliqua, exempli causa, per istum actum. propono obedire Prælato in omnibus propter Deum, inobedientia uenialis commissi, nō autem mēdacium iocosum remittitur. patet, quia ex isto actu dilectionis sequitur displicentia inobedientiæ, si tunc homo recordaretur, non autem displicentia mendacij iocosi; tum etiam, quia talis actus dilectionis est compassibilis, cum proposito mentiendi, & ita non erit mendacij uirtualis pœnitentia.

Difficultas. An requiratur propositum cauendi deinceps uenialia.

S.Th.ubi sup.ar.1.

CONCLVSIO.

Tenetur habere propositum uitandi singula uenialia, id est in particulari. s. hoc ueniale, uerbum otiosum, & hoc. s. immoderatum risum, nō tamen omnia uenialia collectiue, q̄m admodum tenetur habere propositum cauendi omnia mortalia collectiue. Ratio est, quia homo in gratia cōstitutus, habet facultatem uitandi omnia mortalia, non tamen uenialia omnia ut sunt illa, quæ ex imperfectione actus oriuntur.

Difficultas. An propositum cauendi uenialia, quorum pœnitet debet esse formale, uel uirtuale.

CONCLVSIO.

Quorum uirtualiter pœnitet, tenetur habere uirtuale propositum cauendi illa: alioqui enim nō sufficienter pœniteret. Ratio est, quia nullus digne pœnitet, si habeat reincidendi propositum.

Caie. in summa uerb. Contemptus.

Difficultas. An qui habet propositum committendi ueniale ex contemptu, mortaliter peccet.

Respōdeo uno uerbo, aut est contēptus simpliciter, ut quādo aliquis nullo fine peccat, nisi ut superioris præceptū transgrediatur, aut est secundum quid.

CONCLVSIO.

Si quis habeat propositum commitēdi omnia uenialia ex contemptu nocumenti, quod ex uenialisequitur, is solū peccabit uenialiter, quamuis constituat se in periculo peccandi mortaliter, incerto tamen. Ratio est, quia talis contemptus est secundum quid, ratione parui nocumenti.

CONCLVSIO.

Si autem habeat propositum commitendi omnia peccata uenialia, uel unum tantum ex contemptu simpliciter, mortaliter peccabit: & grauissime. Ratio est, qa uult peccare ut nō obediat suo Prælato, quod quidem nascitur ex odio legislatoris, uerum de his in flosculis 2. lib.

Diffic. An uirtute attritionis uenialia remittantur, attrito in gratia existente.

CONCLVSIO.

Vt per talem attritionis actum uenialia remittātur, debet esse specialis attritio uenialium. Ratio est, quia cum attritione generali mortalium est compassibilis complacētia uenialium. Vnde talis atritio non est uirtualis pœnitentia uenialium. Non enim sequitur, pœnitet me peccasse mortaliter propter pœnas inferni: ergo nollem dixisse uerbū ociosum. quā-

obrem

obrem attritio remittens uenialia, debet esse specialiter illorum, estque actus dilectionis, quia a gratia & charitate imperatur, ut si qs in gratia existēs diceret; nollē venialiter peccasse, qa mihi gloria dilatabitur, & diutius in purgatorio immorabor. Soto tenet sufficere generalē attritionē. d. 15. q. 2. ar. 1. S. Thom. ubi sup.

Diffic. An quoties prima gratia per contritionem, uel sacramentum infunditur, uenialia remittantur.

CONCLVSIO.

Si tunc alicuius peccati complacētiam habet, tale ueniale non remittetur: quia ad remissionem uenialium requiritur pœnitentia, siue displicentia, quam ipse non habet.

CONCLVSIO.

Si nullius peccati uenialis, complacentiam habet, omnia uenialia remittuntur. quemadmodum, & mortalia. Patet; nā si remittuntur mortalia, quod maius est, & uenialia quoque condonabuntur.

Diffic. An per receptionem cuiuscunque sacramenti omnia venialia remittantur.

CONCLVSIO.

Remittuntur, si nullius complacentia habeatur, & susceptus sacramētum digne accedat. Ratio est, quia talis susceptio est actus meritorius, & per consequens dilectionis Dei, &c. quid? quod, si per sacramentale ut infra dicetur, remittuntur, & per sacramenta remittentur.

Diffic. An etiam per quemcunque actum meritorium.

CONCLVSIO.

Etiam remittuntur. Ratio est, quia quicunque actus meritorius est actus dilectionis super omnia: nam est uirtualis pœnitentia uenialium. Limitanda est conclusio iuxta 3. concl. 2. diff. huius art.

Difficultas. An etiam virtute martyrij, quod aliquis intermediendum patitur, illi venialia remittantur. Th. est ubi sup. ad 1.

CONCLVSIO.

Quādo aliquis se confert dormitum absque uenialium cō placentia, etiamsi nihil de martyrio cogitet; si in odium Christi occidatur, remittentur illi uenialia.

Difficultas. An in purgatorio remittantur venialia. Al. Alē. 2. p. qō. 124. m. 9 & 10. d. Ben. d. 21 toto ar. 4.

CONCLVSIO.

Remittuntur quidem, communis est DD. sententia d. 21. & probatur Matt. 20. dixit Christus, peccatum in Spiritum sanctum, neque in hoc sæculo, neque in futuro remittitur. Hinc a contrario sensu colligo: ergo aliqua peccata remittuntur

in alio sæculo, s. in purgatorio. Nam in inferno nulla est redemptio.

DVBIVM.

Quo igitur modo remittuntur in purgatorio? Varij sunt modi dicendi, Scot. dicit in instanti mortis. i. in primo non esse hominis, quia iam est extra uiã remitti uenialia, in quib. perseuerauerit usque ad mortem propter merita, quæ homo habuit in uia: quia merita, quæ sunt causæ remissionis uenialium perseuerantia in uenialibus non impediuntur. 2. Dur. dicit, remitti quoad culpam in purgatorio propter dispicentiã quam habent illic animæ uenialium, cum sint in charitate: quia culpa tollitur per suum contrarium. 3. Soto d. 15. q. 2. articu. 2. asserit: remitti quoad culpam in purgatorio propter actum charitatis, & continuam patientiam, quam dum cruciatur, habent. Et ratio est, quia iste actus est uirtualis pœnitentia, remittuntur tandem in purgatorio per orationes ecclesiæ ut constat.

Difficultas. An uenialia peccata per sacramentalia remittuntur.

Sacramentalia, sunt operationes ab ecclesia institutę ad dignam sacramentorum receptionem.

CONCLVSIO.

Oratio dominica uirtute illorum uerborũ, Dimitte nobis, &c. remittit uenialia. Rõ est, quia his uerbis habetur uirtualis pœnitentia, & constat can. de quotidianis. De pœnit. d. 3.

CONCLVSIO.

Aqua benedicta perfusa remittuntur uenialia. constat can. aquam, de consec. d. 3. ubi expresse habetur.

CONCLVSIO.

Receptione eucharistiæ, uel alterius sacramenti etiam remittuntur uenialia supra hoc art. patet.

CONCLVSIO.

Confessio generalis remittit uenialia, quia est actualis pœnitentia uenialium.

CONCLVSIO.

Per eleemosynam uenialia peccata remittuntur. Et constat can. medicina. de consecrat. d. 1. & quia est actus dilectionis Dei.

CONCLVSIO.

Benedictio episcopalis remittit quoque ueniale, hęc ex cõsuetudine ecclesiæ habetur. Hæ conclusiones sunt ex cõmuni Doct. sententia, & continentur hoc carmine: Orans, Tinctus, Edens, Confessus, Dans, Benedicens.

Dis-

Diffic. An remittantur etiam simul quoad pœnam.

Prædictis actibus culpæ remittuntur, non tamen omnis pœna. Ratio est: quia sequeretur habentem sola uenialia si tempore mortis aqua benedicta aspergeretur, statim ad cœlũ euolare, quod est difficile creditu. s. tantam purgatorii pœnam remitti per solam aquæ benedictæ asperſionem. Remittitur tamen pœna iuxta quantitatem feruoris, & charitatis in Deum, quæ per hos actus excitatur.

Diffic. An prædictis operationibus peccata uenialia ex opere operato, uel operantis remittantur. S. Th. est ubi supra ar. 3

De aqua benedicta, & episcopali benedictione, est opin. S. Th. ubi sup. ad primum. Et Ric. d. 16. q. 1. ar. 1. remitti uenialia ex opere operantis. Contraria opi. est Sco. d. 15. q. 2. ar. 3. quod remittantur ex opere operato.

CONCLVSIO.

Aqua benedicta, & episcopalis benedictio ex institutione ecclesiæ remittit uenialia ex opere operato. Ratio est, quia si ex opere operantis solum, ita remitteret aqua non benedicta errore susceptа; atque benedicta, & ita prodesset benedictio simplicis sacerdotis errore susceptа, ac episcopalis benedictio. Vtrobique enim operatur intentio operantis, quod quidẽ est falsum.

CONCLVSIO.

Vt uirtute horum sacramentalium uenialia remittantur; desideratur actualis attentio, saltem in principio actus. Patet, quia sicut ad mortalium remissionem per sacramẽtum, requiritur aliquis actus; ut contritio, uel attritio: ita etiam, ut uenialia per hæc sacramentalia, remittantur. Sunt. n. actualia peccata commissa per propriam uoluntatem, quemadmodum, & mortalia.

Difficultas. An uenialia absque mortalibus remitti possint. Al. Alẽ. q. 69. m. 9. ar. 5. Bon. d. 15 q. 11.

Sensus est, an existens in mortali, possit pœnitere uenialiũ, & illorum remissionem consequi, non dimissis mortalibus.

Duæ sunt opiniones. Vna Duran. d. 16. qõ. 3. Qui dicit existentem in mortali, siue in uia, siue extra uiam, posse pro uenialibus satisfacere. Contraria opinio est communis D. Tho. ubi supra art. ult. & Ric. d. 26. ar. ult. Prima opinio falsò tribuitur Scot. d. 22. quæstio. 1. quod dixerit, in inferno posse uenialia remitti. Sco. enim opinio agit in Alexãdrum, Diuum Thomam, & Ricardum: postea uero in uersiculo, sicut iste modus non placet, &c. affirmat, remissionem uenialium fieri per remissionem culpæ, & pœnæ, per aliquem actum contrarium magis

magis Deo gratum, quam fuerit culpa commissa. uel per actũ meritorium gratiæ, & cum in inferno nullus sit locus actibus meritorijs, sequitur profecto, Scotum, non primam, sed secundam opin. amplexum fuisse.

CONCLVSIO.

Vnum ueniale potest sine alio remitti. Quia cum maneat in amicitia Dei, qui solum habet uenialia, poterit pro uno ueniali, & non pro alio satisfacere; ut pro mendacio iocoso, & non pro officioso, poteritq. Deus remittere unum, nõ remittendo aliud.

CONCLVSIO.

Mortale peccatum potest de lege sine uenialium remissione nem dimitti. Ratio est, quia ueniale est compassibile cũ gratia, & eius infusione, sine qua non fit de lege mortalis peccati remissio.

CONCLVSIO.

Quando mortale, & ueniale simul insunt, impossibile est de lege uenialia remitti absque remissione mortalium. Ratio est, quia illorum remissio, est actus amicitiæ, & qui est in mortali, est Dei inimicus, & non potest talem actum habere: tum etiam neque per sacramentalia, quæ operantur uirtute passionis Christi, cuius effectus existentib. in mortalibus, quia sunt indispositi, non applicantur.

CONCLVSIO.

Impossibile est quoad culpam, uel pœnam existenti in inferno ueniale remitti. Patet: quia ibi existens non potest habere actum dilectionis Dei, neque recipere sacramẽtalia, quibus uenialia remittuntur: quare si culpa est in perpetuum dura tura, & pœna. Lege Vegam omnino a ca. 11. usque ad finem fere lib. citati.

Art. V. An possit Deus de potentia absoluta remittere peccata, sine gratiæ infusione.

Satis liberatur Al. Alẽ. q. 58. m. 1 ar. 2. Bona. d. 17. q. 1. ar. 1. Scoti est.

Duæ sunt opi. S. Th. i. 2. q. 113. qui affirmat hoc esse impossibile. Contraria opi. est Sco. m. 1. d. 17. & 2. d. 18. & in 4. d. 1. q. 6. & d. 14. q. 1. & d. 26. q. 2. asserentis: neque ex parte Dei, neque ex parte subiecti implicare contradictionem, posse peccata, absque infusione gratiæ, remitti.

CONCLVSIO.

Non implicat cõtradictionem Deum remittere alicui peccatum absque infusione gratiæ. Probatur conclusio uariis rõmibus. Prima, potest Deus creare hominem in puris naturalibus; quare poterit illum ad eundem statum reducere, & absq;

gratia

gratia reparare. Dices, gratia, & peccatum opponuntur priuatiue ex natura rei post peccatum, quemadmodum, cæcitas, & uisus in catulo post nonum diem, licet quando est in puris naturalibus non opponantur priuatiue, atq; ita ratio Scoti non habet uim. contra, illa priuatiue opponuntur, quorum alterũ necessario ineſt ſubiecto poſt tẽpus a natura determinatum, id eſt, quod ſubiectum habet aptitudinem ad talem formam: ut eſt catulus poſt nonum diem: homo autem quando eſt in puris naturalibus eſt magis aptus ad gratiam, quam poſt peccatum, & tamen tunc gratia, & peccatum, per ſe non opponuntur priuatiue ex natura rei: ergo neque poſt peccatum. Deinde ſimilitudo catuli non uiget, quia ante nonum diem cæcitas, & uiſus reſpectu illius non opponuntur priuatiue, propterea quod catulus non eſt aptus ad formam: homo uero in puris naturalibus eſt aptus ad gratiam, magis quam poſt peccatum: quare minus poſt peccatum opponuntur priuatiue quam antea. Secunda, Deus per ſuam omnipotẽtiam abſolutã poteſt abſq; aliqua culpa beatos beatitudine, & iuſtos gratia expoliare, eoſq. ad pura naturalia perducere, quod DD cõtra riæ factionis concedunt, quare multo magis homini priuato gratia propter peccatum poterit peccatum remitere, illum in puris naturalibus conſeruando. Tertia, poteſt homo iniuriam remittere inimico, non reconciliando illum in priſtinã amicitiam, cur non poterit, & Deus, cum inter amicum & inimicum detur medium, nempe, non amicum. Quarta conſtat ex his, quæ in peccato remittuntur, quę poſſunt remitti abſq; infuſione gratiæ, nẽpe, offenſa quæ remittitur per ſatisfactionem, ſcilicet per pœnitẽtiã, uel remiſsionem huius pœnitẽtię, ut ſit inter hominis, in quibus tamdiu manet offenſa, quãdiu non fit ſatisfactio, aut non remittitur iniuriam. 2. reatus per remiſsionem pœnæ æternę. 3. de ordinatio per rectitudinem naturalem, quæ nihil aliud eſt, quam facilitas, & promptitudo ad bonum, quæ fuerat per peccatum deperdita. 4. macula non imputando priuationem gratiæ ad peccata prætetita. Quia poteſt Deus remittere maculam inſtituẽdo, ut ille qui eſt in peccato, maneat extra gloriam, non in pœnam peccati, ſed ad declarandam, & manifeſtandam ſuam potentiam. v. g. ut ſi aliquis exulet a regno propter delictum commiſsũ, poteſt Rex auferre ei delictum, & quod maneat extra regnũ, non tamen propter delictum, ſed propter alias cauſas, atque hoc eſt remitti maculam, non imputando priuationem gratiæ ad prætetita peccata.

Iam

Iam nota aliqua ad soluenda argumenta cõtrariæ opinionis. 1. animaduerte; gratiam, & peccatum non esse priuatiue opposita ex natura rei. Ratio est, quia potest Deus ex sententia omnium Theologorum creare hominem in puris naturalibus absque gratia, & peccato, ut fuit homo in statu innocentiæ ex senten. Scot. 2. neque ex lege priuatiue oppon. Ratio est, quia peccatum non solum significat priuationem gratiæ, sed quod sit talis priuatio in pœnam culpæ: quæ quidem culpa est inimicitia, & aliquid contrarium, & non sola priuatio. 3. posse remitti pœnã dandi, sine acceptione ad gloriam, per solam non imputationem priuationis gloriæ propter peccatum. Potest enim Deus instituere, ut aliquis sit priuatus gloria & non propter peccatum, quemadmodum potest nunc expoliare beatos absquevllo peccato beatitudine, quam possident, & talis expoliatio non esset illis pœna. 4. cõuersionem & auersionem non opponi priuatiuè neque ex lege neque ex natura rei, sed uel contrariè, & tunc auersio idem est, quod inimicitia & conuersio idem quod amicitia: uel contradictoriè, & tunc auersio est non amicitia, & conuersio amicitia. Dices, Auersio uidetur conuersionis priuatio. Respondeo, non est priuatio: ut cæcitas respectu uisus. Significat enim quoque aliquid positiuum, scilicet, inimicitiam ut quæ est pura priuatio, solam negationem significat in subiecto apte nato. Dices, quid plus significat inimicitia, quam gratiæ priuatio significat? Respondeo, importat quidem gratiæ priuationem, non absolute, sed in pœnã culpæ & ita contrariũ, & non tantum priuatio, unde conuersio & auersio sunt sicut amicus, & inimicus, uel non amicus.

Caiet. 12. q. 103.

Difficultas. An ad remissionem uenialium requiratur etiam gratiæ infusio.

Duæ sunt opiniones extremæ. Prima Palud. d. 16. q. 1. art. 2. scilicet, ueniale plerumq. remitti absque gratiæ augmento. Contraria opinio est S. Tho. d. 87. art. 1.

CONCLVSIO.

Ad remissionem uenialium, non requiritur primæ gratiæ infusio. patet, quia ueniale non contrariatur gratiæ, cum sit illi compassibile, unde ad sui remissionem non requirit ex natura rei gratiæ infusionem.

CONCLVSIO.

Quoties in uia ueniale remittitur, gratia præexistens augetur. patet. quia uenialis remissio fit per actum elicitum ab existenti

stenti in gratia. Qui est Deo magis acceptus, quam fuerat peccatum odiosum.

CONCLVSIO.

Gratiæ augmentum non est necessarium ad remissionem uenialis. Ratio est, quia in purgatorio uenialia remittuntur, ubi gratia non augetur, quia ibi nō est locus actui meritorio per quem gratia augeatur.

Difficultas. An actus pœnitentiæ sit prior infusione gratia intelligitur titulus de prioritate naturæ.

Al. Alē

Duæ sunt opiniones, quæ etiam si uideantur contrariæ, nō sunt tamen. Prima est S. Tho. tenentis, dispositiones imperfectas præcedere tempore gratiam: perfectam uero dispositionem esse simul tempore cum gratia, posteriorē tamē natura. Hæc fuit etiam Alex. & Reliquorum quos citauimus. Altera opinio est Sco. quæ est eadem fere cum communi opinione, qui statuit tria instantia naturæ: supposito tamen, quod prius per aliquam temporis moram a Deo præfixam, homo continuauit dolorem peccatorum: in ultimo autē instāti illius temporis est actus pœnitentiæ, & simul tempore charitas. Sed in isto instanti temporis sunt, inquit, tria instantia naturæ: in primo enim instanti est actus pœnitentiæ, in secundo infunditur charitas, in tertio actus pœnitentiæ efficitur contritio, cuius uirtute remittuntur peccata: dolor enim sine charitate nō est contritio, sed attritio duntaxat.

q. 58. & 73. m. i. Th. q. 85. ar. 6. & 12. q. 103 art. 6. & 8. Bon. d. 17. q. i. ar. i. Ric. & Sc. d. 14. q. 2. ar. 2.

CONCLVSIO.

In genere causæ formalis prius natura est gratiæ infusio, quam sit perfectus pœnitētiæ actus, qui contritio nominatur. Ratio, est quia causa formalis est prior suo effectu: prior enim est albedo, quam sit subiectū album, quia dat illi tale esse, & gratia: causa formalis est cōtritionis, & iustificationis nostræ, vt docet Conc. Trid. Sess. 6. cap. 6. & 7.

CONCLVSIO.

Quatenus contritio est causa dispositionis gratiæ, id est, in genere causæ materialis, posterior natura est actus contritionis gratiæ infusione. Ratio est, quia dispositio materiæ præsupponitur ad causam formalem, & contritio disponit subiectum, ut sit aptum ad receptionem gratiæ, quæ est formalis causa, atque ita conciliantur opiniones.

Difficultas. An gratiæ infusio sit remissione culpæ prior natura.

Tres sunt opin. Prima S. Tho. 1. 2. q. 13. ar. 8. f. utrumque effectum

fectum simul tempore esse, prius tamen natura Deum infundere gratiam, quam remittat culpam. Secunda est Sco. d. 16. q. 2. & in 1. d. 17. q. 1. notab. contra istam conclusionem, qui ait infusionē gratię secundū intentionē Dei esse priorem remissione culpę: at uero ordine exequutionis, prius Deum remittere culpam, quam infundat gratiam. Tertia est media Ric. d. 17. art. 4. q. 4. ubi ait, gratiam duplicem sortiri effectum, scilicet remissionem culpæ, & reconciliationem cum Deo: prius tamen efficere primū, quā secundum, & ita de sententia Ric. remissio culpæ prior est reconciliatione peccatoris.

CONCLVSIO.

Infusio gratiæ, & culpæ remissio, non sunt duæ mutationes reales, sed unica tātùm. Ratio est, quia mutationes reales multiplicantur ad multiplicationem realem terminorum; quando enim uterq; terminus, a quo scilicet, & ad quem est realis, duæ interueniunt mutationes reales: unde cum culpa non sit ens reale, mutatio culpę ad non culpam, non erit mutatio realis, sed rationis tantum; erit autem realis mutatio, ex non gratia ad gratiam, unde consequens sit, remissionem culpæ & infusionem gratiæ esse unam tantum mutationem realem, & unā actionem Diuinā, quamuis sit duplex effectus. Tot enim sunt actiones, quot sunt mutationes, & cum sit una tantum, mutatio, erit unica actio.

CONCLVSIO.

Si gratiæ creatio, & culpæ remissio considerentur, quatenus gratia in anima subiicitur, prior est expulsio culpæ ab anima, atque remissio, quam sit gratiæ receptio. Prior enim est passi dispositio formæ introductione, siue receptione in eodē passo; nam actus actiuorum sunt &c. & cum anima ad gratiam per remissionē culpæ disponatur, erit prior profecto remissio culpæ, quam sit in anima gratiæ receptio. Et hoc modo intelligenda est Scoti opinio, scilicet, ex parte subiecti, & in genere causæ, dispositionis siue materialis, atque ita sententiæ D. Tho. minime repugnat.

Art. VI. An pœnitentia a timore pœnarum inferni incipiat.

Alexan. q. 56. d. Th. q. 181 Bon. a. 17 q. 1. ar. 2.

CONCLVSIO.

Ad iustificationem impij, uel peccatoris semper, specialem Dei optimi Maximi auxilium desideratur. Definita est in multis Concilijs Arausicano. 2. cap. 7. & Mileuitano capitu. 5. & Trid. Vide Castrum ubi supra.

Ad

CONCLVSIO.

reliqui d. 14. Vega c. 23. usq; ad 26 li. 6. super cõc. Trid. & li. 13. c. 14. Cas. uer. sim. & uerbo. Contritio contra hæreses. Act. 6.

Ad iustificationem impij, quinque actuales dispositiones solent concurrere. Prima est motus fidei. de qua ad Hæbr. sine fide impossibile est placere Deo. 2. timor gehennæ, de quo Ecclesiastici. 1. timor Domini expellit peccatum. 3. spes Dei, de qua Matth. 9. confide fili, remittuntur tibi peccata tua 4. motus charitatis, ut Deum diligere incipiat, de qua Ioan. 14. qui diligit me, diligetur a patre meo. ultimo dolor de peccatis, de quo Actorum. 2. pœnitentiam agite &c. hæc conclusio est expresse definita in Concil. Trid. Sess. 6. cap. 6.

Hãc Conclusionem intellige, ut communiter accidit. Tanta enim charitate potest infidelis inflammari, ut non timore gehennæ, sed filiali solum concutiatur. Patet exemplo B. Pauli, qui statim dixit, Domine quid me uis facere?

CONCLVSIO.

In iustificatione Peccatoris frequenter hi motus positi nõ concurrunt, sed sola charitas cum pœnitentia. Hoc enim experimento in nobis ipsis comprobamus, qui absque motu formali fidei, aut spei, aut timoris gehennæ, mouemur charitate in Deum, atque ita peccata detestamur: neque requritur ut motus charitatis, & pœnitentiæ sint duo motus, sed unicus dũtaxat, nempe, ut de peccatis propter Deum doleamus.

Hinc collige exordium pœnitẽtiæ speciali Dei auxilio semper fieri, in impio quidẽ a fide, in peccatore a charitate: quod autem fiat a timore gehennæ, accidentale est. *Appen.*

Hinc confutatur primum hæresis Pelagii asserentis; gratiã, uel speciale auxilium non esse necessarium ad meritorie operandum, sed tantum, ut facilius operamur, quod est hæreticũ: Christus enim simpliciter dixit: Sine me nihil potestis facere. secundus error Lutheri dicentis absolute, timorem gehennæ esse malum. *Hæreses.*

Hinc defendendus est Sco. ab hæresi Pelagiana, quam illi frequentissime, sed falso imponunt. Nam dicunt negasse auxilia specialia. occasionem autem sumpserunt aduersarii: quia in hac d. 14. q. 2. ita scribit, peccator in peccato existens (& loquitur de Pœnitentiæ uirtute) potest ex naturalibus cum communi influentia considerare peccatum commissum, ut offensiuum Dei, & ut contra legẽ diuinam &c. Et subiungit, & potest uoluntas ipsius &c. ubi duo contra illum notantur. Primum, quod dixerit hominem ex puris naturalibus posse considerare peccatum &c. quia in hoc uisus est cum Pelagio negare auxilium speciale. Secundum est, quia posuit dolorem de pec-

de peccato esse attritionem, cum fit, inquiunt, contritio.

Primum omnium Scot. negasse speciale auxilium, falsissi-
So. d. 14. mum est: nam multis in locis apertissime fatetur & docet esse
q. 2. ar. 5 gratiã præuenientem, quam Theologi speciale auxilium ad pœnitendum nominãt, esse necessarium. in primo enim Sen. d. 14. ita scribit, quãtuncunque peccator, dũ est in ira, potest non esse peccator, quia potest Deus illum sua gratia præuenire. Vbi affirmat gratiam præuenientem esse necessariam, ut homo a peccatis resurgat, præterea in 4. d. 22. art. 2. prope finẽ ait, peccatoribus credentibus, &c. citius Deus dat suam gratiã & resurget. Vides gratiam præuenientem a Scot. positam? Paulo inferius ita inquit, si is citius inspirat Deus per pœnitentiam, quam inspirationem auxilium esse præueniens, dubitat nemo. Præterea quod lib. 17. artic. 1. in fine clarissime confitetur necessarium esse speciale auxilium ad pœnitendum, ubi ait, plures actus dilectiones &c. usque ex se attingere, quis igitur non intelliget Sco. falso fuisse accusatum. Nam locus, qui hinc nigro calculo notatur, non fuit recte ab aduersarijs penetratus. Ad cuius ueritatis intelligentiam animaduerre, aliud uero esse, intellectũ considerare peccati malitiam, aliud uero uoluntatem illud detestari. Nam primus actus potest fieri ex puris naturalibus: considerare namque peccatum, ut malum, non est proxima dispositio gratiæ. Gentiles si quidem Philosophi, mali Christiani considerant peccati malitiam, & tamen non conuertuntur: at uero secundus actus, id est, detestatio peccati non potest fieri sine speciali auxilio. Vnde falsus est Mag. Soto in prima correctione contra Sco. nam Sco, ut ex eius littera patet. de primo actu loquebatur. Deinde nõ recte. Secundo Sco corripit. Neque enim omnes, qui detestãtur peccata, quia sunt offensiua Dei, contritionem habent. Et ratio est, quia sequeretur, tunc aliquem suæ contritionis esse certum, & ex consequenti suæ gratiæ, quod est erroneum. Consequentia est manifesta. Nam si iste certo scit se detestari peccata propter Deum, certo plane scit se habere contritionẽ & per consequens se esse in gratiam quod est hæreticum. Vnde colligitur aperte posse aliquem detestari peccata quãtum sunt offensiua Dei, & talem actum esse insufficientem ad gratiam comparandam. Vnde non erit contritio, sed attritio, cum attritio sit quicunque dolor insufficiens per se ad gratiam sine sacramento comparandam. Tum accusat Magist. Soto Scotum, quod dixerit illam attritionem quæ iustificationem præcedit, esse meritoriam gratiæ de congruo, quod si

ut

ut ab Sc. fuit prolatum, intelligatur; erit summa laude dignũ. nunquam. n. Sco. per meritum de cõgruo opus cui de iustitia præmium debeatur, sed opus impetratorium intellexit, atque ita omnia opera bona facta ab existẽti in mortali; sunt impetratoria; quoniam hæc misericordiam diuinam excitãt: ut illi suam gratiam elargiatur. Lege Vegã in opus. de iust. q. 11.

Sunt qui affirmant; per pura naturalia Sco. intellexisse particulare auxilium, Deus creauit hominem propter beatitudinem, ut summum bonum intelligeret, &c. Aurh. B. Augus. Et quia ordinauit eum ad talem finem, instituit illi media ad finem illum consequendum tribuere: quæ quidem media cũ dentur toti naturæ humanę, ab Sco. naturalia appellata sunt, quæ Thom. etiam supernaturalia uocant.

Art. VII. An uirtute pœnitentiæ omnia merita propter peccatum amissa reparentur.

Alex. Alẽ. q. 57. m. 5. & 6 Bon. d. 14 ar. 2. per totum.

Quatuor sunt opin. Prima Henrici quolib. 5. q. 22. asserentis: omnes resurgentes a peccato uirtute pœnitentiæ recipere æqualem gratiam, a quacunque gratia eciderint, uel per quãcunque contritionem resurgant; sicut pueri ante usum rationis uirtute baptismi. Quæ opi. ut incredibilis ab omnibus refutatur. Secunda opi. est Gab. d. 14. q. 3. dub. 3. & citat Ocham, & comprehenditur hac propositione: Homo uirtute pœnitentiæ resurgit semper ad maiorem gratiam, & gloriam illa a qua cecidit. Hanc Almay. & Ioan. Maio. d. 22. amplexi sunt. Tertia opinio est B. Tho. q. 89. ar. 2. 3. & 5. quæ de sententia So. d. 16. q. 22. ar. 2. duabus propositionibus continetur. Prima, contritioni resurgentis respondet duplex gratia una contritioni tantum, altera & contritioni, & gratiæ & meritis præteritis. Secunda, gratia respõdens meritis erit secundum partes proportionales, præexistentis contritionis, & non secundum eius partes quantitatiuas. Quarta opinio est Sco. d. 22. art. 2. notabili. 3. q. 1. & cõprehenditur sequentibus propositionibus. Prima est, omnia merita mortificata reuiuiscunt uirtute pœnitentiæ ad tantam gloriam, &c. Secunda, non est idem habere plura merita reseruata in acceptione Diuina in ordine ad præmium pro eis reddẽdum, & habere maiorem gloriam intensiue, id est aliquis potest habere in uia plura merita, quã gratiam habitualem. Tertia, resurgens a peccatis resurget ad maiorem gloriam respondentem meritis, non tamen ad maiorem gratiam. Quarta, homo, resurgit ad maiorem gloriam respondentem meritis proprijs, non autem ad gloriam respõdentem gratiæ: opinatur enim Scot. gloriam non solum

respondere meritis, uerum etiam gradibus gratiæ, hanc opin. dicit Soto esse inopinabilem, quia ex ea sequitur, unum habitum habere duplex præmium. Respondeo, gloria, quæ respondet gratiæ, non respondet meritis nostris, sed Christi applicatis nobis per sacramẽta. Quia sicut ex opere operato datur certus gradus gratiæ: ita ex opere operantis datur aliquis gradus gratiæ. Vide Corollaria, quæ ibi Scotus infert.

CONCLVSIO.

Virtute pœnitentiæ homo ad gratiam, & uirtutes amissas reparatur. Patet Lucæ 15. ubi dicitur, filio prodigo datã fuisse primam stolam, per quam gratia amissa intelligitur, & alia, quibus uirtutes amissæ significantur.

CONCLVSIO.

Non semper ad tantum gratiam, quantam peccando amiserat, resurget, sed recipit illam iuxta contritionis mensuram. Ratio est, quia formæ recipiunt magis, & minus, intenduntur que, & remittũtur iuxta subiecti dispositionem, & cum cõtritione anima ad gratiam, quę est forma, disponatur, profecto gratia iuxta contritionis quantitatẽ infundetur, atque ita aliquando ad æqualem, nonnunquam ad maiorem, quandoque uero ad minorem gratiam deperditam resurgit.

CONCLVSIO.

Omnia merita, quæ fuerant per peccatum mortificata, uirtute contritionis restituũtur. Colligitur apud Ezechiel. si egerit pœnitentiam, impietas impij non nocebit ei. at si non uiuificarentur, noceret impietas. Ezec. 33.

CONCLVSIO.

Virtute pœnitentiæ redit homo ad maiorem gloriam, illa a qua ceciderat, quia redit ad omnem gloriam meritis reuiuiscentibus, & contritioni respondentem. Nam contritio quãuis non sit gratiæ primæ meritoriæ, quæ non cadit sub merito, gratiam tamen meretur.

CONCLVSIO.

In mortis instãti gratia meritis respõdens datur. Ratio est, quia gratia est præmiũ accidẽtale respondẽs meritis, & quemadmodũ tunc merita quo ad præmiũ essentiale, scilicet gratiã præmiantur, ita quo ad præmia accidentalia præmiabuntur.

Dffic. An illa opera etiam quoad satisfactionem reuiuiscant.

CONCLVSIO.

Ad satisfaciendum pro peccato futuro minime ualebunt. Ratio est, quia sicut contritio, & confessio non habentur de peccatis committendis, sed de commissis tantum, ita, neque satisfa-

satisfactio, est enim tertia pars pœnitentiæ, quæ nunquã pro peccatis futuris admittitur.

Art. VI. An peccata dimissa peccatore ad vomitum redeunte, redeant. Th. q. 88 reliqui d. 22. Ro. na. ar. 1.

Duę sunt opiniones. prima asserit, peccata dimissa absolute redire. Secunda affirmat, Deum non remittere peccata absolute, sed hac lege, & conditione, scilicet, si peccator non fuerit relapsus, utranque refutat S. Tho.

CONCLVSIO.

Peccata dimissa, quamuis peccator post pęnitentiam relabatur, non redunt simpliciter. Patet Naum cap. 2. non consurget duplex tribulatio, non puniet Deus bis in idipsum, & absq; dubio puniret, si peracta pęnitẽtia peccata iam dimissa iterum punienda redirent.

CONCLVSIO.

Peccata dimissa secundum quid, id est, ratione ingratitudinis redeunt. Ratio est, quia eo aliquis magis ad diligendum Deum, & illi obediendum obnoxius est, quo plura beneficia recipit. Et cum remissio peccatorum sit maximũ beneficium, cui remissa sunt peccata, deinceps si nõ diligit. erit maiori pœna, quam antea dignus. Hinc tanto peccata sequentia erunt grauiora, quãto aliquis pluries pęnituit, quia plura beneficia recepit. Appen. Sco. est q. 1. art. 3.

Peccata hoc loco redire, nihil aliud est, quam Deum grauius sequẽtia peccata punire habita ratione ad peccata iam dimissa, ut iudex, qui acerbius punit semel flagellatum, si relabatur, habita ratione ad pecatum iam dimissum, quam si nulla præcessisset peccatorum remissio. Appen.

Difficultas. An una auersio sit aliæ deterior.

CONCLVSIO.

A Deo ille dicitur magis aduersus, id est, inimicus, qui quãtum in se fuit, dedit maiorem aduersionis, & inimicitiæ causam. Probatur a simili, sicut in humanis, ille dicitur magis auersus ex duobus ab aliquo tertio, qui grauiorem intulit iniuriã.

Difficultas. An pœna damni sit in uno intensior, quam in alio.

CONCLVSIO.

Grauior quidem est, non in se, sed ex parte effectus, quam producit. Maiori namq; tristitia afficiuntur, qui intelligunt se a cœlo exulare propter grauiora peccata, quam qui propter minus grauiora. Priuatio siquidem uisionis diuinæ efficit in damnatus tristitiam, solum, quia uidẽt se propter sua peccata in æternum regno cœlesti priuatos. Quanto enim inter homines

mines exilium propter grauius peccatum impositum est, tanto magis exulem torquet. Nam pœna sine culpa inflicta aliquando delectat.

Scot. est ubi sup

Difficultas. An peccatum semel iam dimissum, possit secundum Dei omnipotentiam redire.

CONCLVSIO.

Posset Deus secundum suam omnipotẽtiam facere: ut peccata quoad pœnam redeant. Posset enim Deus instituere, ut peccatum dimissum propter reincidentiam puniatur, ac si nõ esset dimissum. Quod quidem non implicat aliquam contradictionem.

CONCLVSIO.

Quoad culpam uero impossibile est redire, nisi iterum committatur. Iam. n. esset aliud peccatum, & non præteritum, cũ sit alia uoluntatis operatio. Quinimo de sententia Thomistarum, & Ric. quando peccator in hac uita non satisfecit pro pœna temporali, in quam fuit peccatum commutatum, tale peccatum iam dimissum æternaliter in inferno punietur.

Ric. ubi sup. ar. 5.

Difficultas. Peccat ne grauius, qui cadit ab innocentia, an qui a pœnitentia.

Tres sunt opin. Prima Sco. ubi sup. dicentis, maiorem ingratitudinem esse cadere ab innocentia, quam cadere a pœnitentia. Sco. subscripsit Caie. contra S. Th. qui tenet oppositã opinionem. Tertia opi. est Ric. qui posita dist. utramque opinionem amplectitur.

CONCLVSIO.

Si quantitatem beneficij, contra quod peccatur. consideremus, maior ingratitudo est cadere ab innocentia, quam a pœnitentia. Quia eo grauius est peccatum, quo magis est beneficium acceptum, & longe maius beneficium est, aliquem post baptismum in statu innocentiæ conseruare, quam donum pœnitentiæ post peccatum concedere.

CONCLVSIO.

Si consideremus, & quãtitatem beneficij, & magis esse gratis datum, propterea quod accipiens erat minus dignus, grauius quidem peccat, qui à pœnitentia, quàm qui ab innocẽtia cadit. Ratio est, quia quo aliquis pluries pœnituit, eo grauius peccat. Plura. n. beneficia recepit, qui magis ad cauẽdum peccata obligabatur.

Appen.

Hinc sequitur: grauius peccare, qui cadit post originale, & actuale dimissum, quam qui post originale duntaxat, quod est ab innocentia cadere.

Dif-

Difficultas. An ingratitudo, qua peccatum dicitur esse grauius, sit circunstantia speciali lege prohibita.

CONCLVSIO.

Ingratitudo non est speciale peccatum, quãdo peccans nõ intendit Deum contemnere, sed est conditio peccantis cõtra Deum benefactorem. Non.n. prohibetur peculiari præcepto, neque est peculiaris actus, nisi quando fit ex contemptu.

Difficultas. An circunstantia ingratitudinis sit confitenda.

Scot. tenet esse confitendam generaliter tantum, dicẽdo, de multis peccatis hactenus pœnitui, & postea reincidendo in alia peccata fui ingratus, quia in singulis confessionib. emisi uotum. i. propositum non reincidendi, nihilominus tamen non tenetur ita illam confiteri, quia non est contra aliquod præceptum, quo prohibeatur. Hactenus de quæst.

QVAESTIO DE CONTRITIONE.

Art. I. De definitione Contritionis.

CONCLVSIO.

Contritio. est dolor de peccatis, quia fuerunt contra Deum commissa, cum proposito cauendi in futurum, confitendi, satisfaciendiq;, & cum spe ueniæ Diuinus obtinendæ. Hæc conclusio manifestabitur sequentibus difficultatibus, in quib. singulæ partes illius examinabuntur.

Ale. Alẽ. q. 67. usque ad q. 73. Vega. ca. 26. & 27. li. 13 sup. conc. Tri. Cast. uer. pœniten. cõtræ hær. 4

Difficultas. An contritio sit dolor actualis, i. dest actualis peccati nolitio.

Duæ sunt opi. Prima S. Th. d. 17. q. 2. Ric. loco cit. ar. i. Sco. d. 14. q. i. & aliorum qui tenẽt, pœnitentiam, siue contritionẽ esse actualem peccati nolitionem. Secunda opin. est Adr. q. i. de pœnitentia dicentis: peccatorem non posse habere istũ actũ; nollem peccasse, si esset possibile, sed simplex tantũ desideriũ placendi Deo, & quia Deo displicuit, ideo cõtristatur.

CONCLVSIO.

Contritio, est actualis nolitio peccatorum, nõ absoluta, sed conditionalis, ut nollem, si fieri posset peccasse, ex qua plerũque tristitia emanat. Patet, quia cum contritio sit actus amicitiæ erit actus uoluntatis detestantis peccatum, & cum non sit peccati nolitio, erit profecto nolitionis actus.

Al. Alẽ. ubi sup. art. i. q. i. Th. i. 2. q. 113. ar. 8 Dur. & Gabriel. ubi sup.

Diff. An talis nolitio debeat esse propter Deum offensum.

Omnes DD. tenent, dilectionem Dei esse necessariam ad perfectam pœnitentiam; ut doleat, scilicet, propter Deum offensum. Paludan. uero d. 14. dicit, non esse necessariam dilectionem

ctionem Dei, est autem sententia communis, quæ olim fuit opinio, iam canonizata in Concil. Trid. Sess. 6. capit. 6. ubi dicit, pœnitentiam a dilectione Dei exoriri.

CONCLVSIO.

Quem pœnitet peccatorũ propter gehennæ timorem, uel pœnæ temporalis pro peccatis infligendæ, is peccatorum remissionem non consequitur. Constat exemplo Saulis, Antiochi & Esau, qui non consequuti sunt sua pœnitentia peccatorum ueniam. Quia absq; charitate, & solo timore pœnarum, illos peccasse pœnitebat. *Heb. 11.*

CONCLVSIO.

Pœnitentia illius, quem solum pœnitet a more uirtutis, aut propter gloriam amissam nullius est fructus. Ratio est, quia ortum habet ex amore proprio, qui teste B. Augustino Babylonis Ciuitatem ædificat. *Aug. 14. de ci. dei. c. vlt.*

CONCLVSIO.

Pœnitentia absque sacramẽto sufficiens ad peccatorum remissionem, qualis est contritio, ex dilectione Dei proficiscitur. Definita est in Conc. Trid. supra citato, ubi ita legitur, peccatores incipiunt diligere Dominum omnis iustitiæ fontem, & propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem.

CONCLVSIO.

Vera pœnitentia, non solum ex dilectione Dei, uerumetiã ex timore gehennæ, spe gloriæ, & ex fide profluit. Definita est etiam in eodem Conc. Sess. 6. sic enim habetur. peccator adiutus fide, & concussus timore, erectusq; spe gloriæ, incipit diligere Dominum, & propterea mouetur in detestationem peccatorum.

Diffic. An requiratur actuale propositum cauendi in futurum, & auferendi omnes peccatorum occasiones.

Vega ubi sup. c. 21. & 22.

Duo sunt modi dicendi circa hanc difficultatem. Primus, scilicet, requiri actuale propositum, & citantur pro hac sententia Alexã. q. 69. m. 9. ar. 2. D. Tho. & Dur. d. 17. Sco. d. 14. q. 2. Caiet. in tractatu de cõtritione quæst. 1. Adrian. quo lib. 1. ar. 3.

Secundus autem modus est, quo dicitur sufficere uirtuale propositum cauendi peccata. Authores huius sunt de pœnitentia, q. 3. Maioris. d. 15. q. 1. Alyman. distinct. 14. quæst. 1.

CONCLVSIO.

De ratione pœnitentiæ est, habere actuale propositum, aut uirtuale cauendi peccata in futurum, & obseruandi omnia diuina mandata. Definita est in Conc. Flor. & Trid. Sess. 6. Can. 6. ubi

6.ubi dicitur, disponuntur autem peccatores ad ipsam iustitiam &c. quando mouentur per odium aliquod aduersus peccata,& dum proponunt seruare nouam uitam,& mandata diuina,& ante hæc concilia nunquam fuit locus opinionibus, quia nefas erat de hac re dubitare.

CONCLVSIO.

Quando tempore pœnitentiæ homo uitę futuræ recordatur,tenetur habere propositum actuale cauendi omnia peccata,& illorum occasiones, alioquin pœnitentia non esset fructuosa.Constat multis sacræ scripturæ testimoniis,quę a Doctoribus ubi supra,afferuntur.Confirmatur,Quia pœnitentia est actus perfecte amicitię,perfecta autem amicitia utrunque amplectitur,uelle.s.amico placuisse, & propositum placendi semper in futurum.

CONCLVSIO.

Aliquando excusatur homo a proposito actuali cauendi peccata in posterum,& tũc temporis uirtuale propositum est satis.v.g.Pœnitens præ nimio dolore non recordatur uitæ futuræ, et si recordaretur,efficacissime proponeret in posterum cauere,talis dolor est uirtuale propositũ, excusatur tunc pœnitens ab actuali,constat Dauidis exemplo, cui dicenti; peccaui,Respondit Nathan,transtulit Dominus peccatum tuum. Quem locum citans D.Aug.in homilia 14.ait,uide quantum ualeant tres syllabæ, nondum proposuerat Dauid futura mala cauere,& iam sufficientem egerat pœnitentiam.

Difficultas. An ad sufficientẽ contritionẽ actuale propositum confitendi tempore debito, & satisfaciendi requiratur. Ale. Alẽ. q.69.

CONCLVSIO.

Non est de ratione contritionis actuale confitendi propositum,cũ, uirtuale sufficiat.Ratio est,quia cum possit aliquis per solam contritionem, si habeat ignorantiam inuincibilẽ fidei absque actuali proposito Baptismi iustificari, ut constat exemplo Cornelij, poterit etiam absque actuali proposito cõfitendi &c.utrumque enim sacramentum est de necessitate salutis,quid,quia confessio,& satisfactio sunt actus exteriores, qui non sunt de quidditate Contritionis, quæ est actus interior,& de hoc uirtuali proposito loquitur Conc. Flor. ubi supra,& Concil.Complutense contra Petrum Oxomensem hæreticum,qui dicebat, peccata deleri per solam Contritionem sine confitendi proposito. Error.

Art.II. Quorum peccatorum sit habendus dolor.

In hoc articulo explicanda est particula in definitione Cõ

tritionis posita, nempe, dolor de peccatis.

Difficultas. An de peccato Originali sit habendus dolor.

CONCLVSIO.

Nequaquã est de illa necessario dolendũ, neque ex naturã sua per dolorem tollitur. Definita est Conclusio in cap. Maiores extra de Baptis. §. hic autem. Et ratio eiusdem textus est, quia cum contrahatur per nostrum consensum, sine nostrocõ sensu per sacramentum potetit remitti.

Difficultas. An sit necessario de veniali peccato dolendum.

Huic difficultati responsum est q. 1. de pœnitantia, art. 4.

Difficultas. An de mortalibus peccatis sit necessario habendus dolor.

D. Bona. ar. 1. q. 1. & 2. De peccatis commisis ante Baptismum q. 2. de susciptibus Baptismum, ar. penultimo, egimus, ubi refutata est opinio Caiet. dicentis, Baptismum non præsupponere actum pœnitentiæ virtutis, quam etiam ascribunt Sco, quia d. 14. q. 2 dixerat, Adultum duplici via posse habere primam gratiam delentem Originale, uel per bonum motum disponentem ad illam de congruo, uel per susceptionẽ Baptismi, ex qua distinct. colligunt Aduersarij opinatum fuisse, solam Baptismi susceptionem absque aliquo præuio dolore sufficere. Verumenimuero *Sco. lib.* Sco. d. 4. q. 54. ita dicit, fructus dicitur accedere ad Baptismum, qui habet aliquod præteritum peccatum, de quo nõ conteritur, nec attenitur, & hunc Deus non iustificat per Baptismum, de peccatis uero post Baptismum commisis, iam supra q. 1. de Pœnitentia, disseruimus, & infra etiam agemus.

Difficultas. An de peccatis alienis teneamur habere dolorem.

Ale. Alẽ. q. 69. CONCLVSIO.

Rom. 14. De alienis peccatis non est nobis dolendum. Ratio est, qa aliena peccata non auertunt nos a Deo. dicit enim B. Paul. unusquisque nostrum pro se rationem reddit Deo. Et nota, quod quãdo aliquis dolet quod fuerit causa alieni peccati, nõ de alieno, sed de proprio peccato dolet. & ita intelligẽdus est Ps. & ab alienis parce seruo tuo. Vnde sequitur, quod qui fuit causa peccatorum, consulendo, uel faciendo &c. quæ modo committentur, si semel egerit pœnitentiam præteriti peccati proprij, non tenetur postea illorum pœnitere.

Difficultas. An de peccato futuro sit habendus dolor.

CONCLVSIO.

Nequaquam. Ratio est, quia per illud nondum a Deo separati sumus, & qui habet propositum committendi aliquod peccatũ, illud propositũ nõ est peccatũ futurum, seu præsens.

Diffi-

Difficultas. An sufficiet ad veram contritionem generaliter de peccatis dolere, nulla illorum præuia recogitatione, An prius sint omnia in memoriam reuocanda.

Duæ sunt de hac q. contrariæ opiniones. Prima Antiquorũ; Alex. q. 69. m. 8. ar. 2. D. Tho. q. 82. ar. 1. Ric. d. 17. ar. 4. q. 2. Dur. d. 17. q. 2. quos sequuntur Medina, Cano. & alij, qui omnes tenent partem aientem. Contraria opinio est Caie. ubi supra D. Tho. q. 2. de Contritione. Idẽ uidetur sentire Sco. d. 15. q. 1. ar. 4. qui dicit, Satisfactionem interiorem (per quam contritionem intelligit) non esse necessario habendam singulorũ peccatorum secundum numerum, neque secundum speciem, sed satis esse ut omnibus peccatis unica satisfactio, id est, unica Contritio respondeat.

CONCLVIO.

Susceperus pœnitentiæ Sacramentum tenetur prius peccata omnia recogitare. Patet, aliter enim ex culpa sua non faceret integram Confessionem.

CONCLVSIO.

Ante Confessionem non tenetur habere peccatorum quę ad confitendum recogitauit, contritionem. Ratio est, quia nõ tenetur homo duplicem habere peccatorum contritionẽ, cũ Deus nõ puniat bis in idipsum; sed tenetur tantum ad hoc in ipsa Confessione. Nam si aliquis confiteretur peccata sua, & non haberet actualem illorum nolitionem in corde, ficte cõfiteretur, dicendo, dico meam culpam, me tale peccatum cõmisisse.

CONCLVSIO.

Inter confitendum tenetur pœnitens tot habere contritiones, & dolores, quot sunt confessionis actus. v. g. si uno actu confiteatur decem blasphemias, & alio decem fornicationes, singulis actibus, & nõ singulis peccatis singulæ contritiones respondere debent. Verum si confiteatur peccata singulatim, ut singula peccata eiusdem speciei, tunc tenetur habere singulas singulorũ peccatorũ cõtritiones. Quia singulatim singula confitetur, probatur. Nam aliter contritio esset ficta, quia aut dicit uerbo tantũ, dico meam culpã, & tunc ficta esset confessio; aut ex corde, & istud est habere contritionem, idest, dolorem. ita enim sumitur hic Contritio.

CONCLVSIO.

Qui non est susceperus sacramentũ confesionis, non tenetur ante Contritionem, omnia peccata recogitare, cum sufficiat habere unam generalem contritionem. Vt v. g. uellem

nunquam

nunquam ob Dei amorem peccasse,& propono deinceps omnia peccata uitare,manifesta est Conclusio.Nam si esset talis recogitatio necessaria,sequeretur hominē non posse subito iustificari,atque ita esset in uia, & extra statum salutis, ut si quis per spatium quatuor horarum posset tantum peccata recogitare, & esset iamiam morti proximus.

CONCLVSIO.

Vt contritio generalis sufficiat ad iustificationem,necessarium est, ut se ad omnia commissa extendat ad hunc,scilicet sensum,ut nullum sit peccatum,cuius si tunc recordaretur,nō pœniteret. Constat,Nam aliter non esset cōtritio generalis.

CONCLVSIO.

Quamuis ad iustificationem non sit necessaria peccatorū recogitatio,est tamen necessaria,uel ad restitutionem,uel ad satisfactionem. Ratio est,quia sunt quædam peccata,ad quorum remissionem est necessaria restitutio,in re,aut in uoto, vt peccatum furti,& infamiæ &c.quare erit necessarium,saltem post contritionem,peccata recogitare.

Art. III. An dolor de peccatis debeat esse maximus secundum intensionem.

Vide DD.in principio quæstionis citatos.Tres sunt opiniones.Prima Adriani q.2.de pœnit.art.2. & quolib.5.ar.3.& aliorū dicentium ad ueram pœnitentiā requiri: ut homo doleat secundum omnem suum conatum. Secunda opinio est Sco.d.15.q.1.§.ex hoc patet,de 4.ar.affirmat.n.requiri certam intentionem,s.quando pœnitentia habetur de multis peccatis simul,non sufficit contritionem esse remissam, sed debet esse certæ & determinatæ intensionis, ita qđ unus gradus intensionis respondeat uni peccato, & alius alij, quamuis non sit maximus, ut docet Adrian. Tertia opinio est communis, Ricard.d.17.q.5.8. & 9.art.1,lege Vegam a cap.23. usque ad 27 super Conc.Trid. qui negat hanc esse Ric.opinionem.

Al. Alē. tot.q.68. D. Bona. art.1.q.2 Duran. q.4.

CONCLVSIO.

Odium,nolitio,siue detestatio peccatorum, ut sit sufficiēs ad illorum remissionem quantum ad solam culpā,nō requiritur, ut sit maxima,quoad intensionem.Ilæc est B.Chrysost. & refertur canone.talis,de Pœnitentia,dis.3.ubi legitur.Quātulamcunque & quamlibet breui tempore gestā pœnitentiam Deus suscipit,nec patitur exiguę cōuersionis perire mercedē.

CONCLVSIO.

Odium siue detestatio peccatorum debet esse maxima,appreciatiue, id est, comparatiue, ad alias creaturas,ad hunc, scili-

scilicet, sensum, quod quando homo dolet, & conteritur potius eligat quoduis corporis, fortunæ, siue honoris malum quam Deum offendisse: ita ut odio habeat malum culpæ, plusquam cætera mala odio digna. Ratio est, quia actus perfectus charitatis est, diligere Deum super omnia appreciatiue id est, ut præ eius amore, & mandatorum obseruantia postponat omnia, & cum contritio sit actus perfectus charitatis, debet esse maximus tantum appreciatiue. Ita quod si daretur peccatori optio, potius deberet eligere mortem quantumcunq; ignominiosã quam uelle peccasse. Et nota, cum Alex. D. Tho. & Bona. d. 17. huiusmodi comparationes minime esse hominibus parum in uirtute exercitatis proponendas. Quoniam esset illis certissima ruinæ occasio.

DVBIVM.

Quare anima intensius odit malum pœnæ, quam culpæ, cum hoc magis noceat.

Respondeo, quia malum pœnæ est sensibile, & pro hoc statu mala sensu apprehẽsa magis mouent intellectum, & uoluntatem, quam culpæ malum, quod solum intellectu apprehenditur, cum sit spirituale.

CONCLVSIO.

Ad remissionem omnis culpæ, & pœnæ, necessaria est interior contritio pro qualitate, & quantitate peccatorum. Probatur, quia huiusmodi contritio quo intẽsior est, eo magis est satisfactoria, non solum pro culpa, sed & pro purgatorij pœna, & in hoc sensu loquitur Sco. quia huiusmodi contritionẽ, nominat totalẽ cõtritionẽ, id est, in totũ remittentẽ peccata quoad culpã, s. & pœnam. talis fuit contritio B. Magdalenæ.

Diffic. An contritio nimis intensa, quæ grandem generat tristitiam, sit laudabilis.

CONCLVSIO.

Si contritio est ex natura sua, eo est laudabilior, quo est intensior, quia cõtritio est actus charitatis, & charitas nõ habet medium: quemadmodum aliæ morales uirtutes habent.

CONCLVSIO.

Contritio intensa potest esse uitiosa, quando prę nimia tristitia, mors, aut corporalis ægritudo timetur. Confirmatur ex B. Paulo dicente: obsecro itaq; uos fratres per misericordiã Dei, ut &c. rationabile obsequium uestrum. *Rom. 12.*

CONCLVSIO.

Non licet pœnitenti de furto dicere, utinam ego commisissem adulterium, & non furtum, propter quod magis infamat

famat furtum, quam adulterium. Patet. Nam qui talem dolorem haberet, plus proprium, quam Dei honorem diligeret.

CONCLVSIO.

Integrum est pœnitenti ita dicere; utinam ego nunquam offendissem Deum: & esto; quod essem offensurus, mallem in minus graue peccatum incidisse. Nã huiusmodi dolor ex dilectione Dei profluit.

CONCLVSIO.

Qui paratus est ad eligendum grauiora peccata, ut uitet minus grauia: quia magis infamant, si sint mortalia peccata, mortaliter peccat; si uero uenialia, uenialiter. v. g. qui diceret si esset mihi peccandum, potius uellem commitere hæresim, quam peccatum nefandum, iste iam est hæreticus, si hoc ex animo dicit. Patet manifeste: quia pecatũ ideo peccatũ, quia uoluntariũ, & iste habet uoluntatem, & animum paratũ. &c.

Diffic. An sit actus charitatis eligere in seipso minus grauia peccata, propter grauiora in proximo uitanda.

Exempli gratia, si aliquis diceret, mallem ego committere furtum, quam quod Petrus blasphemaret.

CONCLVSIO.

Nullo modo licet hoc eligere. Ratio est, quia Ordo charitatis, qui est in præcepto, debet a seipso incipere.

Al. Alẽ. q. 68. m. 2. ar. 1. D. Bona. ar. 3. per totum Ric. art. 4. q. 6. d. 7. Hæc est Sc. liberator Cano.

Difficultas. An fas sit habere istum actum, potius uellem aliquod ueniale commisisse, quam quod Christus passus fuisset.

CONCLVSIO.

Haud quaquam fas est, nam passio Christi Iesu fuit maximum bonum, Deoq; maxime placens, ueniale uero nullo modo potest Deo placere.

Diffic. An requiratur extensio doloris per aliquam a Deo præfixam temporis moram.

Duæ sunt opiniones. Prima Scot. d. 14. cui subscripsit Caie. 1. de Contritione, & est affirmans. Secunda est communis, quam sequuntur omnes Neoterici, Vega vbi supra, cap. 23. Can. de pœni. par. 3. Soto. d. 17. q. 2. art. 4. &c.

CONCLVSIO.

Non est erroneum affirmare, requiri certã temporis moram, per quem dolor continuetur. Probatur, quia neq. est expresse contra sacram scripturam, neq; contra Ecclesiæ determinationem. Nam quod in contrariũ obijcitur Ezechiel 18. In quacunq; hora &c. non facessit negotium, quia ibi solum promittitur uenia pœnitenti. quocunque tempore pœniteat quandiu fuerit in hac uita; ita ut sit loci sensus; nulli ante mortem

tem uia salutis pręcluditur, non tamē quod statim in quocūque momento ueniam consequatur.

Deinde obijciunt Sco. sequi ex eius opinione, hominem esse in uia, & extra salutis statum. Cui obiectioni satisfacimus eadem ratione, qua Thomistæ opinionem S. Tho. defendūt, quia affirmat: ad contritionem requiri peccatorum recogitationem, ex qua quidem opinione prædictum absurdum sequitur, illi enim asserunt, esse intelligendum S. Thom. quando suppetit tempus recogitādi peccata. Perinde & nos affirmamus esse intelligendū. Sc. dicit desiderari temporis morā, nempe si adest temporis facultas. Nam si mors vrgeat, ab hoc præcepto plane excusabitur.

CONCLVSIO.

Ad totalem remissionem peccatorum quoad culpam, & omnē pœnam per contritionem, certa temporis mora, desideratur. Ratio est, quia quo peccata sunt grauiora, eo maior dolor desideratur, ut omnis pęnæ fiat remissio. Vnde ad remissionem culpæ. & omnis pœnæ maior satisfactio quam ad remissionem culpæ tantum: & per consequens, maior tēporis mora erit necessaria. Et hæc fuit Sco. & Caiet. opinio.

CONCLVSIO.

Ad remissionem culpæ, quæ fit per conuersionem pœnæ æternæ in temporalem, quantumcunq; sit culpa grauis, momentanea cōtritio sufficiet. Paret. Ezech. 33. si dixero impio, morte morieris, & pęnitētiam (quæ fieri potest in momēto) egerit, omnia peccata non imputabuntur ei. *Vegam lege.*

Hinc ad remissionem culpę tantū, non requiritur maior dolor de grauiorib. peccatis. Quia ut ex dictis cōstat, intēsio, siue extensio doloris ad remissionem culpæ non desideratur. Appen.

Ad remissionē culpæ, & omnis pœnæ uirtute contritionis quo sunt grauiora peccata, eo maior dolor exigitur. Legitur enim in Apoc. quantū glorificauit se & in delitijs fuit, tantū date illi tormentū. & in hoc sensu Sco. & Caiet. intelligūtur. Appen. *Cap. 18.*

Ar. IIII. An actus Attritionis idem numero possit fieri Contritio. *Al. Alē. q. 74. m. 5. Ric. 17 art. 1. q. 2 & 3. & 9. Sco. 14 12. Caiet. q. 1. de cōtritione.*

Duæ sunt opiniones. Prima & affirmans, est Ric. & Scot. & Caiet. Contraria est negans B. Tho. cui Gabr. adhæsit.

CONCLVSIO.

Citra sacramentū impossibile est, Attritionem eandem numero fieri Contritionem. Ratio est, quia Contritio est super naturalis actus, quoniam ex uiribus supernaturalibus elicitur.

CONCLVSIO.

Virtute sacramēti attritio potest fieri cōtritio. Quia ut infra dice-

dicetur, uirtute sacramenti attritus iustificatur. quare talis attritio erit sufficiens ad consequendam gratiam; atque ita fiet contritio Cæterum si loquamur iuxta sententiam Antiquorum S. T.ho. & Sco. Qui affirmant certam doloris intensionem, uel extensionem requiri, sit conclusio.

CONCLVSIO.

Attritio eadẽ numero potest fieri cõtritio. Ratio est, quia secundum istorum Doctorum opinionem attritio & cõtritio non differunt, nisi penes intensum & remissum, & quemadmodum eadem albedo numero potest fieri intensior: ita idẽ actus numero remissus, scilicet, attritio potest fieri intensus, id est, contritio.

Art. V. De necessitate, & præcepto Contritionis.

Sub alio titulo solet hæc q. proponi nempe, An requiratur motus liberi arb. in peccatum, ut homo iustificetur.

CONCLVSIO.

Pœnitentia interior formalis, ut est actualis dolor de peccatis, aut uirtualis pœnitentia, ut est martyrium, & dilectio Dei super omnia, est de necessitate salutis. Dicitur enim Lucæ 13. nisi pœnitentiam egeritis &c. quare in se, uel in suo æquiualenti erit pęnitentia ad salutem necessaria.

Difficultas. Estne ita sub præcepto, ut non pœnitere sit nouum mortale.

Communis est doctorum sententia, quos citat Vega, dicitque quosdam Thomistas opinatos fuisse, nullum de pœnitẽtia esse præceptum, licet sit ad peccatorum remissionem necessaria. Hoc sensit Mag. Victoria, ut in relectione de pœnitentia, parte 4. Magister Cano. scribit. Hęc autem opinio nũc est erronea.

DVBIVM.

Pęnitentia post peccatũ cõmissum, ita est sub præcepto; ut peccatũ nouũ mortale committat, si tempore, quo illam homo habere tenetur, nõ habeat; est enim in remediũ peccatorũ, uerbis cõminatorijs, quemadmodũ & Baptismus. instituta.

Difficultas. Tenebitur ne statim post peccatum commissum pęniteri sub noui peccati pœna.

Duæ sunt opiniones. Prima Alex. Alen. S. Tho. Ric. Sco. & reliquorum Antiquorum affirmantium, teneri ad pœnitendum, cum primum peccata memoriæ occurrunt.

Contraria opinio est Neotericorum, Caie. q. 3. de Contritione, Cano. de pœnitentia, parte 4. Medinæ Cod. de pœnitentia, & Soto. d. 17. q. 1. art. 6.

Al. Alẽ. q. 68. m. 2. art. 2. S. Tho. 1. 2. q. 112. ar. 1. et 2. & 3. reliqui d. 14. D. Bon. et Sco. q. 2. Vega lib. 13. & a c. 17. usque ad 20. Scoti est. Al. Alẽ. q. 68. m. 1. art. 2. Luc. 13. Ioan. 3. Al. Alẽ. q. 6. m. 2. D. Th. 12. q. 19 ar. 8. & 22. q. 62. ad ult. & d. 17 art. 1. Scoti & Ricar.

Con-

CONCLVSIO.

Ex parte finis, scilicet, ut homo Deo reconcilietur, necessarium est, statim post peccatum pœnitere. Ratio est, quia pœnitentia, est necessaria ad peccatorum remissionem. Vt apud D. Lucam constat. *Cap.13.*

CONCLVSIO.

Statim post peccatum cõmissum obligatione præcepti pœnitentiæ nemo pœnitere tenetur. Quia præceptum de pœnitentia est affirmans, quo actus uirtutis præcipitur, atque ita quo ad actum positiuum, non pro quocumq; temporis instanti obligat, quemadmodum præceptum Confessionis, quo nisi certo tempore non obligamur: ut ex superioribus patet.

CONCLVSIO.

Præceptum pœnitentiæ statim a peccato commisso quantum ad actum contrarium de non complacendo in peccato obligat; ita ut, si aliquando placuerit, mortaliter peccetur, si statim actus de quo complacentia habetur, non prohibeatur. Ratio est, quia omne præceptum affirmatiuum includit negatiuum de actu contrario obligans pro semper. v. g. Præceptum honorandi parentes includit hoc negatiuum, scilicet, nunquam uerbo, aut facto parentes inhonorabis.

CONCLVSIO.

Præceptum pœnitentiæ interioris obligat, quando mortis naturalis, aut uiolentæ periculũ imminet. Sicut enim tenetur unusquisque corpori, ne pereat, subuenire, ita & animæ suę per pœnitentiam, ne morte æterna damnetur; alioqui enim contra charitatem ageret. *Appen.*

Hinc, qui nouerit sibi insidias ad mortem parari, uel certissimum naufragium uiderit, sub nouo reatu pœnitere tenebitur: aliter enim constitueret se in periculo non adimplendi pœnitentiæ præceptum, post mortem namq. illud adimplere non potest.

CONCLVSIO.

Tenebitur quoque statim pœnitere, qui est sacramentum aliquod susceperturus, nã qui indigne ad sacramẽtum accedit cum sacrilegium committat: mortaliter peccat.

CONCLVSIO.

Ad hoc etiam obligatur, qui sacramentum aliquod est administraturus, Legitur enim Leu. 22. omnis homo, qui accesserit de stirpe uestra ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel Domino; in quo est immunditia, peribit coram Domino. Si igitur Sacerdos legis ueteris peccabat indigne *S. Th. 3. p.q.64. art.6.*

gne

gnè ministrando; multò magis profectò nouæ legis Sacerdos delinquet.

Difficultas. Quando confessio est sub præcepto deficiente Sacerdote, qui alicuius peccati mortalis recordatur, nunquid ad pœnitendum tenebitur.

V.G. qui apud Saracenos viginti, aut pluribus annis sine copia confessoris captiuus detinetur.

CONCLVSIO.

Tenebitur in tali casu pœnitentiam, idest contritionem habere. Ratio est, quia protrahens pœnitentiam per longum tempus in certissimo periculo peccandi mortaliter constituitur. Qui enim periculum amat, in illo peribit.

CONCLVSIO.

Qui ministraturus est aliquem sacramentalem actū, ut cōcionator, diaconus, subdiaconus, quāuis sit in mortali, non tenetur, ut ministerium suum exerceat, sub pœna noui peccati mortalis statim pœnitere. Quia non exercet aliquē actum in quo, uel sibi, uel alteri ex opere operato gratia conferatur.

Contrariam opinionem tenet Medina. q. 6. de pœnitētia supra 9. in quæst. de Ministro de sacra. in genere legito.

Difficultas. Teneturne homo diebus festis contritionem peccatorum habere.

S. Tho. 2. q. 12. art. 4. ad 3. & 27 q. 1

Duæ sunt opiniones. Prima Antiquorum. Nam S. Thomas tenet magis facere contra hoc præceptum, qui peccat in die sabbati, quam qui aliquod corporale opus facit. Scot. uerò non ita expressè hoc affirmat, nam in tertio lib. ita ait: præceptum diligendi Deum super omnia fortè obligat in die sabbati, unde Thomistæ colligunt affirmasse singulis diebus festis hominem ad contritionem obligari, cum Scot. dubitans loquatur. Gabri. ibidem, & summa Angelica. Verbo, Contritio, & uerbo, festum. Sco. adhæserunt.

Secunda, & contraria opinio est Caie. in opuscul. 9. de circunstantia diei festi quem omnes Neoterici sequuntur.

CONCLVSIO.

Non tenemur diebus festis ex præcepto Diuino habere peccatorum contritionem. Patet in Exo. ubi dicitur: memēto ut diem sabbati sanctifices. Et statim modus sanctificationis subiungitur, scilicet, non facies omne opus in eo tu, & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. ubi solū præcipitur quies ab operibus corporalibus seruilibus, non autem a seruilibus spiritualibus, qualia sunt peccata.

Dif-

Diffic. Post semel per actam pœnitentiam tenebiturne homo quoties suorum peccatorum recordabitur, pœnitere.

Hæc difficultas aliter a D.Thom. proponitur, scilicet, An teneatur homo pœnitentiam per totam uitam continuare, & alio etiam modo. scilicet, An quoties peccata practice occurrunt memoriæ, sit illorum pœnitendum. *q.89. ar. 8. & Al. Alē. q.68. m. 2. art. 2. & Bona. ar.3.q.2. dist.45. q.1.ad ubi.*

Duæ sunt opiniones, una affirmans S. Thom quam uidetur defendere Scot. Altera negans Caiet. quã omnes moderni amplectuntur.

CONCLVSIO.

Quotiescunque peccata practice occurrunt memorię, peccator illorum pœnitere non tenetur, quia cum non teneatur bis idem peccatum confiteri: neque de illo bis contritionem habere tenebitur. Non enim tale præceptum est nobis impositum.

CONCLVSIO.

Quando peccator est dubius; pœnituerit, nec ne uel pœnitere, uel conscientiã deponere tenebitur, alioqui enim aget contra conscientiam.

CONCLVSIO.

Quando periculũ complacentiæ de peccato præterito nõ imminet, illius peccati pœnitere nõ tenebitur cum suggestioni resistere sit satis. Nam per solam resistentiam potest remouere peccatum.

Difficul. Tenemurne de alienis peccatis habere dolorem?

CONCLVSIO.

Tenemur non complacere, quatenus sunt Dei offensa, & in proximorum detrimentum. Nam complacẽdo mortaliter peccaremus.

Art. VIc. An contritio sit remissionis peccatorum causa. *Al. Alē. q.76. 78 & 5.in ad 11.reliqui dist. 16.& 21 1.2.q.13. art.3. & in 3.p. q. 83. Scot. dist.14. q.1.*

Hoc est, an pœnitentia, ut informis, uel formata per gratiam, sit causa remissionis peccatorum: ita ut sit tituli sensus, quæ istarum propositionum sit uerior, scilicet, quia homo pœnitet, remittitur culpa, & quia culpa remittitur, gratia infunditur, uel e cõuerso, cũ utrum q; in eodem instanti tẽporis sit.

Quatuor sunt opiniones. Prima S. Thom. affirmantis motum liberi arbitrij gratia informatũ, esse causam remissionis peccatorum.

Secunda est Sco. dicentis, pœnitentiã informẽ esse causã remissionis culpæ: formatã uero cõcomitari remissionẽ ipsã ita, ut de sententia Sco. hæc sit uera: quia homo pœnitet, remittitur culpa, & quia remittitur culpa, infunditur gratia. Hãc

opinionem dicit Soto esse Pelagianam. Nam inquit, si pœnitentia, prout informis, esset causa remissionis peccatorum, sequeretur primum hinc, nõ esse causam proprie, quia nõ esset meritoria de condigno. Secundo, remissionem peccatorum esse ex uiribus naturæ, quod est Pelagianum. Respõdendum tamen est: quod quamuis pœnitentia informis sit causa remissionis peccatorum, talem pœnitentiam non elici ex uiribus tamen naturæ, sed per auxilium speciale, unde sequitur, nos uiribus naturæ non iustificari. ut asserebat Pelagius, qui speciale auxilium negabat.

Sco. liberatur.

Tertia opinio asserit, peccata remitti per motum liberi arbitrij, scilicet, per pœnitentiam formatam, & istum actũ pœnitentiæ non produci a uoluntate, sed a solo Deo & in uolũtate habente se solum passiue recipi. Hæc opinio est erronea, & contra Conc. Trident. Sess. 6. cap. 5. ubi apertissimè tribuit Conc. libe. arb. actionem respectu iustificationis, & pœnitentiæ, quæ ad gratiam disponit.

Quarta opinio est quorundam distinguẽtium inter primã gratiam, quæ datur per solam pœnitentiam, uel uirtute sacramenti. Affirmantq. gratiam, quæ datur extra sacramentum, semper antecedere contritionem: ita ut iste ordo naturæ seruetur, scilicet Deus dat gratiam, & per illam homo detestatur peccata, ut ratione illius detestationis, siue contritionis iam formatæ, remittatur peccatum: at uero si homo accedat ad sacramentum attritus, dicunt, dari tunc primam gratiam uirtute attritionis, & formæ sacramentalis, atque ita gratiã non esse motũ liberi arbitrij priorem.

CONCLVSIO.

Actus pœnitentiæ informis, quatenus est dispositio ad gratiã, est remissionis culpæ causa. Ratio est, quia causa dispositiua est, quæ remouet prohibens formæ introductionẽ, qualis est pœnitẽtia informis respectu gratiæ, cuius introductio & infusio per culpã indimissam & præexistentem prohibetur. Cõmunis est opinio, atque in hoc sensu Sco. est intelligẽdus.

CONCLVSIO.

Pœnitentia formata est causa remissionis culpæ, nõ disponens, sed efficiens. Ratio est, quia Deus efficit remissionem culpę per infusionem gratię, & gratia operatur effectiue mediante pœnitentia, quare similiter & pœnitentia, cum sit gratiæ instrumentum.

Appen.

Hinc colligitur, non esse inter S. Tho. & Scot. aliquam repugnantiã. Nam Sco. ibi agit de remissione peccatorũ facta

dispoſi-

dispositiue, non autē de illa, quæ sit effectiue: nam dicit, pœnitentiā informē, quæ est dispositio præuia, remittere peccata. *Al. Alē. q. 76. 7. & 8. S. Tho. a. q. 6. usque ad 11. reliqui d. 16. et 21*

QVÆSTIO DE CONFESSIONE.

Articulus. 1. An Confessio sacramentalis sit de iure diuino.

CONCLVSIO.

Confessio sacramentalis est a Christo Iesu instituta, & ex consequenti de iure Diuino. Definita est hæc Conc. in cap. ad abolendam, de hæreticis, & in Conc. Flor. & Trid. Sess. 14. cap. 5. & 1. can. 3.

Sex fuerunt errores, qui prima concl. confutantur. 1. Glossatoris Decreti in principio d. 5. & Panormitani in cap. omnis utriusq. & D. Bona. ubi supra, & citat Hugonis authoritatem asserentium fuisse hoc sacramentum ab Ecclesia institutum, fuitq. condemnatus error hic tempore Sixti 4. in Conc. Conplutensi contra Petrum Oxomensem. *Al. Alē. q. 76. m. 2. d. Tho. q. 6. ar. 2 reliqui d. 17. d. Bona. ar. 1. q. 3. Ric. ar. 2. q. 3 Scot. q. 1. Dur. q. 8 Error. Glos. Decreti Panor. et d. Bona. & Hug. cant. legēdi. dd. ubi sup. Al. Alē. ar. 3. §. 1. d. Bona. q. 2. Ri. Sc. & dur. et D. Th. ibi dem. Al. Alē. ar. 3. §. 2 d. Bon. q. 2. B. Th. & dur. ubi supra*

Secundus Iacobitarum affirmantium, Confessionem, nec esse de iure Diuino, neq. de iure ecclesiastico, & sufficere soli Deo confiteri. Dicebantq; confessionem hanc esse utilem saltem ad humilitatem. Tertius Vuicleff. dicentis: esse inutilem & superfluam. Quartus. Lutheri docentis: partim esse necessariam, partim superfluam. Quintus Vualdensium existimantiū esse mortiferam. Vltimus eiusdem Lutheri, negantis absolutionem & confessionem esse sacramentum. Et ita gratiā non conferre.

Difficultas. An confessio fuerit de lege naturali.

Nota Confessionem quandam fieri soli Deo, quandā uero homini potestate clauium.

CONCLVSIO.

Confessio quædam est de lege naturę. Nam contritio, quę est interior confessio, est de lege naturæ. Dictat namq; ratio naturalis, ut pœniteat nos Deum offendisse; talis fuit confessio Adæ Gene. 3. & Iob c. 31.

CONCLVSIO.

Confessio quæ fit ministris Ecclesiæ non fuit in lege naturæ. Nam in lege tantum Euangelica datæ sunt Sacerdotibus claues regni cœlorum, quib. sacramētaliter peccata remittāt.

Diffic. An in lege scripta fuerit peccatorum confessio instituta.

Opinio fuit peculiaris Vualdensium in lege ueteri fuisse præceptum confessionis omnium peccatorum.

CONCLVSIO.

In lege scripta non erat sacramentalis confessio, qa claues ministerialiter ligādi, & absoluēdi solum Sacerdotib. Euāgelicis

licis cõcessæ fuerunt. Oppositum enim esset erroneum. Quia nouæ legis Sacerdotes nõ essẽt tunc illis multo præstãtiores.

CONCLVSIO.

Generalis omnium peccatorum cõfessio olim nomine totius populi fiebat per Sacerdotem dicentem, Peccauimus cũ patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Legitur enim Leuitici 16. Sacerdotem totius populi peccata generaliter confiteri.

CONCLVSIO.

Al. Alẽ. m. 2. ar. 3 §. 3. & m. 3. ar. 1 & 2. D. Bon. q. 3. S. Th. ar. 1. & d. 17. q. 3. ar. 1. q. 1. & sequẽtibus. Ric. Sc. & durand. ubi supra.

Quorundam peccatorum publicorum in lege ueteri erat publica & peculiaris cõfessio, non tamẽ sacramẽtalis, ut reus a Sacerdote absolueretur. Hæc ex toto Leuitico constat. Vbi legitur pro peculiaribus peccatis fuisse peculiares Hostias. Vn de Hostiæ oblatio peccatorum fuit confessio, non occultorum, quoniam esset tunc contra legem naturæ, seipsum diffamare.

Diffic. An sit confessio a Christo tanquam necessaria ad salutem institutæ, ut est Baptismus.

CONCLVSIO.

Ricar. est ubi supra ar. 2. q. 1 & contra Magistrũ Cano.

Sacramentalis confessio non est in re ad salutem, neq; ad iustificationem etiam post Baptismum necessaria; quia neq; Baptismus in re est necessarius, cum sufficiat in uoto: tum quia obligaretur homo ad impossibile: ut si in articulo mortis deficeret minister.

CONCLVSIO.

Hæc est Ric. ubi supra, & Adria. q. 1. de confessione ad 2. & Sc. contrà S. Th. d. 17 ar. 1. q. 1. Alb. 10

Confessio est necessaria ad salutem finalem: saltem post Baptismum, in re, si adest confitendi facultas: sin minus, in uoto erit satis. Conc. hæc est definita in Concl. Trid. expresse Sess. 14. can. 6. quia nullus ad impossibile obligatur.

CONCLVSIO.

Ad salutem finalem consequendam, quando non est copia cõfessoris, satis est habere desiderium uirtuale, seu implicitũ. ita quod si tunc haberet copiam cõfessoris, uere confiteatur. Ratio est, quia uotum confessionis potest contineri in cõtritione, & ideo non requiritur actuale confessionis uotum ad salutem finalem.

CONCLVSIO.

Ad iustificationem uirtute Contritionis nõ requiritur uotum actuale, siue propositũ faciendi confessionẽ sacramẽtalem. Nam sufficit uirtuale. Patet, quia cũ nõ requiratur uotũ actuale Baptismi ad iustificationem in uia, ut cõstat exemplo Cornelij, neq; uotum actuale confessionis erit necessarium.

Vtrun-

Vtrunque enim sacramentum est ad salutem necessarium.

Difficultas. An sit de necessitate sacramenti, ut fiat uni Sacerdoti ad aurem.

CONCLVSIO.

Christus Iesus instituit auricularem, siue secretam cõfessionem. Definita est expresse in Cõc. Trident. Sess. 14. cap. 5. & can. 6. ubi ita legitur, si quis dixerit, modum secrete confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Cathlolica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum: anathema sit.

Hinc intelliges Cau. esse Caiet. super Ioã. cap. 20. ubi duos errores affirmauit, unum institutam fuisse a Christo cõfessionem uoluntariam, cum sit ab Ecclesia definitum: necessariam esse ad salutem. Nam quod est uoluntarium, ut religionis ingressus, non est ad salutem necessarium. Alterum, scilicet, modum confitendi ad aurem non esse a Christo institutum, & hic error est in Conc. Trid. citato damnatus.

Difficultas. An sit ita de iure diuino iste confitendi modus ut sit quoque de essentia sacramenti.

CONCLVSIO.

Non est modus iste secrete confitendi de essentia sacramẽtalis confessionis. Nã & si publice fiat, erit sacramentalis. Definita est in Conc. Trid. ubi supra his uerbis, cæterum quoad modum confitendi secretum apud solum Sacerdotem, & si Christus non uetuerit, quin aliquis in uindictã suorum scelerum, & sui humiliationem delicta sua publice cõfiteri possit; non est tamen hoc Diuino præcepto mandatum: ubi aperte Ecclesia definit. Christum modum secrete confitendi instituisse, & publicam confessionem non prohibuisse.

Difficultas. An confessio sit sub præcepto.

CONCLVSIO.

Sacramentalis confessio non solũ est necessaria ad salutẽ. ut Baptismus, uerumetiam est sub præcepto Diuino obligãte transgressores ad mortale. Definita est in Con. Trid. Sess. 14. c. 5. ita enim legitur, inanis est eorũ calumnia, q sacramẽtalẽ confessionẽ a mandato Diuino alienam, & inuentũ esse humanum, atque a patribus in Conc. Lateranensi congregatis initium habuisse, docere non uerentur. Lege etiam can. 6.

CONCLVSIO.

Præceptum Confessionis colligitur ex cap. 20. Ioan. ubi dicitur. Accipite S. S. &c. hæc Concl. est definita expresse contra Caie. cap. 5, ubi supra in Conc. Trid.

Al. Alẽ. q. 76. m. 3. & 77. m. 5. ar. 8 Sco. ibidẽ Caiet. Cau.

Ale. Alẽ. ibid. Ric. d. 17. art. 3. q. 8. Sc. q. 1.

Vide castrum, ubi supra Ale. Alẽ. q. 76. m. & q. 77. m. 1. ar. 3 & m. 5. art. 7. reliqui dist. 17. d. Bo. ar. 2. q. 1. Ric. ar. 1. q. 4. Sc. q. q. duran. q. 9. S. Tho. ar. 1 ubi supra Cai. Cau.

Ex his colligitur, posse aliquem damnari propter solam sacramentalis confessionis omissionem: ut qui uirtute contritionis esset iustificatus, & in articulo mortis nollet confiteri, cum posset.

Difficultas. An fuerit semper hæreticum negare confessionis præceptum, uel de illo dubitare.

Duæ sunt opiniones. Prima Adria.q.2.de confessione,qui tenet patrem affirmantem. Secunda est Medinæ Cod.de pœniten. in q. de necessitate confessionis,asserentis, olim non fuisse hæreticum, sed sapuisse hæresim.

CONCLVSIO.

Ante Concil. Later. erat hæreticum negare necessitatẽ cõfessionis:negantes tamen non erant hæretici. Ratio est,quia nondum erat ab Ecclesia declaratum &c.

Art. II. Qui teneatur ad confessionem.

Absoluetur articulus aliquot difficultatibus positis.

Diffic. An sit omnibus hominibus, etiam infidelibus confessionis præceptum impositum.

Al. Alē. q.77. D. Th. ar.3. D. Bon. ar.2.q.1 Sc. q. 1. ubi supra Al. Alē. q.m.1. Ric.ar.9. q.4. reliqui ubi supra. Scot. liberatur

Duæ sunt opiniones. Prima Ric. affirmantis: infideles teneri,quatenus est præceptum Diuinum:hunc sequuntur: Angelus uerbo,Confessio.7.§.2. & Gabr.d.17. hanc opinionem falso tribuunt Sco.d.17.q.1. ubi agit contra Glo.asserentem, esse tãtum ab Ecclesia institutam. Ait enim,quia sequeretur, quod infideles non tenerentur ad confessionẽ. Vbi, ut dicit Adrianus,argumentatur Sco.ad hominem in materia confessionis,quoniam Canonistæ affirmant infideles teneri ad confessionem. Contra inquit Scot.si confessio esset tantumde iure Ecclesiastico, sequeretur infideles non teneri ad confessionem,cuius oppositum Canonistæ affirmãt. Quid.quod d.4. lib. 4.docet Scot. peccata commissa ante Baptismum non esse materiam confessionis.

Secunda opinio est communis, scilicet,infideles non obligari confessionis præcepto, ita quod non peccabunt, sicut peccant non recipiendo Baptismum.

CONCLVSIO.

Nullo iure tenentur infideles ad sacramẽtalem confessionem. Ratio est, quia cum non teneantur post Baptismũ peccata confiteri ante Baptismum commissa,multo minus ante Baptismi receptionem ad illorum confessionem obligabuntur. Sunt enim commissa extra Ecclesię iurisdictionem.

Appen. Hin sequitur: quod si damanati ad uitam redirent,non tenerentur peccata in inferno commissa confiteri.

Diffic.

Difficultas. An Papa teneatur ad sacramentalem suorum peccatorum confessionem.

Vide Ric. ar. 9. q. 5. & S. Tho. et D. Bon. dist. in. Ca. de mini. stro huius sacramen. u. Ric. est. uai supra ad 3.

CONCLVSIO.

Papa alicuius. p. M. conscius ad sacramentalem confessionem obligatur, quia quę sunt iuris Diuini, & ad salutem necessaria, ut est pœnitentia, omnes obligant.

CONCLVSIO.

Papa non tenetur ad annuam confessionem, ita ut mortaliter peccet, si per totum annum non confiteatur. Patet: quia nō obligatur legibus Canonicis a se latis. Nullus enim habet supra se iurisdictionem, neque alij Ro. Ponti. quia par in parem non habet potestatem.

CONCLVSIO.

Ratione uitandi scandali tenetur Papa, saltem semel in anno confiteri: esset enim alijs occasio ruinæ, præsertim cum teneatur aliquando publice, uel communi care, uel celebrare, & tunc Diuino tenetur iure, sacramentalem confessionē præmittere, ut patet supra q. 2. de Eucharistia.

Diffic. A quo sacerdos Papam absoluens facultatem habet.

Lege Magistrum Cano. in prælectione de pœnitentia, parte 5. ubi affert tres opiniones: & prima est S. Tho. D. Bon. ubi supra quibus adhæsit Turrecremata de Potestate Ecclesiastica, lib. 1. cap. 89. Secunda opinio est Paludani d 19. q. 2. asserentis, habere authoritatem absoluēdi, non a Papa, sed a Christo. Tertia est Caie. ubi supra S. Tho. ad primum dicentis, iurisdictionem, quam habet sacerdos absoluendi Papam, nec esse a Christo, neque a Papa, ut dicit Paludanus: neque a Papa tanquam a superiore sui ipsius, ut dicit communis opinio: neque ab Ecclesia, sed solum ex electione per hoc, scilicet, quod Papa se subijcit illi, illumque eligit. Est & 4. opinio, qua tenetur quod quemadmodum in receptione ordinis datur cuicunq; simplici sacerdoti potestas iurisdictionis respectu uenialis, & mortalis, quæ pœnitens alias confessus est, & etiam respectu cuiuscunque peccatoris in articulo mortis: ita datur tunc iurisdictio eidem sacerdoti absoluendi Papam.

Vbi supr. S. Thom.

CONCLVSIO.

Quarta opinio est probabilior, & probatur antiquissima Ecclesiæ consuetudine. Nam a temporibus Apostolorum sēper Papa confessus est sua peccata cuicunque sacerdoti, tanquam Ecclesię ministro, tenenti authoritatem a Christo Iesu, qui uoce tenus hoc, quemadmodum & alia multa Apostolis declarauit.

Sco.d.17 q.i. *Difficultas. Quæ ætate pueri ad confessionem suorum peccatorum tenebuntur.*

CONCLVSIO.

Quam primum scit puer, uel puella discernere inter bonũ & malum, etiam ante 14. ann. tenetur ad cõfessionem. Ratio est, quia ante 14. annum potest mortaliter peccare, & mortale non dimittitur, nisi per confessionem in re, aut in uoto; quæ est ad salutem necessaria.

DVBIVM.

An pueris ante 14. annum, & puellis ante 12. possit Eucharistia ministrari.

CONCLVSIO.

Si examinati penetrauerint quanta cum reuerentia, & timore accedendum sit ad Eucharistiam, & quid sub speciebus illis lateat, maioremque dispositionem esse faciendam ad susceptionem Eucharistiæ, quam aliorum ciborum; poterit illã sumere. Ait. n. B. Pau. iudicium sibi manducat, non diiudicans corpus Domini.

Difficultas. An mutus teneatur confiteri.

Tho. q.3. art.4. ubi sup. Scot. d.17. in solui. arg. Ric. ar.2 q.4. Caie. uer. cõfes. cond. 11. Al. Alẽ. q.77. m. 5. ar.9. reliqui d. 17. S. Th. q.9. ar.i. Sco. q.i. Ric. ar. 2. q.5. Ri. est & Sc. & cæterorum, ubi sup.

CONCLVSIO.

Tenetur per nutus & signa, communis est Theologorum sententia. Habet. n. fidem actualẽ incarnationis non ex audi tu, sed ex illustratione interiori S.S. qui nunquã deficit in necessariis. Et ita eo modo, quo potest, ad cõfessionẽ tenebitur.

Difficultas. An qui non habet sacerdotem sui idiomatis, teneatur per interpretem confiteri.

Non tenetur aliquis per interpretem confiteri. Ratio est, quia iugum Domini suaue est: atque ita neminem uoluit ad confessionem eo modo faciendam obligare, ut pœnitentis peccata in publico iudicio probari possent.

Contrariam opin. tenet Magist. cano. in relectione de pœnitentia, par. 5. ubi dicit in ar. mortis teneri ad confessionem per interpretem.

CONCLVSIO.

Si talis confessio fiat, erit sacramentalis. Confirmatur ex Conc. Trid. Sess. 14. c 5. ubi docetur; non esse de essentia confessionis, ut sit secreta, non. n. prohibetur, quin aliquis possit publice confiteri.

Difficultas. An teneatur aliquis deficiente sacerdote per epistolam, uel per internuncium absenti confiteri.

CONCLVSIO.

Nullus ad talem confessionem tenetur. probatur eodem

modo

modo, quo prima conclusio proxima.

Diffic. An si quis ita confiteretur, esset sacramentalis confessio. *Al. Alē. ubi sup.*

Palud. d. 17. & Adr. q. 1. de confessione ad 3. partem affirmatiuam tenent.

CONCLVSIO.

Talis confessio non esset sacramentalis. Probatur ex Can. quem pœnitet, de pœnit. d. 1. & est B. Aug. ubi dicitur, præcepit Dominus mundatis, ut se ostenderent sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda peccata, non per nuncium, nō per scripturam manifestanda. *Se. est d. 17. & Cā ie. in sum. uer. cōfessio, cond. 11.*

Difficultas. An habens tantum peccatum ueniale teneatur ex præcepto ecclesiæ singulis annis confiteri.

Duæ sunt opin. una affirmans & est Ale. q. 77. D. Bon. & Ric. ar. d. 17. Altera negans Sco. d. 17. q. 1. ar. 4. Adr. q. 4. de confessione ad argumenta Gab. eadem d. Caie. in addit. ad 3. par. & in 3. par. q. 65. ar. 2. ad 4.

Tenetur tamen, inquiunt, apparere coram prælato, & dicere gratias ago Deo meo, quod non sum cōscius alicuius mortalis: ut pastor nultum pecoris agnoscat.

CONCLVSIO.

Nullus habens tantum ueniale tenetur ex præcepto ecclesiæ semel singulis annis confiteri. Ratio est, quia illud præceptum ecclesiasticum de annua confessione, solum est quædā determinatio præcepti diuini quoad tempus, & cum præceptū diuinum neminem obliget ad confessionem uenialium (post sunt. n. sine pœnitentia remitti, in Purgatorio, & remittuntur de facto) neque præceptum ecclesiæ obligabit, & colligitur ex conc. Trid. Sess. 14. c. 5.

Difficultas. An qui tempore mortis loqui non potest, si generaliter confiteatur, ostendens tunsione pectoris contritionis signa, sit sacramenta liter absoluendus.

Duæ sunt opin. Prima palud. d. 21. q. 2. ar. 4. dicentis: sufficere generalem confessionem &c. quando specialis haberi non potest. Contraria est Abulensis super Matth. 16. q. 79. tenentis generalem confessionem per nutus, & signa non sufficere ad sacramentalem absolutionem.

CONCLVSIO.

Sola generalis confessio per nutus, pectus percutiendo, siue per uerba, non est materia huius sacramenti. Ratio est, quia sicut in foro exteriori nullus, ut homicida, damnabitur quamuis generaliter se homicidiam esse cōfiteatur, nisi aliquod peculiare

culiare homicidium probetur. Ita in foro animæ.

CONCLVSIO.

Quando aliquis præ maxima ægritudine non potest peccatum exprimere, si fuerit in mortis articulo constitutus, optimum erit consilium, ut Sacerdos aliquod peccatum particulare ab eo exquirat circa suum statum illum interrogando, & si pœnitens per signa illud expresserit, poterit tunc ab omnibus peccatis illum sacramẽtaliter absoluere. Ratio est, quia habet iam confessionis, & absolutionis materiam, & hoc modo intelligendus est Scot. dist. 21. q. 4.

Difficultas. Quis præter prædictos ad confessionem teneatur.

CONCLVSIO.

Omnis utriusque sexus fidelis cum ad annos discretionis peruenerit, tenetur proprio Sacerdoti peccata sua confiteri expresse definita est in Conc. Lateran.

Th. ar. 6. q. 6. Ric. ar. 9. q 7 Dur. q. 9

Difficultas. An possit Rom. Pont. in aliquo casu dispensare ne aliquis per totam vitam ad confessionem teneatur.

CONCLVSIO.

Papa non potest dispensare cum aliquo, ut non teneatur ad sacramentalem confessionem. Ratio est, quia confessio sacramentalis in re, aut in uoto est lapsis post Baptismum ad salutem necessaria, quemadmodum Baptismus. Et in ijs, quæ sunt ad salutem æternam finalem necessaria, Papa non habet dispensandi potestatem.

CONCLVSIO.

Quamuis id non possit, potest tamen dissimulare non compellendo per aliquod tempus ad confessionẽ, & hoc propter uitandum deterius malum, quod difficilius destrui posset: ut sunt hæresis & schisma.

CONCLVSIO.

Potest tamen iusta de causa dispensare cum aliquo, ut non teneatur ad annuam confessionem. Vt si fidelis uiueret inter saracenos, ne singulis annis ad terras fidelium ueniret ad quẽ

Ale. Alẽ. q. 87. reli qui d. 17

rendum confessorem, etiam si posset.

Art. III. Quibus temporibus confessio sit sub præcepto.

Absoluetur aliquod difficultatibus positis.

Bon. ar. 2 q. 2. Tho. ar. 5. q. 6 Ric. ar. 3 q. 6. Dur. q. 10.

Difficultas. An homo cum primum mortaliter peccat, statim iure Diuino confiteri teneatur.

Duæ sunt opiniones. Præceptum enim cõfessionis obligat duplici iure, Diuino, & Ecclesiastico. Et de Diuino est opinio Innocẽtij, & Archidiaconi sup caput, omnis utriusque sexus, & Guilielmi Parisiensis in tractatu de pœnitentia, qui tenent

partem

partem affirmantem.

Contra opinio est Theologorum ubi supra,& Adr. q. 3. de confessione.

CONCLVSIO.

Nullus tenetur de iure diuino statim post peccatum commissum confiteri. Ratio est, quia præceptum confessionis est affirmatiuum.

CONCLVSIO.

Confessio in uoto obligat iure diuino, quandocunque cõtritio est sub præcepto Ratio est, quia contritio includit in se uotum, id est, confitendi propositum, est enim altera pars pœnitẽtiæ, quale autem propositũ requiratur, supra explicatũ est.

CONCLVSIO.

Actualis confessio obligat, quando imminet certissimum periculum, uel mortis naturalis, uel uiolentæ. Articulus patet; quia est præceptum Diuinum confessionis, quod post mortem non potest impleri.

Hinc, qui ingressurus est ad bellum,& habet Sacerdotis copiam, & est conscius mortalis, si ante congressum belli non confiteatur, mortaliter peccat; perinde qui non confitetur, quando imminet certissimũ naufragium, uel quando aliquis scit mortis insidias sibi ab aduersarijs parari. Notanter dicitur, quando imminet certũ mortis periculum. Vnde excusantur a mortali mare ingredientes,& fœminæ partui proximæ; quia in mortis ar. potest aliqui uirtutes bullarum plenarie absolui, quod non conceditur incipientibus nauigationem, aut fœminis parturientibus. Appẽ.

CONCLVSIO.

Necessaria est sacramentalis confessio, quando est accipienda Eucharistia. Patet 1. ad Cor. probet autem seipsum homo &c. Vnde Conc. Trid. colligit præceptum Diuinum de cõfessione ante Eucharistiam præmittenda, sed de his supra de Eucharist. contra Caieta.

CONCLVSIO.

Est etiam necessaria, quoniã Ecclesia determinauit confessionis tempus. Ratio est, quia si secluso Ecclesiæ statuto, obligaremur ad confessionem in articulo mortis, aut semel in uita tantum, esset quidem fere impossibile integre confiteri præ nimia obliuione: quare etiam si Ecclesia tempus confessionis non determinasset, aliquoties cõfiteri iure diuino teneremur. Nam illo etiam ad integram confessionem obligamur.

Si

DVBIVM.

Si non esset ab ecclesia determinatum tempus, quorum iudicio standum esset.

CONCLVSIO

Episcopi, uel Papa essent consulẽdi, si non haberemus generalem declarationem. Probatur Deu. ubi ita præcipitur, si difficile, & ambiguum apud te iudiciũ esse prospexeris inter sanguinẽ & sanguinem, lepram, & lepram, surges, & uenies ad Sacerdotẽ Leui. generis, & ad iudicẽ, qui fuerit illo tempore. Vbi apertissime docet, S.S. consulendos esse Epi. quãdo dubiũ est, obligent ne præcepta affirmatiua tunc, an non, & ita olim Fab. Papa determinauit, ut cõfessio ter sing. ann. fieret.

Appen. Hinc collige, incepturum longã nauigationem, ita ut non possit intra tempus confiteri ab Ecclesia determinatum, teneri ex præcepto confessionem anteponere.

Appẽ. Obligatur etiam aliquis iure Diuino, quando imminet periculum carendi confessore necessario, quem nunc habet, & scit tempore confessionis determinato se non habiturũ. V.g. habet aliquis casũ Episcopo reseruatũ, quem modo præsẽtem habet, at neq; cõfitetur illi, neq; petit ab eo authoritatẽ, & ratione uitãdi scãdalũ, postea absẽte episcopo est celebraturus, aut communicaturus, tunc tenetur iure diuino confessionem præuenire. Nam ut Cathecumenus tenetur præuenire tẽpus Baptismi, si timet ministrum sibi defuturum, ita & hic tenebitur, quando non potest suo tempore fieri; illam præuenire, cum confessio sit necessaria ad salutem. Nota, certissimum periculum dici; quod frequentius contingit.

Al. Alẽ. sup in tit. an confes. sit sub præcep. Bon. & Ric. ib. Sto. q. 1.

Difficultas. An præceptum annuæ confessionis obliget transgressores ad mortale.

Duæ sunt opiniones. Prima communis affirmans d. 17. Altera negans solius Dur. d. 17. q. 4.

CONCLVSIO.

Peccatum annuæ confessionis obligat ad mortale. Ratio est, quia est præceptum Diuinum quoad tempus indeterminatum, determinatum uero ab Ecclesia, ut semel singulis annis impleatur. Quare mortaliter peccat illud transgrediens. Quia Ecclesia non imponit confessionis præceptum, sed tantum declarat præceptum Diuinum de confessione semel singulis annis fideles obligare.

CONCLVSIO.

Præceptũ Ecclesiæ de annua confessione non obliget præcise in quadragesima sed potest quolibet anni tempore adimpleri.

pleri. Patet quoniã in Can. omnis utriusq; sexus. Quemadmodum ieiunii, non ita & confessiones præcisum tempus definitur, sed solummodo dicitur, ut quilibet Christianus semel singulis annis confiteatur.

Hinc, si quis extra quadragesimam confiteatur, non erit transgressor præcepti de annua confessione. Appen.

Hinc, etiam si quis mense Ianuarij confiteatur, & postea in Paschate non sumat Eucharistiam, erit reus tantum præcepti Eucharistiæ sumendæ. *Hæc est can. sparte de pœn. & So. di. 18. q. i. ar. 4.*

Difficultas. Qui non est confessus per integrum annum poterit differre confessionem vsque ad finem anni sequentis.

Id est, eritne extra statum salutis, donec confiteatur? Duæ sunt opiniones. Prima B. Antonini, qui dicit non teneri usque ad sequentem quadragesimam. Secunda & contraria est Medinæ, Cod. De pœnitentia, q. de confessione semel singulis annis agenda.

CONCLVSIO.

Qui nõ est in quadragesima confessus, est extra salutis statum, donec confiteatur. Patet, quia hoc sacramentum est necessarium ad salutem, & sub præcepto singulis annis. Quare donec impleatur, erit transgressor reus æternæ mortis. illud siquidem est ad iustificationem necessarium, sine quo nulli iustificatio contingit.

CONCLVSIO.

Qui non recipit Eucharistiam in die Paschatis, non tenetur usque ad sequens Pascha illam recipere. Ratio est, quia præceptum recipiendi Eucharistiam non est ad salutem necessarium, quemadmodũ Baptismus. Et confessionis præceptũ.

Art. IIII. De integritate confessionis, deque eius materia.

Absoluetur aliquot difficultatibus positis.

Difficultas. Sitne veniale peccatum materia confessionis. *Al. Alẽ. per totum hũc ar. q. 77.*

CONCLVSIO.

Venialia peccata materia confessionis esse possunt. Patet. Quia Leo decimus inter art. quos contra Lutherum damnauit, fuit ille, quo dicebat in primitiua Ecclesia manifeste mortalia solum tractata fuisse. Estque laudabilis Ecclesiæ consuetudo confitendi uenialia, quę maximam habet authoritatem. Et habetur Sess. 14. cap. 5. Conc. Trid. *Ale. Alẽ. m. i. & 2. Bon. q. 2. & 3. Ric. ar. 3. q 4. Sco. 1. q. i. ni. sup.*

Difficultas. Sintne omnia mortalia peccata confessionis materia ita ut peccet, qui illa non confiteatur.

CONCLVSIO.

Omnia mortalia peccata occulta, siue publica, orisque si-

ne

ue cordis, aut operis, sunt materia confessionis, necessarioq; confitenda. Ratio est, quia finis huius sacramenti, quod est iudiciũ occultũ, nõ solum est, ut Deo fiat satisfactio, uerumetiã ut illi per hoc iudicium peccator reconcilietur. Et cum impossibile sit, hominem ex parte Deo reconciliari, esset enim tunc regni, & perditionis filius, impossibile profecto erit, unũ peccatum sine alio remitti, & per consequens erunt omnia necessario confitenda. Nam sacerdos, qui tunc iudex est, non potest causa ignorata absolutionis sententiam ferre. Fuit hæresis olim Vuicleff, & Petri de Osma asserentium prauas cogitationes sola contritione sine ordine ad claues absq. confessione in re, aut in uoto deleri.

Diffic. Sunne omnia peccata quantum ad numerum confitenda.

CONCLVSIO.

Iure Diuino tenetur homo omnia, & singula peccata sua confiteri. Ratio est, quia Deus neminem absoluit, nisi, quem sacerdos absoluerit. Vt constat Ioan. 20. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis &c. & cum neminem possit Deus de lege ex parte absoluere, neque sacerdos poterit. Et ut integre absoluat, præcedat integra confessio, necesse est. Iudex enim non potest nisi cognita causa iudicare.

Ale. Alẽ. m. 5. art. 2. Bon. & Rica. loco cit. & q. 9. Sc. q. i. dur. q. 15

CONCLVSIO.

Non tamen tenetur iure Diuino, nisi illa solum, quorum memoriam habet, confiteri. Definita est in Concil. Flor. expresse ubi ita legitur; Secunda pars pœnitentia sacramenti est hominis confessio, ad quam pertinet, ut peccator omnia sua peccata quorum habet memoriam, integraliter confiteatur. Et ita inteligendum est Caput. omnis utriusque sexus &c.

CONCLVSIO.

Iure Diuino ante confessionem mediocris saltem peccatorum inquisitio est præmittenda. Nam cum confessio integra sit de iure Diuino, & non possit quis integre confitere, *nisi* præuia suorum peccatorum recordatione, erit *necessario* talis inquisitio præferenda.

Appen.

Hinc, si ante confessionem nulla, aut minima peccatorũ recogitatio præmittatur, cõfessio erit dimidiata per accidẽs, & nulla, quare prius excitare debet memoriam discurrendo multipliciter per Diuina mãdata, per loca, tempora, negotia, personas, cum quibus conuersatus est post ultimam confessionem. Hęc est n. mediocris diligentia. Hoc consilium est commune, præsertim Scot. p. 17. ubi ait: pœnitens in reuocã-

dis

dis peccatis ad memoriam, tantã adhibeat diligentiam, quã tam in negotio arduo solent homines adhibere.

CONCLVSIO.

Peccator non tenetur facere totum, quod efficere potest ad memoriam peccatorum conseruandam. Nam tunc, uel obligaretur quamprimum peccaret mortaliter, adscribẽda peccata, & hoc non, quia constitueretur in periculo infamãdi se, si scripturam amitteret: uel esset illi statim post peccatum necessario confitendum, quod præstare non tenetur, quia ut semel in anno confiteatur, præceptum est.

CONCLVSIO.

Peccatis in memoriam reuocatis tenetur pœnitens singula singulatim, quando sunt diuersa specie, cõfiteri: colligitur ex Conc. Latera. & Flor. ubi dicitur, peccator confiteatur omnia id est, singula peccata singulatim.

Hinc, quando peccata sunt eiusdem speciei, poterit pœnitẽs plura unico actu confiteri dicens, quia decies blasphemaui, cõfiteor me decies blasphemasse, hoc enim modo singula peccata exprimet. Appen.

CONCLVSIO.

Quando pœnitens non est certus de numero peccatorum, satis est, ut probabilem numerum explicet, ut si dicat exempli causa, decies plus, minusue, hoc peccatum commisi, etsi postea recordetur duodecies peccasse, ad duo illa confitenda mi nima tenebitur, quia in additione paulo plus cõtinõtur: secus uero, si quater aut quinquies amplius se deliquisse recordet.

Hinc aliquot appendices inferũtur. Prima, unusquisque tenetur singulas cogitationes, orisq. & operis peccata singula confiteri.

Hinc, non satis erit dicere, fuit mihi cordi per mensem hominem interficere: desideratur enim ut exprimat, quotiés illud de nouo proposuit, quoties cum aliis tractauerit, & quoties alios, ut sibi opem ferrent, induxit. Appen.

Hinc, non opus erit consumi in inquirendo præcisum peccatorum numerũ, ut sint. 19. an 20. numero cum satis sit, plus minu ue addere. Appen.

Hinc, si pœnitens, ut maiori numero minorem comprehẽdat, pluries dicat se aliquod peccatum perpetrasse, quam perpetrarit, & hoc ex industria, irritat confessionem, non autem si bona fide, cum sibi ita esse uideatur. Ratio est, quia Deus a nobis minus, quam efficere possimus, postulat. Appen

Diffic.

Diffic. Quid si peccatorum recordatio impossibilis esse uideatur, vt si meretrix per triennium fuerit in loco publico, quomodo numerum exprimet.

CONCLVSIO.

Quando diuturna fuerit peccandi perseuerantia, tantaque frequentia, quod difficillimum sit peccatorum numerũ memoria tenere, satis erit tunc confiteri tempus, quo in peccato perseuerauit, vt meretrix biennio in lupanari posita debet ita confiteri: quotidie eram parata per biennium in loco publico, & sæpe opere, & cogitatione cum uarijs hominibus solutis, scilicet, & coniugatis peccaui &c. Ratio est, quia numerus peccatorum explicatur, ut intelligat Sacerdos pœnitentis statum, illumq; iudicare possit. Et si prædicto modo confiteatur, nullo melius illius statum intelliget.

Caiet. est ubi sup.

CONCLVSIO.

Si pœnitens diutius perseuerauit in peccato, & numerum peccatorum memoria tenere potest, ad numerum explicandum obligabitur: vt qui per annum fuit concubinarius, & cũ concubina, sicut cum uxore non uixit, facilè poterit peccatorum numerum explicare.

Appen. Hinc, facilius poterunt meretrices, lenones, usurarij, latrones, & cæteri per longissimum temporis spatium in peccato perseuerantes sua peccata confiteri, quam cæteri Christiani: quia solum tenentur explicare tempus, quo in peccato fuerunt, ad multitudinem peccatorum declarandam.

Appen. Hinc, Dei misericordia erga nos declaratur: ut pote, qui deterioribus hominibus tam facilem salutis viam præparauerit.

Appen. *Alex. Alen. q. 77 Soto in 3. D. Bona. vbi supra q. vltima. Ric. ar. 3. q. 5. Caie. in tract. de Confessione. q. 7.*

Hinc, si spatio trium tantum dierum, ita fuit aliquis amore inebriatus, ut numerum peccatorum non recordetur: satis erit, ut se trium dierum spatio ita amore excæcatum fuisse, confiteatur.

Qui confessus est tempus, quo in peccato perseuerauit, etiã si postea numerum recordetur, non tenebitur illum confiteri. Iam enim integram confessionem fecit, qua confessor eius statum intellexit. Est autem confessoribus maior ratio de proposito non peccandi pœnitentis, quam de numero peccatorum habenda.

Diffic. An circunstantiæ, quæ peculiari præcepto non prohibentur, sint necessario confitendæ.

CONCLVSIO.

Circunstantiæ quæ neque augent, neque minuũt peccatorum malitiã, necessario confitendæ non sunt. Cum enim nõ

sint

sint peccata, non sunt confessionis materia. v. g. si quis interdiu aut noctu, gladio uel fuste hominem interficeret.

CONCLVSIO.

Circunstantiæ, quæ omnino peccatorum malitiã minuũt, faciuntque esse ueniale, aut nullum, si factum in confessione exprimatur, necessario sunt confitendæ, ut si quis accedat ad alienam, quam inuincibiliter suam esse arbitrabatur, uel hominem ad sui defensionem interficiat. Ratio est, quia omittens huiusmodi circunstantias in confessione mortaliter peccat: mentitur enim mortaliter, cum mendacium mortale cõfiteatur: nisi ignorantia excusetur.

Hinc, qui hominem per ignorantiam inuincibilem interi Appen.
mit, uel qui alienum in extrema necessitate rapit, si cõfiteatur factum, tenebitur talem circunstantiam exprimere.

CONCLVSIO.

Quando circunstantia non in tantum minuit peccatum, ut omnino tollat mortalis malitiam, prætermissio tamen illius esset causa, ut pœnitens apud confessorem infametur, tenebitur talem circũstantiam confiteri, ut si puella metu mortis cõmisit stuprum, uel aliquis ut eleemosynam largiatur, furatus est alienum, tales circunstantiæ erunt exprimendæ, ut pœnitens suæ famæ consulat. Dicit enim scriptura: curam habe de bono nomine, nisi forte pœnitenti placuerit propter humilitatem suæ famæ, suoq; iuri cedere.

CONCLVSIO.

Quando circunstantia peccati malitiam minuit, & non altero modorum secundæ, & tertiæ conclusionis, pœnitẽs illa confiteri minime tenebitur, ut si dicet pœnitens, accessi ad pulchrã, captus maxima pulchritudine. Ratio est, quia hæc circunstantia potius est peccati excusatio, quam accusatio.

CONCLVSIO.

Circunstantiæ mutantes speciem in genere moris sunt necessario confitendæ, non autem quæ in genere naturæ. Ratio est, quia primæ prohibentur peculiari præcepto, non autem secundæ.

CONCLVSIO.

Circunstantię multum aggrauantes peccati malitiam, intra eandem speciem necessario confitendæ sunt. Ratio est, quia Sacerdos debet applicare medicinam iuxta quantitatẽ morbi; ut constat ex cap. omnis utriusque sexus, quod præstare non potest, nisi pœnitens circunstantiam notabiliter aggrauantẽ confiteatur. Nam si quis miles per annum simplicem

fornicationem commisit cum una tantum, iam tenetur illud exprimere, quia accessit ad illam, tanquam ad concubinam: estq. illi præcipiendum, ne cum illa familiare colloquium habeat. Quod quidem non esset imponēdum, si semel, aut iterū tantū illam cognouisset, niſi se, quoties illā alloquitur, exponi periculo peccādi mortaliter intelligeret. Hæc cōclusio est Alex. quē sequuntur Soto, Cano. Medina oppositū tenent S. Tho. D. Bon. & Dur. Sco. uero dicit, utile esse illas confitere.

Diffic. An circunstantia diei festi sit necessario confitenda.

Duæ sunt opiniones. Prima modernorum, qui tenent partem affirmantem. Secunda S. Thom.

CONCLVSIO.

Ale. Alē. ubi sup. Qui die dominico fuit fornicatus, uel aliud flagitium commisit, non tenetur hanc circunstantiam confiteri, non enim præcepta diuina secundum sensum spiritualem, sed secundum literalem tantum obligant.

Difficultas. An quodlibet peccatum in loco sacro commissum speciem mutet.

CONCLVSIO.

Circunstantia loci sacri solum mutat speciem, quando est peccatum furti, uel fornicationis, uel uiolenta sanguinis effusio. Ratio est, quia hæc tria duntaxat peculiari præcepto canonico prohibentur: in reliquis tamen est considerāda circunstantiæ grauitas. Nam si fuerit scandali causa &c. tunc erit cō fitenda.

Difficultas. An circunstantia stupri sit necessario confitenda.

V. G. confitetur uirgo, seu uir, qui neque fornicatione, neq; pollutione honestatem fregit: tenebiturne hic libidinosas cogitationes confitendo dicere se uirginem esse. idem, quæritur de eo, qui concupiscit uirginem, atque etiam primo actu, quo uir aut fœmina uirginitatem perdidit. Magist. Sot. affirmat in peccato cogitationis non esse necessarium stupri circunstantiam confiteri: at uero in actib. exterioribus bonum esse, si per fornicationem uirginitatem amiserit. Contraria opinio est comunis d. 17.

CONCLVSIO.

Circunstantia stupri tam cogitationis, qua actus est necessario confitenda. Probatur: idem Soto affirmat circunstantiā notabiliter aggrauantem esse necessario confitendam. Quāobrem cum stupri circunstantia notabiliter aggrauet libidinis peccatum, erit siue cogitatione, siue opere, a fœmina, siue a uiro necessario confitenda: quod intellige, niſi confessor sta-

tum

tum fœminę nouerit, ut in monialibus, quę si fuerit corrupta, non est necessarium hoc exprimere, cum sit circumstantia minuens, neque si fuerit uirgo, huius enim status hoc satis indicat.

Diffic. An pœnitentem ex ignorantia prætermittentem aliquod peccatum teneatur Sacerdos illud sciens illustrare, ut pœniteat, & confiteatur.

CONCLVSIO.

Quando pœnitens ignorantia iuris, aut facti laborans inquirit ratione scrupuli confessoris iudicium, in tali casu tenetur sacerdos ueritatem manifestare. Nam si ueritatem prætermittat, nil respõdendo, erit causa, ut pęnitens in aliquo errore constituatur; si uero mentiatur; peccat mortaliter. V.g. si mulier, quæ sciens nupsit consanguineo intra 4. gradum, ignorãs, hoc esse ab Ecclesia prohibitum, requirat confessoris iudicium, tunc etiam si sciret scandalum, siue peccatum oriturum, tenebitur ueritatem declarare.

CONCLVSIO.

Pœnitens culpabiliter ignorans, quæ ad fidei articulos pertinent, uel aliquod decalogi peccatum, necessario est a confessore, etiam non rogato illustrandus: ut; si fornicationem simplicem peccatum mortale esse nesciat. Ratio est, quia omnis Christicola tenetur credere saltem implicite quicquid Ecclesia credit, & omnia præcepta Decalogi scire, quorum obseruantia est ad salutem necessaria.

CONCLVSIO.

Quando pœnitens laborat ignorantia inuincibili iuris, uel facti eorum, quæ non omnes scire tenentur, si Sacerdos se nihil profuturum arbitretur docendo, non tenebitur illũ edocere. V.g. nupsit fęmina consanguineo intra quartum gradũ, uel quia ignorabat tale matrimonium esse prohibitum, quæ est ignorantia iuris, uel quia consanguinitatem, siue affinitatem nesciebat. si Sacerdos nihil se profuturum arbitretur, reticere tenebitur. Ratio est, quia talis ignorantia laborans nõ peccat. Etsi illuminetur, forte peccabit. Propterea, quod aut non petet dispensationem, aut dum petit, ad non suam accedet.

Si Sacerdos nouerit aliquam mulierem nubere proprio fratri occulto & adulterino, & sine scandalo separari non posse: illos docere minime tenebitur. Verum de his in flosculis 2. lib. de ignorantia latius. Appen.

Difficultas. Quid si pœnitens prætermittat aliquod mortale peccatum non ex ignorantia inuincibili, sed ex obliuione; eritne a confessore admonendus.

Duæ sunt opiniones. Vna negans Medinæ Codice de pœnitentia. Altera affirmans Caiet. in sum. uerb. interrogatione confessorum.

CONCLVSIO.

Non est de essentia sacramenti, ut Sacerdos interroget pœnitentem, quem credit, in reuocandis peccatis ad memoriam, debitam adhibuisse diligentiam. Quia interrogare peccatum oblitum, neque ad confessionis integritatẽ; neque ad absolutionem, & eiusdem peccati remissionem est necessarium. Peccatum enim oblitus, ut sæpe diximus, per gratiam sacramentalem remittitur.

CONCLVSIO.

In casu huius difficultatis confessor non interrogando pœnitentem mortaliter peccat. quia cum sit iudex, non potest iustam ferre sententiam, si ex negligentia interrogationum circunstantiæ necessario confitendę omittãtur. Dicitur enim in cap. omnis utriusque sexus, confessor diligenter inquirat peccatoris, & peccatorum circunstantias, quibus prudenter intelligat, quale debeat consilium & remedium adhibere.

Art. de casibus reseruatis explicandæ sunt tres difficultates.

Prima, an pœnitens habens casum reseruatum, si prius inferiori, quam superiori confiteatur, teneatur etiam superiori peccatum, cuius absolutio fuit reseruata, confiteri.

Secunda, si iste prius ad superiorem accedat, poteritne ille sola peccata reseruata confiteri, & postea inferiori reliqua.

Tertia, quomodo inferior aut superior in tali casu poterũt pœnitentem absoluere, quin cadat super omnia peccata absolutio.

Duran. d. 17. q. ult. 4. adducit quatuor opiniones, quarum Prima dicit, pœnitentem teneri bis integrè confiteri, primo inferiori, qui auditis omnibus eius peccatis reseruatis, & non reseruatis, debet illum ab omnibus absoluere, & iterum superiori integrè confiteri, qui illum uel absoluet, uel ad absoluendum inferiori remittat. Prima pars est erronea contra Conc. Trid. Sess. 14. Can. 11. ubi habetur: si quis dixerit, reseruationem non prohibere, quo minus Sacerdos a reseruatis uere absoluat, anathema sit. Secunda pars est falsa, quia Deus nunquam aliquem bis ad duas integras eorundem peccatorum confessiones obligauit.

Secunda

Secunda opinio asserit, teneri ad integram confessionẽ reseruatorum, & non reseruatorum inferiori faciendam, a quo sacramentaliter est etiam a reseruatis absoluendus, hac lege, ut postea coram superiore compareat, non ut ab illo absoluatur, sed ut uultũ pecoris agnoscat, qui debet sola peccata reseruata manifestare. Prima pars huius opinionis est contra conc. Trid. modo citatum. Secunda est condemnata ibidem Can. 11. ubi ita definitur. Si quis dixerit, Episcopos non habere sibi casus reseruatos, nisi quoad politiem exteriorem anathema sit. Hæc est Adri. ubi supra, qui existimat, pœnitentem habentem casum reseruatum, si sacramentaliter ab inferiori absoluatur, postea a superiori non absolui sacramentaliter.

Tertia opinio tenet, peccatorem in Deum, & in Ecclesiam peccare, & ab inferiori absolui sacramẽtaliter quoad Deum: a superiori uero, cui tenetur reseruata tãtum manifestare, absolui solum quoad Ecclesiam, non sacramentaliter. Vtraque pars huius opinionis etiam est erronea, ut constat ex concil. modo citato, & infra etiam dicetur.

Quarta opinio defendit, posse pœnitentem confessionem dimidiare, sola reseruata superiori confitendo, & non reseruata inferiori. Hanc sequuntur Caiet. in summa, uerbo Confessio cap. de Condit. condi. 10. & Soto. m. 4. d. 18. q. 2. ar. 5. quibus contradicit Magister Cano. in relectione de pœnitentia, parte. 5. de casibus reseruatis agens. His additur. Quinta opinio S. Tho. D. Bon. Ric. d. 17. qui tuentur, pœnitentem obligari ad integram confessionem, si prius inferiori confiteatur a quo debet absolui a nõ reseruatis, & remitti ad superiorem, a quo erit a solis reseruatis sacramentaliter absoluendus.

CONCLVSIO.

Quando casus habet annexam excommunicationem, si pœnitens inferiori prius confiteatur, & tenetur casum reseruatum confiteri, a quo nullo modo erit a non reseruatis sacramentaliter absoluendus, donec superior, a censura absoluat, uel absoluendi authoritatem inferiori concedat. Ratio est, quia excõmunicatio maior priuat a receptione Sacramentorũ. Vt in c. si celebret, de presbytero excommunicato celebrãte definitur. Vnde non erit absolutionis sacramentalis capax, donec per superiorem ab excommunicatione absoluatur.

CONCLVSIO.

Si pœnitens habens casum reseruatum, cui est excommu-

nicatio annexa, prius ad superiorem accedat, solum casum reseruatum confiteri tenebitur: a quo superior non sacramentaliter, sed a uinculo tantum excommunicationis illum absoluet. Talis enim confessio non est sacramentalis, sed iudicialis tantum a uinculo excommunicationis, qua quidem absolutione obtenta, pœnitens illud peccatum simul cum aliis inferiori tenetur confiteri: ut ab omnibus sacramentaliter absoluatur. Nam sublata censura per absolutionē superioris, talis casus non est amplius reseruatus, atque hic est mos, & consuetudo Romanæ Curiæ, ut Duran. & Canon. ubi supra affirmant.

CONCLVSIO.

Si pœnitens habeat reseruatum casum, cui non est annexa excommunicatio, & prius coram superiori compareat, tenebitur integre confiteri, & superior audire illius confessionē uel authoritatem concedere: aliter enim confessio esset nulla, quia integritas cōfessionis est de iure diuino: atque ita præsente sufficiente confessore, qualis est superior, non poterit pœnitens confessionem dimidiare. Hæc est Dur. Adr. & Can. contra So. & Caie.

CONCLVSIO.

Quando casus reseruatus non habet reseruatam censuram, si pœnitens absente superiore inferiori confiteatur: integre confiteri tenebitur. Patet: quia integritas confessionis est de iure diuino, & pœnitens habet præceptum integre confitendi eidem sacerdoti, quando nulla subest iusta causa dimidiandi confessionem: ut in hoc loco, ubi nulla est causa.

CONCLVSIO.

Si superior est præsens prius est authoritas postulanda, quā pœnitens absoluatur. Si uero sit absens, hac lege erit absolutē dus, ut habita opportunitate superiori confiteatur: uel ab illo authoritatem postulet. Ratio primæ partis est; quia quando superior est præsens, nulla subest causa diuidendi absolutionem: atque ita expectanda erit ante absolutionem superioris authoritas. Secunda pars etiam constat, quia in absentia prælati non habetur copia confessoris, quantum ad absolutionem casuum reseruatorum, & habetur quantum ad nō reseruatos. Vnde poterit a non reseruatis absolui, ut diximus Tho. est d. 17. 4. Ric. ibidem contra Dur. eadem d. & Adr. materia de casibus reseruatis.

Limitanda est hæc conclusio, ut intelligatur solum in casu necessitatis: quando pœnitens necessario propter uitandum scan-

candalum communicare, uel celebrare debet, & secũdo, quãdo casus non habet annexam excommunicationem. Nam si haberet; esset prius a superiore, quantumuis absente absoluendus, nisi in mortis articulo, uel in aliquo casu, de quo infra de excommunicatione, ut si aliquis occulte esset Papali ex communicatione ligatus, etsi non celebraret, sequeretur scandalum: posset ab inferiore lege prædicta absolui.

Difficultas. Si pœnitens obtenta authoritate a superiori fecerit confessionem irritam, uel si ficte confessus sit, tenebiturne iterum authoritatem petere.

CONCLVSIO.

Vide Sylu. confi. primo §. 19. Adr. in materia casuũ reseruatorum idem tenet. Appẽ.

Nõ tenetur authoritatem iterum ad absolutionem petere. Ratio est, quia authoritatẽ concedere, est casum reseruatum non reseruatum facere, & pœnitentem legitimam, uel illegitimam confessionem facere, non reuocat authoritatem semel a superiore concessam.

Hinc concessa semel a prælato authoritate subditis, omnia peccata illuc usque commissa desinũt esse reseruata, quamuis subditus ab illis non absoluatur.

Adrianus ibidem dicit; simplicem Sacerdotem, id est, carẽtem authoritate superioris ad audiendas confessiones posse a casu reseruato oblito post semel concessam authoritatem absoluere, quod est falsam. Nam licet possit a uenialibus absoluere, & a mortalibus debite olim confessionis, non tamen ab oblitis, quæ nunquam in confessione manifestata fuerunt.

Difficultas. Si superior nolit authoritatem concedere tenebiturne pœnitens illi confiteri.

CONCLVSIO.

Haud dubie tenebitur. Dicitur enim in cap. omnis utriusque sexus, teneatur confiteri proprio Sacerdoti: quod si alieno uoluerit confiteri, petat prius, & obtineat a proprio authoritatem, cum alias nõ ualeat absolutio, & cum proprius sacerdos respectu casus reseruati sit solus superior, sine huius licentia petita, & obtenta, absolutio erit nulla, quamobrem illi cõfiteri tenebitur.

Difficultas. Quando absolute prælatus authoritatem concedit, intelligiturne de reseruatis tantum ante commissis, uel etiam de committendis intra spatium a superiore concessum.

CONCLVSIO.

Extenditur etiam ad committenda intra spatium concessum. Ratio est, a simili in concessione bullarum: ubi authoritas casuum reseruatorum de commissis, & committendis in-

telligitur. Quare similiter quando conceditur authoritas ad tempus, nisi aliud a superiori prælato exprimatur.

Difficultas. Si Papa concesserit authoritatem a reseruatis facienti omnia, quæ in Iubileo continentur, si pœnitens v.g. feria sexta non ieiunauit, ut tenebatur, ualebitne reseruatorum absolutio, ante feriam sextam facta.

CONCLVSIO.

Valebit absolutio non reseruatorum quoad remissionem culpę, quia fuit uerum sacramentum: nihilominus pœnitens tenebitur iterum authoritatem obtinere, ut a reseruatis absoluatur. Ratio est, quia indulgentiæ tantum ualent, quãtum sonant, & non amplius. Et hæc authoritas fuit hac conditione concessa, ut pœnitens faceret omnia, quæ in Iubileo continebantur. Confirmatur, nam Romanus Pontifex rogatus, an ille, per quem stetit, quominus in Iubileo cõtenta impleretur, esset absolutus: non esse absolutum responderet.

Diffic. Qui in articulo mortis, uel propter aliud impedimentum fuit a censura, uel excommunicatione Papæ, uel alicui superiori reseruata absolutus, cessante illo articulo, siue periculo, tenebiturne iterum coram superiore comparere.

CONCLVSIO.

Tenebitur cessante tali art. uel impedimento, ut pro excõmunicatione satisfaciat: sin minus, redibit excommunicatio. Definita est in c. eos qui, de sent. exc. in 6. & animaduerte; hãc concl. ad alios casus reseruatos non extendi, quia cum sit constitutio pœnalis, non est applicanda.

Difficultas. Poteritne alius a Rom. Pont. in foro conscientiæ a censuris, sedi Apostolicę, & casibus cœnæ Domini, & a crimine hæresis hodie absoluere.

CONCLVSIO.

Poterunt mõ episcopi ab omnibus casibus Papæ reseruatis, dummodo sint occulti, absoluere. Definita est in conci. Trid. Sess. 24. c. 6. his uerbis: liceat episcopis. Et infra in quibuscunq; casibus occultis, & in foro conscientiæ gratis absoluere, &c. Idem & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ, eis tãtum, & non eorum uicarijs sit permissum hæc conc.

Appen. Hinc, ab excõmunicatione propter hæresis crimen soli Papæ reseruata, a qua etiam per bullas Cruciatæ nullus, præter Inquisitores, olim poterat absoluere, hodie (si tamen crimen fuerit occultum, ita ut non possit in iudicium deferri) episcopi, & non eorum Vicarij, qui modo in ecclesiis cathedralibus pœnitentiarij dicuntur, absoluere poterunt.

Diffic.

Difficultas. Quando ex confessione alicuius peccati timetur malum aliquod pęnæ, uel culpę poterit ne pęnitens illud peccatum celare.

Nota primum, quatuor possunt a pęnitente timeri: uel reuelatio certi peccati, uel ruina confessoris, ut si puella taceat turpes cogitationes ne præbeat sacerdoti illam sollicitanti sacrilegij occasionē, uel mors aliena, ut si pœnitens accessit ad sororem confessoris pęnitentis consanguineam, ex cuius circunstantiæ confessione timet ne soror dicta agnoscatur, & interficiatur, uel quarto infamia participantis in peccato, ut si pœnitens accessit ad matrem propriam, uel sororem confessori notam.

D. Bon. d. 21. a. t. i. q. 1. dur. d. 16. q. 4. Caie. uer. confes. cōdit. 10. adr. in materia confes. can. in 5. p. de pęnit.

CONCLVSIO.

Pęnitens qui potest confiteri alieno sacerdoti, peccat mortaliter, timens aliquod ex quatuor detrimentis positis, si proprio confiteatur. Ratio est, quia si cōfitetur illud proprio mortaliter peccat. Potuit. n. & tenebatur tale periculum alieno sacerdoti confitendo uitare; si autem illud taceat, peccat quoq; mortaliter, quia sine causa confessionem, quam potuit integram facere, dimidiat: potuit. n. ex licentia proprij, uel priuilegio superioris alieno confiteri.

CONCLVSIO.

Quando pęnitens non habet facultatem cōfitendi alieno, nec potest illam a proprio, uel a superiore obtinere, si sit tunc temporis confessio sub præcepto (& non alias; quia neque est celebraturus, neque communicaturus) uel quia esset scandalū non confiteri; in tali euentu tenetur peccatum, ex cuius confessione timetur, uel reuelatio, siue mors propria, uel alterius cælare. patet, quia præceptum de uitando in alio peccatum est naturale: & diuinū pręceptum uero de integra cōfessione est diuinum tantum, atq; ita in tali casu magis illud quā hoc obligabit, cum sint incompassibilia, & quia non habet copiā sufficiens confessoris. Nam extra casum necessitatis, quando confessio non est sub præcepto insufficienti confessoris non est confitendum, & tunc non est sufficiens confessor respectu illius peccati, ex cuius confessione scandalum, aut aliquis casus ex superioribus timetur; atque ita tale peccatum erit cælandum. Nullus enim a confessione integra excusatur nisi in casu necessitatis. Communis est DD. sent.

Th. Sylu. uer. confes. i. §. 18. Caietanus. ubi sup.

CONCLVSIO.

Quando timetur ex confessione pænitentis confessoris ruina, si confessor erat iam ad peccandum paratus, non erit tale peccatum in confessione cælandum: si enim Sacerdos

pro

proprius iam puellam sollicitauit, quam peruertere non potuit, non erit illi causa ruinæ puella, libidinosas postea cogitationes confitendo, atque ita non erit tale peccatum in confessione silentio inuoluendum.

CONCLVSIO.

Caieta. & Can. est cõtra cõem. Quãdo ex manifestatione alicuius peccati sequitur magna participantis, quem confessor bene nouit, infamia, tale peccatum erit prætermittendum. Ratio est, quia præceptum confessionis est tantum diuinum: præceptum uero, quo participãtis in crimine infamia prohibetur, est diuinum, & naturale, & *Th. & Duran. d. 16* est præceptum iustitiæ. quare ambobus concurrentibus potius *Bon. d. 21* secundum, quam primum obligabit. Est autem D. Bona. consilium notandum, scilicet, quando ad peccatum uitandum expedit doctorem aliquem consulere, tunc integrum erit, peccatum alienum extra confessionem detegere. Ratio est, quia propria salus spiritualis est conseruanda, & famæ alienæ anteponenda. v. g. si puella non posset se ab importunis Episcopi precibus liberare, tunc integrum illi erit Episcopi peccatum etiam cum illius infamia causa petendi consilij detegere.

Difficultas. Quando Sacerdos, & pœnitens sunt contrariæ opinionis, tenetur Sacerdos illum absoluere.

Quando pœnitentis opinio est probabilis, etsi Sacerdotis opinio probabilior sit, Sacerdos illi absolutionem neque debet negare, nec potest, nunquam enim absolutio neganda est, nisi propter mortale peccatum, & pœnitens illam tenendo non peccat.

Art. V. Quinam sunt sacramentis confessionis effectus.

CONCLVSIO.

Confessio ut est pars, uel quasi pars sacramenti pœnitentiæ & peccata remittit, & ut causa moralis, non uero ut in-
S. Th. tota q. 10. strumentalis, gratiam ex opere operato cõfert. Ratio est, quia sacramentum nihil aliud est, quam pars illius simul sumptæ. Vnde cum confessio sit pars sacramenti pœnitentiæ *confert* gratiam, ut dictum est. notanter dicitur, ut causa *moralis*, nõ ut instrumentalis, quia confessio præcedit tempore peccatorum remissionem, & sacramentalem gratiam: non enim gratia tempore confessionis, sed absolutionis datur, & causa instrumentalis simul cum suo effectu est. ut Arist. 2. Physi. docuit, oppositũ tenet So. in 4. d. 18. q. 1. ad 5. quod autẽ ut causa moralis operetur, constat: nã causa moralis est, quia mouet principalem efficientem ad operandum, qualis est confessio, quatenus est pars sacramenti, nam mouet Deum Opt. Maximum

mum, ut uirtute passionis Christi gratiam confitenti donare dignetur.

CONCLVSIO.

Confessio hæc in uoto non ex opere operato, sed operantis dicitur esse, & remissionis peccatorum, & gratiæ causa. Ratio est, quia per contritionem remittuntur peccata, & confessio in uoto pars contritionis est. *S.Th.q.9 ar.4.Ri. d.17.ar. 3.q.9.*

Art. Quæ nam sunt bona confessionis conditiones & quot numero.

CONCLVSIO.

xvi. sunt quę his distichis continentur. Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis. Atq; frequens, nuda, discreta, libens, uerecũda, Integra, secreta, lachrymabilis accelerata, Fortis, & accusãs, & sit parere parata. Ex his omnib. quatuor cõditiones sunt de essentia confessionis. Prima, ut sit accusans, non excusans, nisi sit circa aliquam circunstantiam minuente peccati malitiam, ut supra diximus. Secunda, ut sit integra, ut ex superioribus constat. Tertia, ut sit nuda, id est, ne uerborũ ambitu obscuretur, ut a Sacerdote circũstãtiæ necessariæ percipiãtur. Quarta est parere parata, scilicet, quoad satisfactionẽ, & restitutionem. Reliquæ conditiones ad decorem tantum confessionis pertinent, de quibus copiose Caiet. in summa uerbo confessio, & Soto in 4. d. 18. q. 2. art. 2. disputant. *Dd. d.17 Ric.ar. 2 q.3.Dur. q.13.*

Art. quando erit reiteranda confessio.

Articulus absoluetur nonnullis difficultatib. positis, quib. uariæ causæ ob quas confessio est reiteranda, explicabuntur.

Difficultas. An quando pœnitens ex malitia non integre confitetur, confessionem reiterare teneatur.

CONCLVSIO.

Quando confessio rationabilem ob causam dimidiatur, reiteranda non est, ut in 4. casibus 4. ar. de confessione dimidiata diximus. Ratio est. quia confessio non dimidiatur tunc, quando non habetur sufficiens cõfessoris copia, ut in casibus illis positis pœnitens non integre confitetur.

CONCLVSIO.

Quãdo ex malitia pœnitens aliquod mortale peccatũ prætermittit, non integre confitetur, & confessionem illam cũ sequentibus ex quo peccatum fuit prætermissum, reiterare tenetur. Ratio est, quia cõfessio integra est materia huius sacramenti. Vt definitum est in Conc. Flor. ubi habetur, materiã esse omnium peccatorum confessionem, quorum pœnitens memoriam habet,

Idem est iudicium, quando ex uerecundia, siue malitia omittit

mittit ueniale, quod mortale esse arbitrabitur; quoniã tunc peccat mortaliter. Nam agit contra conscientiam, atque ita confessio est mala.

CONCLVSIO.

Si pœnitens eidem confessori, cui dimidiata facta est confessio postea confiteatur, satis erit, malitiam dimidiationis, & peccatum prætermissum, confiteri. Ratio est, quia non est de essentia confessionis, ut confessor tempore absolutionis omnium peccatorum recordetur, præsertim cum imposuerit iã peccatori pœnitentiam.

Intelligenda est conclusio, dummodo postea non fuerit alteri confessus, tũc enim illa peccata etiã confiteri tenebitur: est etiam intelligenda, dummodo confessor tempore reiterationis sit legitimus, sicut fuit confessionis tempore.

Hinc si post biennium confessio reiteretur, & iam confessor non habet authoritatem, erit quærendus alius, cui integre confiteatur.

Durã. d. 17. q. 15. reliqui ubi supra Ricar. & Adr. est.

Difficultas. An confessio ex negligentia dimidiata sit reiteranda.

CONCLVSIO.

Accedens ad cõfessionem nulla prorsus facta peccatorũ recogitatione. peccat mortaliter, & illam reiterare tenebitur. Ratio est, quia dimidiata est ex negligentia latissima, quæ dolo, & malitiæ æquiualet.

CONCLVSIO.

Adr. est

Quando pœnitens aliquam diligẽtiam adhibuit, licet nõ exactam, si illam confiteatur: non erit reiteranda confessio, quia aliqualis diligẽtia in recogitãdis peccatis, & Sacerdotis, examinatio integram confessionem efficiunt.

CONCLVSIO.

Quando confessio est sub præcepto, & in periculo mortis pœnitens constitutus spacium recogitandi non habet, si tũc confiteatur: & si postea superuixerit, ad confessionem reiterãdam non obligabitur, quia in tali casu a peccatorum recogitatione excusatur.

Adr. est

Ricar. ab Adri. ubi supra.

Difficultas. quando ex ignorantia dimidiatur reiteranda est.

CONCLVSIO.

Quando pœnitens prætermittit aliquod peccatũ mortale inuincibiliter ignorans esse mortale, nõ est confessio reiterãda. Ratio est, quia cum non peccauerit, peccatum inuincibiliter ignoratũ cõmittẽs: ad eius confessionẽ nõ tenebitur.

CONCLVSIO.

Quando peccatum prætermittitur ex ignorantia culpabili,

con-

confessio est reiteranda. Ratio est, quia confessio fuit non integra ex parte pœnitentis, atq; ita sacramentum fuit nullum. De ignorantia autem quando a peccato excusat, in flosculis supra 2. lib. sent. inuenies. Appen.

Hinc, qui non est confessus fornicationē simplicē, tenetur reiterare confessionem, quia ignorātia culpabili mortale est se ignorabat. Adria. est ubi supra, & oppositum tenet Can. de pœnitentia, parte 2. S. Tho. d. 17. q. 9. art. 1. Cai. q. 5. de cō fessione et verb. Absolutionis impedimē ta Can. p. 5. de pœn. Sco. d. 18. q. 3. Adr. q. 5. de pœnit. dubio 5.

Difficultas. An confessio informis sit reiteranda.

V.g. quando sit a ficto pœnitentię, qui uel non habet dolorem, uel si habet, efficaci tamen proposito remouendi peccatorum occasiones caret. Duæ sunt opiniones. Prima affirmās S. Tho. Soto, Cano. hi omnes affirmant; aliquā esse reiterandam, aliquam uero non. Contraria opinio est Adria. scilicet quando sacramentalis absolutio non sortitur suum effectū, sacramentum esse nullum, & ex consequenti reiterandam.

CONCLVSIO.

Quando nullum habet pœnitens peccatorum dolorē, uel si habeat, caret tamen proposito deserendi statim peccata, cō fessio est omnino reiteranda. Communis est opinio, & oppositum erroneum: quoduis enim sacramentū materia deficiēte est nullum, ac perinde confessio cum careat dolore, uel proposito prędicto, caret materia, & ex consequenti est nulla.

Hinc, omnes confessiones meretricum, usurariorum, concubinariorum, & eorum qui ultionem iniuriarum quærunt, sunt etiam reiterandę. Nam licet habeant dolorem, tamē cō fessionis tempore in statu peccati perseuerabant. Appen.

Hinc, qui sua peccata tanquā historiā quandā in cōfessione narrent, sine dolore præcedēte, uel cōcomitante, non uere confitentur, & confessionem reiterare tenentur, nam deficit materia. Appen.

CONCLVSIO.

Qui habent attritionem propter metum gehēnæ, ita quod si gehennam nō timerent, peccarent, confessionem reiterare tenentur. Ratio est, quia cum illa attritio sit peccatum, nō poterit etiam mediāte sacramento esse dispositio ad gratiā.

CONCLVSIO.

Quando pœnitens habet aliquam peccatorū detestationē, quia fortasis solum ob pœnas temporales, uel propter infamiam, uel quia amisit aliqua bona temporalia, dolet, simulq. habet inefficax propositum cauendi peccata, atque hoc ad sacramentum sufficere, & ad nihil amplius obligari arbitratur,

tunc

tunc gratiam sacramentalem non consequitur, licet uerum recipiat sacramentum; ita ad reiterandam confessionē non teneatur. in hoc sensu est uera opinio B. Thom. & ita a Soto declaratur, & patet conclusio, quia talis pœnitēs propter propositum inefficax est fictus, atque ita non consequitur gratiam: nam Spiritus Sanctus disciplinę effugiet fictum, si enim uere pœniteret, efficaciter cauere peccata proponeret. Quod autem uerum recipiat sacramentum, constat. alioquin enim si tale propositum cum ignorantia ad hoc non sufficeret; semper deberemus omnes confessiones præteritas reiterare, quia nullus, qualem habuerit in illis confessionibus dolorem, qualeue propositum, recordatur. Notanter dicitur, in conclusione, si opinatur hoc ad sacramentum sufficere, quia si suæ indispositionis est conscius, & illam confitetur, non erit absoluendus, & Sacerdos illum absoluens erit sacrilegus; si illam non confiteatur, erit confessio dimidiata, & reiteranda. Quamobrem, ut ab obligatione reiterandi confessionem liberetur, ut non sit suæ indispositionis conscius, desideratur.

Ver. Absolutionis impedimēta et uer. Confessionis iteratio.

Diffic. An pœnitentiæ sacramentum fictione per contritionem recedente suum ut Baptismus sortiatur effectus.

Duæ sunt extremæ opiniones. Prima Caie. ubi hanc excellentiam Baptismi omnibus sacramentis tribuit. Can. parte 5. de pœnitentia, soli Sacramento pœnitentię illam concedit. Contrariam defendit Soto.

CONCLVSIO.

dist. 18. q. 3. ar. 3

Pœnitentiæ Sacramentum ficte receptum, si tunc fuit ualidum, omnem suum effectum sortitur, cum primum per generalem contritionem fictio deletur. Ratio est, quia cum pœnitens non teneatur habere propositum confitendi iterum illa mortalia peccata, quæ ficte confessus fuerat; quia sacramentum fuit ualidum, ut in prima difficultate diximus, profecto peccata illa habita ratione ad cōfessionem, aut ad absolutionem præteritam per generalem contritionem remittentur. atque ita recedente fictione suum sortitur effectum.

DD. d. 17 Dur. q. 13 & 14. Adria. q. 5. d. Confessio. Medin. c. de pœnit. Soto ubi supra.

Difficultas. Qui ficte in quadragesima confiteatur; & a Sacerdote non absoluitur, excusabiturne a præcepto Ecclesiæ de annua confessione.

Duæ sunt opiniones. Communis partem affirmantem defendit. Contraria opinio est Duran. Adria. Medinæ, Codice de pœnitentia. Idem uidetur sentire Soto.

CONCLVSIO.

Qui tempore quadragesimæ est impœnitens, si Sacerdoti

omnia

omnia peccata sua confiteatur, & impœnitentiam, ob quam sine absolutione relinquitur a præcepto Ecclesiæ de annua confessione, ita ut illius præcepti non sit reus, excusatur. Definita est expresse ab Alex. Papa cap. quod quidam, de pœnitentis & remiss.

DVBIVM.

Tenebitur ne Sacerdos sigillum secreti talis confessionis seruare.

CONCLVSIO.

Tenetur omnino, quia illa confessio est sacramentalis, est enim accusatio sui ipsius, & ex natura sua disponit ad sacramentum si ex parte pœnitentis non esset obex.

Difficultas. An pœnitens excommunicatus reticens excommunicationem teneatur reiterari confessionem. *Ange. Caie. ver. Absolutionis impedimenta. dist. 17. quæst. 1.*

Duę sunt opiniones. Prima Angeli & Caiet. Ver. absolutionis impedimenta, qui tenẽt, excommunicatum a peccatis, & non ab excommunicatione absolutum non teneri ad reiterandam confessionem.

Contraria opinio est multorum DD. quos sequitur Gab.

CONCLVSIO.

Excommunicatus ignorantia inuincibili iuris, aut facti laborans, si prius a peccatis, quam ab excommunicatione absoluatur, confessionem reiterare non tenebitur. Sacramentũ enim fuit ualidum, quoniam per ignorantiam inuincibilẽ pœnitens excusatur.

CONCLVSIO.

Si pœnitens fuerit excommunicationis conscius, & deposuerit contumaciam, & prius a peccatis, quam ab excommunicatione, absoluatur, erit reiteranda confessio: non enim durante excommunicatione est sacramentalis absolutionis capax, quamuis præstet iuramentum obediẽdi Ecclesiæ, ut constat ex cap. A nobis 2. de sent. excommunicationis. Et definitum est in cap. si celebret: de Clerico excommunicato celebrãte; quare multo minus poterit absolui, q fuerit contumax.

Difficultas. An qui mentitur in confessione imponens sibi aliquod ueniale, aut mortale, confessionem reiterare teneatur.

Caiet. in summa tenet peccare mortaliter, si proposuerit aliquod ueniale sic confiteri, sin minus, non, nisi uenialiter. Cõtrariam opinionem defendit Soto. *Verbo cõfessio, condition 4. d. 18. q. 2 art. 4.*

CONCLVSIO.

Qui finxerit in cõfessione aliquod mortale, mortaliter peccabit: & sacramentum erit reiterandũ. decipit nãque in re graui iudicem, & ponit obicem sacramento: & deest fidelis

matc-

materia huius sacramẽti, quia peccatũ fictũ non est materia.

CONCLVSIO.

Qui in Sacramento pœnitentiæ finxerit aliquod ueniale, nec peccabit mortaliter, etiam si intendat omnia peccata uenialia confiteri: neque sacramentum hac de causa erit irritũ. Non enim decipit iudicem in materia graui, sed leui: neq. uenialе, cum non sit materia necessaria confessionis, tollit sufficientem materiã, dummodo sint alia peccata, a quibus Sacerdos pœnitentem absoluat.

CONCLVSIO.

Quando pœnitens affirmat tanquam certum ex industria, quod sibi dubium est, mortaliter peccat: & sacramentum est nullum. Ratio est, quia deficit fidelis, & necessaria materia, quæ est de essentia sacramenti.

CONCLVSIO.

Si hoc facit eligẽs tutiorem partem, sacramentum erit ualidum, quamuis erret, & uenialiter peccet. Cõfessio enim est fidelis, quia non mentitur, cum non dicat falsum cum intentione decipiendi aliquem; pœnitẽti namq. cordi tunc nõ est confessorem fallere, sed partem certiorem eligere.

Diffic. An confessio ob defectum sufficientis confessoris sit reiteranda.

DD.d.17 Ric.ar.3. q.3. Dur. q.11.

CONCLVSIO.

Confessio Sacerdoti non habenti iurisdictionem est nulla, & reiteranda. Definita est in Conc. Late.

Hinc cõfessio facta simplici Sacerdoti, uel non de licẽtia. Curati, est reiteranda etiam post Trid. Concil.

Appen.

Similiter & confessio facta excommunicato, denunciato, & excõmunicato per manifestam Clerici percussionem: nõ enim habet iurisdictionem: ut in extrauag. ad euitanda scãdala, habetur, nisi excommunicatus habeat titulum Curati. & communiter eius communicatio ignoretur: utrunq; enim scilicet, titulus, & communis error facti, id est, excommunicationis, requiritur.

Hinc omnes confessiones factæ religioso apostatæ denuntiatio sunt nullæ, & reiterandæ, posteaquam fuerit, nota eius excõmunicatio: quia deest titulus, uide Caiet. uer. absolutio, Vbi citat argumẽtũ legis. Barbari⁹ filius. ff. de officio prẽsidis.

CONCLVSIO.

Confessio facta Sacerdoti nondum denuntiato. & curato, licet a pœnitente ad hoc inducto, nõ est reiteranda. Ratio est quia, subditus petit ministerium sibi a Curato debitum, & cõfirmatur per Extrauag. ad euitanda, quam apud Caie. uer. ex com-

communicatio minor, reperies.

CONCLVSIO.

Confessio facta Sacerdoti excommunicato nõ Curato, & parato audiendas confessiones, est nulla, & reiteranda: quia grauius peccat sacramentum administrando, quam habendo uoluntatem solam administrandi, cuius grauioris peccati est particeps, qui illi cõfitetur. Actus enim distincto præcepto a uolũtatis desiderio prohibetur, ut patet in peccato adulterij. Oppositum tenent multi graues DD.

CONCLVSIO.

Quando Sacerdos tanta laborat ignorantia, ut uel absolue ne sciat, uel peccata mortalia, quę sunt cõtra decem præcepta decalogi, ignoret, confessio est nulla, & reiteranda: quia non potest ferre sententiam, cum non habeat clauẽ scientię. *Adr. q. 3 de Confes. dubio 9. Caie. uerbo Confes. iteratio*

CONCLVSIO.

Quando Sacerdos nõ habet absoluendi intentionem, est etiam confessio reiteranda: sunt enim materia & forma, & intentio Ministri de essentia sacramenti. *Ric. art. 3 Medina. C. de Confessione. Paluda. dist. 17. Syl. Ver. Confes. 1. §. 3. Gab. d. 27. q. 1. R. c. d. 18. Sco. d. 19 d. 18. q. 1.*

CONCLVSIO.

Quando confessio est nulla ex defectu confessoris sufficiẽtis in aliquo casu ex dictis, tenebitur Sacerdos pœnitentẽ admonere, ut iterum confiteatur. Patet a simili de Sacramento Baptismi, nam minister, qui non habuit intentionẽ baptizãdi aliquem, tenetur illum admonere, ut iterum baptizetur.

Diffic. Pœniens qui ex negligentia, uel obliuione pœnitentiam iniunctam non implenit, tenebitur ne reiterare confessionem.

Paludanus, & Syluest. tenent esse reiterandam. Contraria opinio est uerior, quam Gabr. proponit. Verum de hac difficultate infra in q. de clauibus disputabitur. Est autẽ consulẽdum omnibus pœnitentibus, qui iniunctam pœnitentiã non impleuerunt, ut aliquas indulgẽtias consequantur ad satisfaciendum pro pœna peccatis debita, & ut ab obligatione implendi pœnitentiam liberentur.

Diffic. Esne utilis iteratio confessionis nullidæ.

Duæ sunt opiniones. Prima Ric. & Sco. qui affirmare uidentur absolutionem iteratã non remittere pœnam temporalẽ. Altera, & oppositа est quorundam Doctorum, quos Gabr. adducit.

CONCLVSIO.

Talis confessionis iteratio est uerum sacramentum, & utilis: habet enim materiam, non necessariam, sed uoluntariam, & formam, & uirtus passionis Christi, quæ ibi applicatur satisfa-

tisfactionem aliquam pro pœna temporali debita operatur,
DD. dist. 17. & 1. quod quidem Sco. & Ric. nunquam negarunt.

Art. De *Ministro sacramenti confessionis.*

Hic Art. non nullis difficultatibus absoluetur.

Sc. q. uni cf S. Th. q. 8. ar. 1 2. & 3. Duran. q. 11, Al. q. 78.

Difficultas. Poteritne Sacerdote deficiente laico fieri confessio.

Tres sunt opiniones. Prima B. Hieronymi & habetur in cap. Quem pœnitent. de pœnitẽ d. 1. & Mag. d. 17. & ibidem S. Tho. qui tenent in articulo necessitatis sub pœna peccati faciendam esse laico, qui quamuis confessionem audiat, non poterit sacramentaliter absoluere: addunt q. teneri penitentẽ cõfiteri iterum Sacerdoti, interim uero a summo Sacerdote Christo absolui. Quæ autem in cap. citato habentur, intelligenda sunt, dummodo pœnitens habeat contritionem.

Secunda opinio est B. Bona. dicentis. hoc esse tunc laudabile, non tamen necessarium.

d. 17. q. 1. art. 3. Tertia opinio est Scot. affirmantis: hoc plerunque nõ esse laudabile, & numquam esse necessarium.

CONCLVSIO.

Hæreticum est affirmare potestatem absoluendi esse pœnes laicos. Definita est expresse in Con. Trid. cal. 5. & Cã. 10. ubi anathematizantur asserentes laico posse sacramentaliter absoluere.

CONCLVSIO.

Deficiente Sacerdote laude dignũ erit, aliquando ratione humilitatis, aut petendi consilij laico confiteri, non tamen necessarium. Est enim talis manifestatio, opus uirtutis, & hac ratione interpretandæ sunt authoritates, quæ a Magistro adducuntur scilicet, ratione humilitatis, uel petendi consilij & Laicus audiẽs alienum peccatum tenebitur sigillum secreti sub pœna peccati mortalis seruare.

Appen. Hinc cõfutatus manet error Lutheri, qui omnes laicos sartores, piscatores, &c. omnesq. mulierculas, Sacerdotes esse, & potestatem absoluendi habere, docuit.

Difficultas. Laicus si confessionem audiat, & sacramentaliter absoluat, efficietur ne irregularis.

d. 17. q. 3 Verb. Confes. 1. §. 1 Duæ sunt opiniones. Prima Palu. qui tenet partem affirmãtem. Contraria est Sylueştri.

CONCLVSIO.

Nequaquam efficietur irregularis (si ita absoluat) quominus ordinari possit. Ratio est, quia cum irregularitas sit pœna Ecclesiastica, nisi in casibus a iure expressis minime contrahetur.

Dif-

Difficultas. Eritne satis simplici Sacerdoti confiteri, uel necessario proprio Sacerdoti erit confitendum. Soto.d.18 q.4.ar.2

CONCLVSIO.

Confessio debet necessario proprio Sacerdoti fieri, uel alieno, petita tamen licentia a proprio, & obtenta. Definita est expresse in cap. Omnis utriusque sexus.

Diffic. Quisnam erit sufficiens cuiuscunq; status confessor. DD.d.17

CONCLVSIO.

Summus Pontifex poterit cuicunq; Sacerdoti cõfiteri. Hæc conclusio supra fuit demonstrata.

CONCLVSIO.

Cardinales iure communi confessores sibi eligere nõ possunt, sed potestate Papæ, uel eius pœnitentiario, uel alteri de licentia Papæ, siue Pœnitentiarij, confiteri debẽt. de hac Caiet. in summa Verbo Absolutio est. legendus.

CONCLVSIO.

Familiares Papæ, qui in Romana Curia uitam degũt, Pœnitentiarum Papæ, tanquam proprium Sacerdotem habent.

CONCLVSIO.

Archiepiscopi, Episcopi, cæterique Prælati exempti. Abbates, ut Abbas Metinensis, Generales Ordinum habent facultatem eligendi sibi in confessorem quemlibet simplicem Sacerdotem. Definita est expresse in c. fide pœ. & remissio.

Exempti dicuntur in Præsentia, qui sunt Papæ immediati, & nominantur immediati, quia in foro conscientiæ non habent alium Prelatum a Papa, quamuis alium in foro exteriori habeant, ut Prouinciales Episcopi, qui habent Archiepiscopum Metropolitanum, cui subijciuntur.

DVBIVM.

Poterunt ne Guardiani, Abbates, Priores, Prouinciales & c. sibi confessores quemadmodum Episcopi, eligere.

Syluester duas citat opiniones, Et prima est Panor. super cap. finale citatum, & summæ Angelicæ, qui tenet dictũ priuilegium non extendi ad huiusmodi Prelatos. Verb. Confes. 1. §. 8

Contraria opinio est Hostiensis, Palud. quos citat, & sequitur Syluester, & Soto, utraque opinio est probabilis. d. 18. q. 4 ar. 2.

CONCLVSIO.

Nequaquam possunt tali priuilegio uti alioqui enim non haberent Guardiani aliquem casum Prouinciali reseruatum, præter excommunicationem in foro exteriori positam; nam quando aliquis confitetur de licentia Papę, non potest superior reseruare sibi aliquem casum. Dubium tamen uidetur

esse de Prouincialibus, propter rationem textus in cap. fi. d. 5 ne pro dilatatione pœnitentiæ periculum immineat animarum, unde non posset generalis minister reseruare Prouincialibus aliquem casum a se absoluendum.

CONCLVSIO.

Reliqui Prælati non exempti, sed Episcopo subditi ut Curati &c. authoritate Episcopi confiteri debent, quia proprius eorum Sacerdos est Episcopus, & de iure nõ habent aliquod priuilegium.

CONCLVSIO.

Prælati qui authoritate Rom. Pont. confitentur, nõ habẽt aliquem casum suo superiori reseruatum, præter excommunicationem ab illo latam, quia inferior non potest superioris authoritatem limitare, potest tamen Metropolitanus Episcopum excommunicare, ut ex iure patet.

CONCLVSIO.

Cæie. Verbo Absolutio. Canonici Ecclesiæ Cathredalis, Curati, & simplices Sacerdotes olim poterant pro arbitrio eligere confessorem ex concessione ab Episcopo tacite approbata, nunc autem hoc reuocatum est per Conc. Trid. Sess. 23. cap. 15. de reformatione: unde nullus Clericorum potest modo confiteri, nisi Curato, uel confessori per Episcopum constituto.

CONCLVSIO.

Religiosi unius Ordinis sine licentia petita, & obtenta suorum Prælatorum, Sacerdotibus, alterius ordinis confiteri non possunt, etiam si sint confessores sæcularium constituti. Definita est expresse in extrauag. inter cunctas.

CONCLVSIO.

Vniuersi religiosi non possunt, nisi suo Prælato, uel alteri religioso de licentia Prælati confiteri. Definita est in Consil. Lateranensi, & refertur in cap. omnis utriusque sexus.

Appen. Hinc, poterunt monachi de licentia suorum Prælatorum Sacerdotibus alterius religionis, etiam nondum institutis cõfessoribus sæcularium sua peccata in confessione reseruare: nam Concil. Trid. quando præcipit ne religiosus audiat cõfessiones Sacerdotum, nisi prius ab Episcopis idoneus iudicetur, intelligendum esse de Sacerdotibus subditis Episcopis uidetur: religiosi uero non sunt Episcopo subditi, & ideo eorũ

Appen. approbatio non desideratur.

Hinc Guardianus poterit mihi concedere facultatem confitendi religioso, qui nondum est confessor institutus, quia Guardianus est mihi proprius Sacerdos, de cuius facultate,

possunt

possum alieno confiteri, instituto tamen in suo ordine.

CONCLVSIO.

Caietã. Verbo cõfessio.

Necessitas celebrandi Sacerdoti alieno confitendi facultatem non præstat. Ratio est: quia articulo mortis tantum conceditur homini facultas, ut sine licentia proprij alieno confiteri possit: ut dicitur in Conc. Trid.

Hinc, si ratione scandali Sacerdos est celebraturus, ut in q. de suscipientibus Eu charistiam diximus, satis erit tunc, ut Deo reconcilietur. Appen.

CONCLVSIO.

Imperator orbis ex tacita Rom. Pont. facultate proprijs Capellanis, & si simplices sint, confiteri potest. Paluda. est ubi supra.

CONCLVSIO.

Reges proprio Episcopo diœcesis, ubi habitant, uel Curato, in cuius parochia domus Regia sita est, confiteri tenẽtur: uterque enim est proprius regis Sacerdos.

CONCLVSIO.

Scholastici Salmanticenses, Complutenses, Valentini, Ilerdenses &c. tenentur Curato illius parochiæ confiteri, ubi domicilium habent; quia proprius est illorum Sacerdos. Appen.

Hinc, quantum ad forum conscienriæ subditi erunt Episcopo, uel Archiepiscopo, ita ut fortasis posset Episcopus illorum uota commutare, aut dispensare, suo autem Cancellario subijciuntur quantum ad forum exterius.

CONCLVSIO.

Ratione delicti commissi in alieno Episcopatu, uel parochia tale delictum committẽs alieno Sacerdoti subijcitur, & illi confiteri tenetur. Definita est in cap. de Rectoribus. Lege Syluestrum ubi supra, quo loco opinatur posse aliquem de licentia proprij Sacerdotis præsumpta alieno Sacerdoti confiteri, quod est contra Concil. Late. ubi definitur, petendam esse prius, & obtinendam. Sylues. caute legendus.

CONCLVSIO.

Vagabundi, peregrini, uiatores, isti omnes possunt confiteri Curato illius parochiæ ubi hospitantur, aut fratribus priuilegiatis, aut confessoribus in illa diœcesi per Episcopum constitutis. Definita est in Extrauag. Eugenij IIII. cuius Caietã. meminit. dicẽs esse limitandam, quando confessio est sub præcepto, ut in Quadragesima, sed extendenda est etiam ad confessiones spontaneas, ut dicit Soto, quia quando lex non distinguit, neque nos distinguere debemus. Appen.

Hinc, quantum ad casus reseruatos, eidẽ Episcopo, ubi con-

fitentur erunt subiecti: nisi casu sit seruatus proprio Episcopo: tunc enim quando a proprio Episcopatu discedit, specialem facultatem petere debet, alioqui absolui non poterit.

DVBIVM.

Propter malitiam, & ignorantiam proprij Sacerdotis poterit ne aliquis non obtenta ab illo licentia alieno confiteri.

CONCLVSIO.

Nemini ob hanc causam, nisi prius obtenta licentia a proprio, confiteri alieno licet, Definita est in Conc. Late. quod cum absolute dicat, nisi prius petita & obtenta licentia a proprio: absolute erit intelligendum.

Appen. Hinc, si mulier timeat a Curato inducendam esse, ad malum, si illi confiteatur, nequaquam alieno confiteri poterit: nisi obtẽta prius licentia, uel a Curato, uel ab Episcopo, quã si obtinere non poterit, illo anno ad confessionem non obligabitur, quia non habet sufficientis confessoris copiam.

DVBIVM.

Ric.d.17 ar.3.q.2 *Peccabitne concubina proprij Curati, illi confitendo.*

CONCLVSIO.

Si timet inter confitendum esse illi daturam peccandi occasionem, nequaquam potest: quia ponit obicẽ sacramẽto, si uero hoc non timeat, poterit eidem confiteri.

Difficultas. An præter annuam confessionem teneantur Curati suorum subditorum, quoties confiteri uoluerint, suas confessiones audire.

Ric.d.18. ar.2.q.3. Adr. q.8 de Confes. Opinio Ric. est negans, contraria est Adriani.

CONCLVSIO.

Quoties subditi uoluerint per annum confiteri, curatus illos audire tenetur, quia ex officio illos pascere, & in uiam charitatis reducere tenetur, ut constat Ezech. 34. uæ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges a pastoribus pascuntur &c. & uia alia ad charitatem certior non est, quam per confessionem.

S.Th.q.8 art.5. Adr. ubi supr. Dur. d.17.q.2 Sc.d.18. q.4.art.3 *Diffic. Qui confessi sunt fratribus priuilegiatis. tenenturne proprio.*

Henricus de Gandauo affirmauit (ut refert Adr.) Papã non posse concedere facultatem Parrochianis, ut proprio Curato confiteri non teneantur, saltem semel in anno teneri arbitratur. Quidam Ioan. nomine de Poliaco, multo deterius errauit dicens, neque Papam, neque Deum posse Parrochianis facultatem concedere, ut alteri, quam Curato confiteatur.

CONCLVSIO.

Episcopus cuicunque Sacerdoti nõ impedito potest facultatem

tatem audiendi confessiones suorum subditorum, etiam Curatis contradicentibus, concedere. Nam ea etiam proprius curatus, & superior. Definita est in can. Conc. fidelib. 16. q. 1.

CONCLVSIO.

Qui semel fratribus priuilegiatis ab Episcopo approbatis confessus est, eodem anno non tenetur proprio Curato confiteri. Quia confitetur authoritate propri j, ut patet in c. Omnis utriusque sexus & in Extraua. inter cunctas. de priuilegijs Appen.

DVBIVM.

Quid potest confessor ab Episcopo approbatus efficere.

CONCLVSIO.

Presentatus potest audire confessiones intra diœcesim, in qua fuit approbatus. Definita est in Clementina dudum. de sepulturis, ubi ita legitur; extra ciuitates & diœceses, in quibus deputati fuerint, confessiones non audiant.

CONCLVSIO.

Poterit etiam confessiones subditorum Episcopi, a quo fuit approbatus, audire, quia ut Curatus potest extra suam Parrochiam sibi subditos audire, ita & priuilegiatus.

Difficultas. Potestne habens bullam Cruciatæ simplicem Sacerdotem in confessione eligere.

CONCLVSIO.

Non potest nisi approbatum ab Episcopo eligere. Definita est in Conc. Trid. Sess. 23. Can. 15. ubi decretum est, ut nullus etiam regularis possit audire confessiones sæcularium, & Sacerdotum, nisi prius ab Episcopis per examen, aut alias uidetur idoneus.

Hinc, si Episcopus dederit facultatem alicui audiendi confessiones uirtute bullarum, tantum poterit habentes bullam audire: quia Concil. non dicit; nisi fuerit institutus confessor, sed nisi prius ab Episcopo per examen &c.

Difficultas. Poterumne religiosi inuito Prælato per facultatem Episcopi audire confessiones.

Duæ sunt opiniones. Angelus partem negantem tenet. Adria. affirmantem, q. 5. de confessione, dubio primo, ubi Angelum citat.

CONCLVSIO.

Regularis non institutus confessor a suo prælato, si non sit suspensus, uel excommunicatus, sola Episcopi authoritate confessiones audire poterit sæcularium, non tamen fratrum. Ratio est, quia habet potestatem ordinis indelebilem, per quam est capax iurisdictionis, quam illi Episcopus contulit.

& ualebit absolutio, etiam si Prælatus præcipiat ne confessiones audiat. Peccabit tamen contra obedientiam, & puniri poterit. Si uero fuerit excommunicatus, uel a suo Prælato suspensus, non poterit confessiones audire. Quia excommunicati & suspensi a iure prohibentur, ne actu iurisdictionem habeant.

Diffic. In art. mortis potest pœnitens quicunq; Sacerdos excommunicato, suspenso, apostata, siue hæretico confiteri.

CONCVLSIO.

Quicunque excommunicatus in art. mortis absolui potest a quauis excommunicatione, etiam Papali, per quemcunq; sacerdotem simplicem, etiam excommunicatũ, & denunciatũ. Definita est in multis tex. iuris Canonici. nam ubicunque in iure absolutio ab excommunicatione Rom. Pont. reseruatur, statim subiungitur, ne ab alio, nisi in ar. mortis absoluatur, ut ex Can. si quis suadente. 17. qõ. 1. constat.

CONCLVSIO.

Quicunque peccator poterit in art. mortis per quẽlibet sacerdotem simplicem, etiam excommunicatum a reseruatis absolui, atque etiam denuntiatum. Definita est in Conci. Trid. expresse Sess. 14. cap. 7. quod est intelligendum caute, scilicet deficiente sacerdote non impedito.

Appen. Hinc, degradatus idem efficere poterit, nam Conciliũ sine distinctione & discrimine loquitur, dicẽs in art. mortis omnes sacerdotes &c.

Appen. Hinc, eandem potestatem sacerdos hæreticus, siue apostata a fide, in tali articulo habere uidetur. Ratio est, quia cum Concil. Triden. non distinguat, neque nos distinguere debemus. Est tamen intelligenda appendix, dummodo hæreticus siue apostata habeat intentionem faciendi, quod Romana Ecclesia facit. Hæc appendix est contra quosdam Theologos quos citat Sylu. quos Cano. parte 5. de pœnitentia sequitur

Ver. confes. i. §. ul.

CONCLVSIO.

Sacerdotes simplices in ar. mortis absoluentes non habent a Christo, siue a iure Diuino, sed a Papa, & ex institutione Ecclesiæ iurisdictionẽ. Ratio est quia solus Rom. Pont. habet modo iurisdictionem a iure diuino, & a Christo, reliqui uero sacerdotes illam a Papa, & ex institutione Ecclesiæ habent: alioquin enim potestas iurisdictionis esset indelebilis, ut potestas conficiẽdi Eucharistiam, quod est erroneum: absolutio siquidem est nulla, quæ a proprio sacerdote, uel ab alio de licentia proprij impeditur. Hæc est Duran. & Soto contra Paludianum

dianum, quem sequitur Cano. ubi supra. Dur. d. 19 q. 2. Sco. d. 18. q. 4 art. 4.

Difficultas. Potestne Laicus in artic. mortis aliquem ab excommunicatione absoluere.

CONCLVSIO.

Quamuis Laicus possit habere in foro exteriori spiritualem iurisdictionem, non tamen, si illa caret, potest aliquem in art. mortis ab excommunicatione absoluere. Ratio est, quia si excomunicatus est conscius excommunicationis, & non est contumax, sed dolet &c. Iam quoad Deum est absolutus, & quoad Ecclesiam, ut possit in loco sacro sepeliri, ut pro illo sacrificia offerantur, post mortem absolui poterit, ut in cap. ex nobis. De sententia excommunicationis, definitur. Atque ita tali absolutione non indigebit. Paludani est contra glossam in cap. Pastoralis, de officio Ordinarij. dist. 20.

Diffic. Quando minister non habet iurisdictionem, confessio illi facta erit ne valida. Caiet. ver. cõfes. q. 3

CONCLVSIO.

Si confessor habet titulum, & illius impedimentum communiter ignoratur, cõfesio valebit. v. g. si collatũ sit beneficium sacerdoti excõmunicato, collatio erit nulla, confessiones tamẽ illi factę erunt validæ, & nõ iterandæ, etiã si postea eius impedimentum manifestatur. Patet a simili, per legem Barbarius filius, ff. de offi. Præsidis. Si autem confessor non habet titulum &c. quid tenendum sit, supra de confessione iteranda docuimus.

Art. Vlt. de sigillo confessionis. Al. Ale. q 78. ar. d. 21. d. Bon. ar. 2 Ric. ar. 4 q. 1. Tho. q. 11. Duran. q. 2. & Sc. q. 4.

Hinc Art. aliquot positis difficultatibus absoluetur.

Diffic. Quo iure Sacerdos ad sigillum confessionis teneatur.

CONCLVSIO.

Iure naturali, Diuino, & Ecclesiastico. Ratio est, quia cum sit hoc sacramentum de necessitate salutis, si aliquo modo liceret sacerdoti confessionem reuelare, haud dubie homines a confessione territi sine illa perirent. Est definita in c. omnis utriusque.

Hinc prius sacerdos mortem subire, quam confessionem reuelare tenetur.

Diffic. An Sacerdos peccatorem impœnitentem silere teneatur.

Duæ sunt opiniones. Prima Alexan. Alen. dicentis, quando peccator habet propositum committendi aliquod peccatum, ut seminandi hæresim, a quo non vult recedere, tale peccatum cadit, inquit, non sub sigillo confessionis. Alex. sequuntur Panormit. in capitu. omnis utriusque sexus, & Sylu. Contraria

traria opinio est Scot.q.2.& Ricar.& Tho. & Dur. ubi supra, & Caieta.

CONCLVSIO.

Confessor sub sigillo confessionis peccatum futurum, uel præteritum omnino impœnitentis, dummodo sacramentaliter proponatur, sub sigillo habere tenetur. Ratio est, quia cum sit talis confesio sacramentalis, obligabit necessario ad sigillum confessionis. in cap. enim omnis utriusque sexus, sine aliqua distinct. confessionis sigillum cuiuscunque pœnitētis præcipitur, dummodo accusando seipsum illud proponat.

Appen. Hinc, si hæreticus impœnitens suum peccatum sacramentaliter proposuerit, erit silentio inuoluendū, etiam si ex eius impœnitentia uniuersæ Ecclesiæ dispendium immineat. Non enim sunt facienda mala vt ueniant bona, uel vt maiora mala uitentur. Cum aliter possit remedium adhiberi. Hæc est contra Panor. & Syluest. dicentes, est crimen hæresis, quod nec confessio cælat.

CONCLVSIO.

Tho. est. In casu conclusionis, & appendicis, poterit confessor generaliter dicere Prælato: ut caueat diligenter, & uigilet, ne in sua Ecclesia hæreses oriantur, dummodo peccatoris reuelatio nō timeatur: potest enim Sacerdos reuelare crimen, dummodo uerbo, aut signo criminosum non indicet.

CONCLVSIO.

Caieta. & Dur. est. Si peccator suum crimen non accusando se, sed inducendo Sacerdotem in suum errorem, proponat; non tacere peccatorem, sed Inquisitoribus illum reuelare tenetur. Talis enim cō fessio non est sacramentalis, nec cōfessio dicenda, sed modus occulte dogmatizandi.

Hinc, si quis in confessione suffragium confessoris ad aliquam dignitatem comparandam precibus, uel pecunia ambiret, tale peccatum non esset sub sigillo confessionis tenendū & de similibus simile est iudicium.

Diffic. An possit Sacerdos reuelando confessionem ueniaaliter tantum aliquando peccare.

CONCLVSIO.

Sacrilegium est, & mortale peccatum, confessionem uel uenialis peccati reuelare: daretur enim occasio deterrendi alios a confessione, unde grauissima pœna in Can. omnis utriusq; sexus, reuelantes confessionem puniuntur.

Caiet. uer. inf. CONCLVSIO.

Qui dicit, Ioannes confessus est mihi sua pecata, & non addit

addit mortalia, aut uenialia, confessionem non reuelat: reuelatio enim non est nisi rei ignotæ, & pœnitentem sua peccata confiteri, omnibus est notissimum.

CONCLVSIO.

Sacerdos non potest absolute dicere, talem pœnitentem non absolui: reuelaret enim tunc illius impœnitentiam; nisi subiungat, quia nondum confessionem finiuit.

Difficultas. Liceine confessori laudare pœnitentem.

CONCLVSIO.

Quando ex eius laude alium esse minus laude dignum insinuatur, haud licet, esset enim hoc alterius peccatū iudicare. Appen.

Hinc, si Sacerdos auditis duobus sociis unum præ alio laudaret, uel nihil de alio diceret, eius confessionem reuelaret.

CONCLVSIO.

Quando ex indeliberatione, uel inaduertentia aliquis reuelat confessionem, si nulla inde sequatur infamia, uenialiter tantum peccabit. Ratio est, quia non animo reuelandi illud dicit, nec confessionis recordatur: sed quasi aliunde peccatum nouerit, reuelat. *Med. C. de pœnit.*

Difficultas. An sacerdos in crimine participantem, etiam sub sigillo confessionis cælare teneatur.

CONCLVSIO.

Sacerdos & pœnitentem, & participantem in crimine tacere tenetur, aliter enim esset reuelatæ confessionis reus, & pœna contra reuelantes statuta plectendus. Perinde namq; ex reuelatione participantis, atq; pœnitentis, homines a confessione reuocarentur. *Bon. q. 2. ar. 2. Th. q. 11. ar. 2. Ric. ar. 4. q. 4. Sc. q. i. d. 31. Syl. uerb. confes. 3. §. 6*

CONCLVSIO.

Diffic. An integrum sit Sacerdoti dicere in generali, ego audiui peccata in confessione, sine ulla pœnitentis reuelatione.

CONCLVSIO.

Licitum est, dummodo id caute, & ob aliquam honestam causam fiat. Definita est expresse in cap. de offic. de pœni. & remiss. & in cap. omnis utriusq; sexus, dicitur, ratione consultationis hoc licere, dūmodo pœnitens non reueletur, cæterum citra consultationem, uel aliquam iustam causam, temerarium hoc est: licet pœnitentis persona non reuelatur, & hac ratione erit uera Panor. opinio in cap. omnis utriusq; sexus, qui conclusionem negat. *Al. Ale. ar. 3. dur. q. 4 sum. Ang. uer. confes. 3. §. 3.*

Difficultas. An possit Sacerdos ex facultate pœnitentis reuelare peccatum, quod in confessione tantum nouit.

Duæ sunt extremæ opiniones. Prima est negans Alex. Sco. ubi

ubi supra Dur. summæ Angelicæ. Secunda est affirmans. B. Tho. Bona. quoscitat Gabr. eadem dist 21.

CONCLVSIO.

Sine aliqua causa, & in generali, non potest Sacerdos tale peccatum reuelare, nisi pœnitens illud extra confessionem narret. Lex enim de sigillo confessionis est in fauorem totius Ecclesiæ introducta, cui non potest unus pœnitens cedere quemadmodum non potest Clericus renũtiare priuilegio canonis, si quis suadente, quod in fauorem totius Ecclesiæ est concessum.

CONCLVSIO.

Ex legitima causa, & respectu alicuius peculiaris peccati satis erit pœnitentem confessori facultatem concedere illud reuelãdi, quãuis extra confessionem minime narret. Tunc enim istæ sunt æquiualentes. Concedo tibi facultatem reuelandi furtum quod tibi confessus sum, & sciat me tale furtum commisisse.

Al. Alẽ. artic. 4. d. Bon. q. 3. ar. 2. Th. art. 5. & Sco. ubi supra Ri. d. 21. ar. 4. q. i. & 2. So. d. 18. in fi.

Diffic. An Sacerdos possit sine sacrilegio crimen quod scit duplici via, in confessione. scilicet, et extra, reuelare.

Altisiodorẽsis partem negantem defendit. Communis autem opinio (ut docet Gab.) affirmat.

CONCLVSIO.

Potest Sacerdos proponere in iudicio crimen, quod in confessione, & extra nouit. Ratio est, quia tale peccatum non reuelatur, quatenus in cõfessione cognitum, ex opposito enim multa crimina impunita remanerẽt, cum Sacerdos nõ posset in iudicio testificari crimen, quod ante confessionem nouit; si criminosus postea illi confiteretur.

Appen. Hinc Sacerdos habens in iudicio contra aliquem reum poterit illum accusare, quamuis postea fuerit illi crimen notum per confessionem, seruanda tamen est prudens cautela.

Sco. est ubi sup.

Diffic. Licetne unam confessionem in alia reuelare, quando aliter integra confessio fieri non potest.

V.G. peccauit Sacerdos mortaliter absoluendo Episcopum symoniacum, & integre confiteri non potest nisi Sacerdoti cognoscenti Episcopum.

Tunc Sacerdos pœnitens tale peccatum cõfiteri non tenetur; quando non potest sine reuelatione confessionis, quam audiuit. Ratio est, quia respectu illius peccati non habet tunc Sacerdotis sufficientis copiam.

Diffic.

Difficultas. Sacerdos poterit negare se in confessione crimen alicuius pœnitentis audiuisse.

Al. Alē. ar. 1. Bon. q. 1. ar. 2. Ri. & Sc. ubi sup. Dur. ibid. q. 4. ad 1.

CONCLVSIO.

Sacerdos quod in confessione nouit, scit tantum ut Deus, id est, Dei minister. Definita est expresse in cap. si Sacerdos, de officio ordinarij, ubi dicitur. Interrogatum etiam iuramẽto respondere posse illud crimen nescire, dummodo aliunde illud non agnouerit. Nemo enim dicitur scire, nisi quod uisu, aut alio sensu experimentaliter nouit, ut cõstat ex Can. testis, 3. qõ. 9. confessor autem nouit per solam relationem, Ric. est D. Bon. & Duran, oppositum opinatur Gabr.

CONCLVSIO.

Sacerdos compulsus a Tyranno, ut respondeat non per uerbum scio, sed audio, poterit se nihil in confessione audiuisse, respondere. Nam hæc responsio habet duplicem sensum, nõ audiui, uel tanquam Minister Christi, uel tanquam purus homo & iudex secundum allegata, & probata sententiam ferens & in hoc sensu non mentitur.

Rursus. Si tiranus compellat respondere. An audierit tanquam Deus.

Poterit respondere nequaquam ut Deus audiui. Est enim responsio quoq; amphibologica. Nam non audiuit tanquam Deus, ut causa principalis, sed ut ministerialis causa.

Verum. Quid si Tyrannus roget, an tanquam ministerialis causa audierit.

Respõdeo erit pars tunc subeũda, quam crimẽ detegendũ: neque enim tacendo, aut illum acerbe reprehendendo crimẽ indicabit. Sed Tytannus ex sua malitia illud collegit, uel Deus tunc qui in necessarijs nunquam deest, quid faciendum sit, reuelabit. Hæc con. est Ric. quẽ sequitur Adr. q. ult. de correc. frat. 3. oppositũ tenet So. de sigillo sec. m. 3. q. 3. dub. 1.

Diffic. An Sacerdos ob crimen in sola confessione cognitum possit penitentem ab aliquo actu tanquam indignum repellere.

Quol. 6. V. g. publico suffragio in electione priuare, olim Henricus nullo modo hoc fieri posse tenuit.

CONCLVSIO.

Quando nulla negandi suffragii causa assignatur, bene potest confessor illum in tali casu expellere. Non. n. aliquo modo crimen in confessione notum reuelatur.

Hinc, prouincialis non poterit priorem, aut Gaardianum propter crimen illi in confessione notum deponere, bene tamen poterit ianitorem suo officio priuare; quia hoc ex libera prælati uoluntate dependet.

Appen

Diff.

Difficultas. Poteritne prælatus per notitiam aliquorum criminum, quam ex sola confessione habet, eorundem de nouo inquisitionem facere.

CONCLVSIO.

Nequaquam poterit. Ratio est, quia ius inquirendi ex infamia, uel ex semiplena delicti probatione nascitur. Poterit nihilominus uisitationis tempore diligentius ad illud intelligendum attendere, & diligentius uigilare super gregẽ suũ, præsertim si crimẽ in damnum publicum resultat: nihil enim prohibet confessorem ex auditis confessionibus prudentiorem fieri.

Difficultas. Si prælatus inuenerit peccata subditi scripta ad confessionem faciendam, poterit inquisitionem facere.

CONCLVSIO.

Haud poterit, quia adeo sacrum, & diuinum est confessionis sigillum, ut illa etiam, quæ ad confessionem ordinantur, perpetuo silentio inuoluenda censeantur.

Appẽ. Hinc iudex sæcularis, si duo uel tres pestilẽtissimi sacerdotes crimen per solam confessionem notum apud illum deposuerint, omnino a iudicio cessare tenebitur.

Sco. q. 4. ubi sup. *Difficultas. Licebitne sacerdoti communicare cum pœnitẽte aliquod peccatum extra confessionem in sola confessione notum.*

Alex. & Sco. & Dur. d. 21. affirmant, nullo modo de licentia pœnitentis licitum esse reuelare confessionem.

Palud. in 4. d. 21. asserit, posse ratione correptionis fraternę illum secreto de peccato semel confesso admonere: quod est omnino falsum, quia cõfessionis sigillum quodammodo reuelaret.

CONCLVSIO.

Nullo modo licet, nisi prius a pœnitente petita, & obtenta facultate. Quia illa, quæ sacerdos in foro animæ, ut Christi minister nouit, ut purus homo haud potest, & hoc nullo modo in detrimentum pœnitentis fieri potest.

Dub. Poterit ne pœnitens iurare se nihil confessori dixisse.

Respondeo: integrum erit dicere: nihis tale sacerdoti in cõfessione dixi. Intelligendo tanquam puro homini, cum illi tanquam Dei ministro dixerit.

Dub. Quid si sacerdos errorem aliquem intolerabilem absoluendo commiserit? ut si non sibi subditum, uel excommunicatum a casu reseruato absoluerit, uel dixerit alienum non esse restituendum.

Respondeo, conuenire debet pœnitentem dicens: grauem com-

commisi errorem te absoluēdo, proinde tibi consule, neliſne iterum confiteri, uel mihi, ut te ueritatem doceam ſub eodē ſigillo tractandi tuum negocium facultatem concedere. Si pœnitens tunc, quia Sacerdoti conſilium amplecti tenetur, neglexerit; culpa Sacerdotis in pœnitentem transfertur. Cæterū ſi error non fuerit ita grauis, & creditur pœnitentem abſolutū fuiſſe, nihil de ipſo amplius curandum eſt.

Dubium. Alia quæ in confeſſione præter peccata dicuntur, cadunt ne ſub confeſſionis ſigillo.

Reſpondeo, quæ ſibi ſub ſigillo confeſſionis traduntur, tacere tenetur, ne tanto ſacramento detrimentum faciat: nam redderetur pœnitenti fraudulosa, & odioſa confeſſio, quæ autem non ſunt de neceſſitate confeſſionis, & parū tefert pœnitenti illa reuelare, ſilere minime tenetur, dummodo ſe in confeſſione illa audiuiſſe non dicat.

Dubium. Quæ extra ſacramentum ſub ſigillo confeſſionis committuntur, erumne ſub tali ſigillo tenenda.

Reſpondeo, non debet ſub tali ſigillo quicquam recipi: nam licet qui illa ita audit, fidem frangat; tamen in pœnas canonicas non incidit: quia nulla fit ſacramento iniuria, neq; eſt cōfeſſionis ſigillum. Tenetur nihilominus magis ad illud ſecretum ſeruandum, quam ad alia, nam ex pacto nouum vinculum additur.

Diffic. Teſtis, qui ſecreto nouit aliquod crimen, teneturne in iudicio percontanti iudici reſpondere ſe nihil ſcire.

CONCLVSIO.

Non licet negare ſecretum in iudicio, aut extra, propterea quod negans ueritatem mentitur, quod nunquam eſt licitū.

d.l.d. 2 r. S.Th. 2.2 q. 69. ar. 2. & q. 70 ar. 1. adv. in ſol. ad 2. princ. So. de rō ne tegēdi ſecretu n.

CONCLVSIO.

Quādo iudicium eſt legitimum, tam reus, quam teſtis nō reſpondendo iudici mortaliter peccat. Neque eſt reus durante iudicio donec ueritatem reſpondeat, abſoluendus. Nam cū iudex tunc interrogandi poteſtatem habeat, teſtis proculdubio reſpondere tenebitur.

CONCLVSIO.

Quando iudicium eſt illegitimum, poterunt reus, & teſtis nimiam iudicis ſolicitudinem uerbis amphibologicis ueritatem tacendo fallere: nam cum iudex tunc non poſſit interrogare, iſti ad reſpondendum non obligabuntur. Atque ita poterunt dicere; neſcio hoc quod rogas, ſcientia publica, ut tibi manifeſtem. Sic Chriſtus Ieſus apud B. Mar. interrogatus a diſcipulis de die illa, & hora, reſpondit; neq. filius hominis ſcit,

ut

ut uobis tanquam publicum, & notorium reuelet. Hactenus de confessione.

QVAESTIO DE SATISFACTIONE.

Art. I. De his, quæ ad essentiam satisfactionis pertinent.

Al. Alē. q. 84. & S. Th. aq. 12. in addit. usque ad 15. Cas. uerb. satisfact. Veg. lib. ult. super conc. Tri. Ale. Alē. q. 84. m. i. Th. q. 13 ar. i. Bon. q. i. & 2. ar. i. Ric. ar. i. q. 2. Sc. & Duran. q. i. Palu. q. 2 ar. 2. Gabr. d. 16. q. 2.

ABsoluetur art. aliquot difficultatibus positis. Ad quarum intelligentiam lege DD. modo citatos.

Difficultas. An possit homo Deo pro iniurijs, & peccatis in illum commissis satisfacere.

CONCLVSIO.

Possibile quidem est hominem in hac uita pro pęna in purgatorio infligenda satisfacere. Confirmata est multis sacræ scripturæ locis. Cap. 14. Sess. 6. concil. Tridenti. cum enim homo per contritionem pro culpa, quod maius est, satisfaciat, poterit quoque pro pęna temporali, quod minus est satisfacere.

Difficultas. Potest satisfactio ex alias debito fieri.

Duæ sunt opin. Prima Sco. cui adhæserunt Palud. Gab. Syluest. uer. satisfactio. §. 8. qui omnes affirmant satisfactionem ex alias indebito esse faciendam.

Contraria opi. est Dur. d. 15. q. i. quem sequitur Caie. tract. de satisfact. q. i.

CONCLVSIO.

Opera alias debita ratione præcepti, si in gratia efficiātur, sunt pro pęna purgatorii satisfactoria, quia martyrium, quando est sub præcepto, remittit omnem pęnam, iniuriam siquidem facit martyri, qui pro illo orat. Et de his operibus ratione præcepti est uera Dur. & Caie. opi.

CONCLVSIO.

Nō possumus pro uno peccato per opus alias pro alio peccato debitum satisfacere. Si. n. imposita esset alicui peregrinatio pro apostasia a fide, & iterum eidem alia pro blasphemia imponeretur, non posset pro prima, per secundum satisfacere. Iam. n. pro blasphemia debetur. Et hoc modo Sco. opin. ut apertissime eius uerba declarant, est intelligenda.

CONCLVSIO.

Quando sacerdos imponit pęnitentiam, ex alias indebito ratione præcepti, & ratione obedientiæ est adimplēda. Quia pęnitentia obligat iuxta confessoris intentionē, qui semper satisfactionem ex operibus alias ratione præcepti indebitis esse faciendam, nisi contrarium exprimat, intelligit.

Appen. Hinc, si ieiunium impositum fuerit, non est intelligēdum

de

de ieiunio quadrageſimali. Et idem eſt de alijs operibus debitis iudicium.

CONCLVSIO.

Poteſt ſacerdos pro ſatisfactione peccatorum opera alias debita imponere. Ratio eſt, quia unico actu duplici obligationi ſatisfacere poſſumus, ut per ieiunium quadrageſimale a Confeſſore impoſitum pœnitens præcepto Eccleſiæ ratione obediętię & præcepto ſacerdotis ratione iuſtitiæ ſatisfacit.

Diff. An qui adimplet pœnitętiã audiẽs miſſam de præcepto ſatisfaciat.

Duæ ſunt opiniones. Prima negans quorundam ſummiſtarum. Altera Adria. affirmans.

CONCLVSIO.

Adimplet quidem præceptum, & nõ peccat. Ratio eſt quia ſolum tenetur Miſſæ Sacrificio aſſiſtere. Et quemadmodum poteſt alias preces effundere, debitas etiam poterit ſoluere. Non tamen debitam reuerentiam ſeruare uidetur. Et intelligenda eſt concl. dummodo ad utrumq; attentionem habeat, & ab altero omnino non auertatur.

Diff. An dimiſſo peccato quoad culpam manet aliqua pœna, pro qua ſatisfaciendum ſit ante gloriæ ingreſſum.

CONCLVSIO.

dd. ubi ſup. præ Bon. q. 1. & 2. ar. 1. veg. ubi ſup.

Quando contritio non eſt uſque adeo intenſa, ut eius uirtute omnis pœna remittatur, quemadmodũ fuit Magdalenæ & latroni remiſſa, aliqua pœna purgatorio luenda remanet. Conſtat multis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs. Peccatum enim Dauidis fuit morte temporali filij punitum.

CONCLVSIO.

Ante gloriæ ingreſſum neceſſarium erit pro pœna temporali, uel in purgatorio, uel in hac uita ſatisfacere. Ratio eſt, quia quibuſdam iuſtis manet pœna in purgatorio luenda, ut author eſt B. Pau. qui loquens de operibus imperfectis, ait, ſi cuius opus &c. ipſe autem ſaluus erit, ſi quaſi per ignem id eſt, prius quam ad gloriam tranſeat, prius per acerrimum purgatorij ignem tranſibit. Quare qui ab illo tormento liberari uoluerit, in hac uita pœnalibus actionibus pœnam illam redimere debet.

Hinc, deſtruitur error Luheri, qui affirmauit poſt dimiſſam culpam nullum in hac uita, aut in purgatorio temporali pœnę luendę remanere reatum.

Difficultas. An in peccato mortali exiſtens pro peccatis alias dimiſſis ſatisfacere poſſit.

Quinque ſunt opiniones, de hac re. Prima eſt Sco. q. 1. art. 4.

affirmantis, existentem in mortali posse pro pœna temporali peccatorum iam dimissorum satisfacere, licet pro nondum dimissis satisfacere possit: illi adhæsit Gab. d. 16.q.2. Secunda est Palud.q.1 art.3. qui docet, opera extra gratiam facta, aut relinquere post se aliquem effectum usque ad aduentum gratiæ durantem, uelut si post ieiunium corpus debile remaneat, & illa opera dicit esse satisfactoria: aut nullum relinquere effectum, ut ieiunium quando non debilitat corpus, quæ opera dicit non esse satisfactoria. Tertia opinio est Caieta, in tract. de satisfactione q.2. qui distinguit dicens; opera pœnalia in mortali ex propria liberalitate facta, neque quo ad gratiam, neque quo ad satisfactionē accedente charitate reuiuiscere. Quæ autem a sacerdote imposita sunt, hæc adueniente gratia, & charitate, quo ad satisfactionem reuiuiscere affirmat. Quarta opinio est Adria. in materia de satisfactione in quęst. an unum peccatum possit sine alio remitti &c. qui distinguit inter liberalitatem, & iustitiā Dei, de iustitia, inquit, non sunt opera extra gratiam facta satisfactoria, bene tamen ex Dei liberalitate præter legē. Quinta opinio est Alex. D. Bona. & Ric. quos sequitur Syl. uerb. satisfactio, §.7. qui affirmāt, nullū opus extra gratiā factū esse satisfactoriū pro pœna tēporali in purgatorio pro iā dimissis luēda. Hæc de opinionib.

Al. Alē. q.85. m. i. & 2. ar ti. i. & 2. Th. q. 14 ar. 2. Bona. qō. 3. ar. i. Ric. ar. i. q. 5. Dur. q. 2

CONCLVSIO.

Existens in mortali, si pœnitentiam adimplet, præcepto de pœnitentia adimplenda satisfacit. Probatur a simili, nā ut existens in mortali, & recitans horas canonicas, uel ieiunans, uel Missam audiens, satisfacit præcepto de recitandis horis ieiunandi, & audiendi Missam, ita a simili hic, unde non tenebitur reiterare pœnitentiam.

CONCLVSIO.

Qui adimplet pœnitentiam iniunctam, uel aliquod opus supererogationis extra gratiam facit pro pœna in purgatorio infligenda pro uenialibus, siue mortalibus iam dimissis nequaquam satisfacit. Ratio est, quia satisfactio non est solum actus iustitiæ, id est, recompensationis, uerumetiam reconciliationis, quoniam est tertia pars pœnitentiæ, de cuius quidditate est offensam recompensare, & hominem Deo reconciliare: qui autem in peccato perseuerat, cum sit Dei inimicus, non potest actum amicitiæ, siue reconciliationis efficere.

CONCLVSIO.

Existens in gratia pro uno mortali iam dimisso, potest satisfacere,

facere, nõ satisfaciendo pro alio. v.g. si sit imposita oratio pro blasphemia, & etiam oratio pro furto, orando satisfacit pro blasphemia, & non pro furto. Hæc conclusio supra fuit demõstrata.

Difficultas. An precedentia opera adueniente gratia sint satisfactoria. S. Tho. in 3. p. q. 89 ult. Ale. Alẽ. qõ. 85. m. 2. ar. 3. Bona. q. 4. & 6.

Tres sunt opiniones. Vna Paluda. altera Caiet. de quibus proxima diffic. Tertia communis est d. Tho. q. 89. art. ult. D. Bon. ubi supra. Adria. de satisfactione, q. quæ incipit ex dictis oritur. hi tenent opera mortua non reuiuiscere, nec quoad meritum, nec quoad satisfactionem.

CONCLVSIO.

Opera iniũcta, & impleta in mortali nõ reuiuiscũt quoad satisfactionem. Probatur eadem ratione, qua concl. 2. præcedentis diffic. fuit demonstrata.

CONCLVSIO.

Opera facta extra charitatem in peccato non sunt alicuius boni uel temporalis meritoria, quia meritum est opus, cui de iustitia præmium debetur, & peccator pane quo uescitur non est dignus, & satis superq; illi est Dei Opt. & Max. ineffabilem benignitatem ad pœnitentiam cum prouocare & expectare.

CONCLVSIO.

Bona extra gratiam facta sunt quorundam bonorum fortunæ impetratoria. patet in Exodo, ubi legitur, obstetricibus Egyptiorum Deum benefeciſſe. quia filios Hebræorum suffocare noluerunt. Et Romanis datum fuisse a Deo imperium propter bona eorum moralia, D. Aug. docuit.

Difficultas. An opera facta extra charitatem imminuant inferni pœnas. Lib. 5. de ciu. c. 12. Al. Alẽ. q. 58. So. m. 3. Th. ib. art. 4. Bon. q. 6. Dur. q. 3 & 4. dd. ubi sup.

Si huiusmodi opera sint obligatoria, minuunt quidem ad hunc sensum, scilicet, non accumulant. Grauius enim punientur damnati, qui plurium transgressionum, quam qui paucarum, rei extiterunt.

Art. II. Quibus operibus debet fieri satisfactio pœnalibusne.

Communis opinio est affirmans. Soto in 4. d. 19. q. 2. ar. 1. opinatur quodcunq; opus meritorium quantumuis delectabile, ut comedere, bibere &c. esse satisfactorium.

CONCLVSIO.

De ratione satisfactionis est ut fiat per aliquem actum pœnalem. Ratio est, quia satisfactio fit ad corrigendam culpam, quę non corrigitur nisi per pœnam. Al. Alẽ. q. 84. m. 2. art. 2. Th. q. 15 ar. 1. Bon.

CONCLVSIO.

Quamuis regulariter ita fiat satisfactio per actum s. pœnale,

Ir.l.q.3. Ri. art.i. q.3. Sco. q.i. dur. q.5. Gab. d.16.q.i. Adri. de satisfa. arti.ul. Medi.q.6.de satisf. Sylve.uer. satisf.§. 8.

aliquando tamen satisfacimus per actum feruentissimum dilectionis Dei super omnia. Ratio Sco. est quia in acceptatione diuina æquiualet actuali pœnitentiæ, & est pœnitentia uirtualis.

CONCLVSIO.

Ad satisfactionem, ut sit actus nobis pœnam aliquam, uel tristitiam ingerens non desideratur. Quia ditissimus satisfacit per Eleemosynam, & temperatissimus per ieiunium, & neuter illorum his actibus contristatur, satis enim est, ut sit priuatio alicuius boni utilis, aut delectabilis.

Diffic. Possumusne pro peccatis dimissis satisfacere per flagella, quę nobis a Deo mittuntur.

CONCLVSIO.

Flagella quæ a Deo propter peccata actualia mittuntur, pro peccatis iam dimissis sunt iustis recompensatoria. Nam ut tormenta animabus purgatorij inflicta sunt recompensatoria, ita & hæc. Vtraq; enim a Deo in uindictam peccatorum mittuntur.

Diffic. Suntne satisfactoria iuxta quantitatem patientiæ, An flagellorum.

S.Th. & Ricar. ubi sup.

V.G. si duo inæqualiter patiantut, unus per diuturnam, & grauissimam infirmitatem, alter per incendium domus &c. habeant tamen æqualem patientiam, est modo difficultas, An æqualiter satisfaciant.

CONCLVSIO.

Tunc grauiore patiens mala plus satisfacit. Quia cum hæc flagella a Deo in pœnam peccatorum mittantur, qui plura, & maiora mala patitur, plus satisfacit, quemadmodum pœnitentes, qui maiores, & grauiores pœnitentias a Sacerdotibus impositas adimplent.

CONCLVSIO.

Flagella, quæ secundum generalem concursum ex naturalibus causis oriuntur, erunt secundum quantitatem patientiæ satisfactoria. Ratio est, quia cum non sunt hæc mala actus iustitiæ, & uindictę diuinæ, si ex natura rei oriantur, non erunt plane recompensatoria, nisi iuxta quantitatem patientiæ illa sustinentis.

Appē.

Hinc latro, uel homicida qui suspenditur, solum satisfaciet secundum patientiæ quantitatem.

Difficultas. Suntne tria operum satisfactoriorum genera.

CONCLVSIO.

Tria quidē sunt. Oratio. s. S. Ieiunium, & Eleemosyna. Quia omne

omne peccatorum, uel est concupiscentia carnis, uel concupiscentia oculorum, uel superbia uitæ. Et animaduerte, reliqua opera pœnalia, sub his tribus generibus comprehendi. Nam subiciunio flagella, uigilliæ, peregrinationes, &c alia id genus continentur. Sub Eleemosyna uero omnia misericordiæ opera, &c.

Diffic. Potestne unus pro alio satisfacere.

Ale. Alē. q. 83. m. 2 arti. 2. & 85. m. 4. Th. q. 13. ar. 2. relā quid. 20 Bon. ar. 1. q. 1. Ri. ar. 1. 1. q. 3. dur. q. 2.

CONCLVSIO.

Quando pœnitentia a Sacerdote pœnitenti imponitur, nō solum in satisfactionem pro pœna peccati dimissi, uerumetiā in medicinam contra morbum spiritualem, ut si auaro Eleemosinę elargitio iniūgatur, tūc unus pro alio satisfacere non potest: medicina enim & remediū cōrta morbū corporalē si alteri applicetur, tali morbo laboranti minime proderit.

CONCLVSIO.

Quando pœnitens per seipsum satisfacere ualet, per alium pœnitentiā adimplere non potest: pœnitentię enim iniuncta est obligatio personalis, quæ pro delicto imponitur. Dicitur namq; in Can. omnis utriusq; sexus, pœnitentiam proprijs uiribus studeat adimplere.

CONCLVSIO.

Quando aliquis per seipsum pœnitentiam iniunctā adimplere non potest, per aliū satisfacere poterit. Nam si uiuus pro mortuo in purgatorio existente satisfacere potest, cur etiam pro uiuo ad pœnitendum impotente non poterit.

CONCLVSIO.

Vt aliena satisfactio prosit, oportet utrunque satisfacientem, scilicet, & illum, pro quo fit satisfactio, in charitate existere. Ratio est, quia satisfactio unius pro alio a Deo admittitur, quatenus ambo unius corporis mystici, utpote Christi, sunt membra. Vt enim manus aliquando ob contumeliam alteri illatam abscinditur: ita unū membrū unius corporis mistici, cuius Christus est Caput, pro alio potest Deo satisfacere.

CONCLVSIO.

Potest unus in charitate existens pro alio per opera supererogationis applicando illa sua opera satisfactoria Deo facere satis, sic solēt religiosi alijs sua opera satisfactoria applicare ad pœnæ temporalis remissionem. Patet exemplo Christi, qui nulli pœnæ obnoxius pro peccatoribus ineffabiles sustinuit pœnas.

CONCLVSIO.

Poterit pœnitens per se, uel per alium pœnitentiam adim-

plere, si sacerdos illam imponens istud concesserit. Ratio est, quia quando præceptum ponitur sub disiunctione, electio est debitoris.

Art. III. De purgatorio.

De hoc art. differunt DD. d. 20. Magistri, & sunt præsertim legendi d. Bon. & Ric. & pater a Cast. uer. purgatorium, cõtra hæreses. Absoluetur positis aliquot difficultatibus.

Difficultas. An sit purgatorium post hanc uitam.

dd. d. 20.

CONCLVSIO.

Ric. ar. 2 Bon. q. 1. & ul. ar. 1. Cas. ver bo, purgatorium cõtra hæreses.

In alia uita est purgatorium, in quo animæ pœnam temporalem pro peccatis mortalibus, & venialibus iam dimissis quo ad culpam patiuntur. Patet Macha. 12. Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur. Qui locus non intelligitur de beatis, pro quibus non est orandum, cum sint in patria, neque de damnatis, quia ibi nulla est salutis spes.

Hæresis.

Contra hanc ueritatem est Hæresis Lutheri, & aliorum, q purgatorium negabant. Vide Castrum ubi supra.

Difficultas. An pœna purgatorij sit maior quacunque alia præsentis vitæ pœna.

Ric. q. Bona. ar. q. 2.

CONCLVSIO.

Pœna damni, quam iusti in purgatorio patiuntur, non est maxima, quia cum sit exilium temporale a regno spe uidendi Deum, minuitur. Quid? quod sequeretur ex oppositio, olim Sanctos Patres habuisse in limbo maiorem pœnam, quam si uiui in hac uita comburerentur.

CONCLVSIO.

Pœna sensus in animabus purgatorij est grauior quacunque alia huius uitæ pœna. Ratio est, quia anima separata habet potentias perspicaciores: & ita tunc de quacunque re no lita magis contristatur.

Diffic. Quorum ministerium animæ in purgatorio cruciantur.

CONCLVSIO.

Ric. q. 3. ar. 1. q. 5.

Non cruciantur ministerio dæmonum. Ratio est, quia sunt inimici: deducuntur tamen, animæ iustorum ad purgatorium per ministerium bonorum Angelorum, ut animæ damnatæ per ministerium dæmonũ in infernum deportantur. Constat Lucæ. 16. de Lazaro, & diuite Epulone. Vide D. Bon. ubi supra ubique tamen torquentur igne.

Diffic. An pœna existentium in purgatorio sit meritoria, & uoluntaria.

Vide D. Bona. ubi supra, ar. 1. q. 3. Ric. q. 2.

Ani-

CONCLVSIO.

Animæ existẽtes in purgatorio uoluntarie, id est, patienter tormenta sustinent. patet exemplo infirmi, qui patienter sustinet tormenta ignis, quoniam intelligit esse remedium ad salutem necessarium.

CONCLVSIO.

In purgatorio nullus demereri potest. Ratio est, quia posset tunc peccare, & ex consequenti damnari, quod est manifeste falsum.

CONCLVSIO.

Animę in purgatorio existentes per patientiam, quam habent in tormentis, neque gratiæ, neque glorię augmentũ promerentur. Patet Ecclesiast. 9. quodcũque potest manus tua, instanter operare. quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas, quo loco purgatorium, infernum appellatur: tum etiam, quia solus actus in hac uita elicitus a charitate est meritorius.

FLORES QVAESTIONIS DE SACRAmento Extremæ Vnctionis.

Art. I. De his, quæ ad essentiam huius Sacramenti pertinent.

DD. dist. 23. q. uni. Sc. Duran. q. i. Ric. ar. ii. q. i.

HIc Articulus aliquot difficultatibus positis patebit.

Diffic. An Extrema Vnctio sit Sacramentum.

CONCLVSIO.

Extrema unctio uerum est sacramentum, est enim cæremonia a Christo Iesu instituta gratiam conferens. Nam si in peccatis, inquit D. Iaco. fuerit, remittentur ei, estque definita in Conc. Trid. Sess. cap. 1.

Difficultas. Fuitne hoc Sacramentum a Christo institutum.

Ric. q. 2.

Hanc difficultatem expositam leges art. 5. qõ. 3. de Sacramentis in genere.

Difficultas. Cum habeat plures unctiones, & formas, estne unum Sacramentum, an plura.

CONCLVSIO.

Vnum est unitate perfectionis, licet plures unctiones, & formas habeat: constat a simili de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, quod unum est, quamuis duas formas, duasque materias partiales habeat.

Bon. ar. i. q. 3. & 4. Sco. ibid. Dur. q. 2. & 3. Ric. q. 3.

Difficultas. Quænam est huius Sacramenti Materia.

CONCLVSIO.

Necessaria materia est oleum oliuarum, definita est in Ca-

non.unico de sacra unctione,& in concil. Flor. sub Eugenio IIII.

CONCLVSIO.

Est etiam de necessitate huius sacramenti,ut oleum sit benedictum. Definita est in Conc. Trid. ubi sup. c.i.

CONCLVSIO.

Est etiam de essentia huius sacramenti, ut benedictio fiat per episcopum,aut a sacerdote per Papæ facultatem. Definita est in conc. Trid. proxime citato expresse, nam dicit Concilium,materiam esse oleum ab episcopo benedictum,quę quidem benedictio facta ab episcopo, cum non sit de iure diuino,sed de positiuo tantum,poterit per solum Rom. Pont. presbytero committi.

Appen. dd. ubi supra Ri. q. 4.

Hinc cauendus erit Caiet. qui licet timide, existimat,olei benedictionem per quemlibet presbyterum fieri posse.

Difficultas. Quænam est huius sacramenti forma.

CONCLVSIO.

Præcisa forma est, indulgeat tibi Deus quicquid peccasti per uisum,&c. ita ut per uerbum indicatiui modi non conficiatur. Definita est expresse in conc. Flo. D. Bon. & Ri. referunt aliquas ecclesias,ut Græcorum ecclesiam habere formam indicatiui modi,dicendo:ungo oculos tuos oleo in nomine patris,&c. apud quos nisi addatur,ut indulgeat tibi Deus,&c. Extremæ unctionis sacramentum non conficietur.

Art. II. De effectu huius sacramenti.

An sit remissio uenialium principalis effectus.

q. 3. art. 3. & q. 2. ar. 2. Ri. q. 3. & 6. ar. 1. dur. q. 1.

Duæ sunt opin. quas citat D. Bon. una tenet non esse proprium effectum uenialium remissionem, sed diminutionem reliquiarum peccati originalis,& actualis,& est d. Th. Altera opi. est Ric. D. Bon. Sco. Dur. & Maio. qui tenent ordinari ad remissionem uenialium.

CONCLVSIO.

Remissio uenialium est huius sacramenti effectus, dicit. n. B. Iaco. etsi in peccatis fuerit, dimittentur ei. Definita fuit in Conc. Trin. can. 2. & can. 3.

CONCLVSIO.

Non tamen est peculiaris effectus huius sacramenti. Ratio est,quia,ut supra diximus, remissio uenialium est effectus cõmunis omnium sacramẽtorum. Quia si per sacramentalia fit talis remissio, multo magis per sacramenta fiet.

CONCLVSIO.

Neque est peculiaris effectus reliquiarum peccati diminu-

tio,

tio, s. corporis ad bonum, & pronitatis ad malum: tunc. n. deberet etiam sanis, sicut infirmis administrari, cum hæc peccatorum uestigia patiantur. Quid? quod potius esset dicendus generalis effectus omnium sacramentorum, quæ quidem cõferunt gratiam, qua fomes peccati diminuitur: uerum tamen est, reliquias peccatorum per extremam unctionem extenuari, quemadmodum conc. Trid. ubi sup. docet.

CONCLVSIO.

Peculiaris autem effectus gratiæ, quæ per hoc sacramentũ confertur, est auxilium contra tentationes, quas homo, tẽpore mortis patitur. Definita est in conc. Trid. c. 2. ubi sup. ita legitur. Res etenim huius sacramenti est gratia Spiritus sancti, cuius unctio delicta, si qua sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi incõmoda, ac labores leuius fert, & tentationibus dæmoniis calcaneo insidiantis, facilius resistit: nunquam. n. homo magis eo auxilio, quam in instãti mortis indiget.

Art. III. An solus sacerdos sit huius sacramenti minister.

CONCLVSIO.

d. Bon. ar ti. 2. q. 1. Ric. ar. 2 q. 1. & 2. Scot. ubi sup. dur. q. 3. c. 3.

De necessitate huius sacramenti est, ut a presbyteris ministretur. Nam inducat, inquit D. Iac. presbyteros. estque definita in conc. Trid. ubi supra, & in cano. quæsiuit uerb. significatione.

CONCLVSIO.

Debetque a proprio sacerdote ministrari, etsi ab alieno ministretur, erit uerum sacramentum, peccabit tamen mortaliter administrans. Si uero a religioso sine licentia curati, erit excommunicatus. Ita definitur in clem. dudum, de sepult. In casu tamen extremæ necessitatis poterit quilibet sacerdos, etiam religiosus, per ratihabitionem in absentia proprii curati illud administrare. Ratio est, nam tunc actum charitatis exercet.

CONCLVSIO.

d. Bon. ar ti. 2. q. 2. Scot. ubi sup. Ric. ar. 2. q. 3 & quid. ran. q. 4

Si ante finitam extremam unctionem contingat, ministrũ mori, aut infirmari, poterit hoc sacramentum, ab alio sacerdote perfici. Probatur a simili de sacramento eucharistiæ.

Art. IIII. de recipientibus extremam unctionem, an sit ministranda sanis, furiosis, & pueris.

CONCLVSIO.

De necessitate huius sacramenti est, ut sanis non ministre-

tur,

tur, nam Dicit B. Iaco. infirmatur quis in uobis &c.

Hinc, si damnatis ad mortem, aut in periculo mortis uiolentæ existentibus ministretur, non erit uerum sacramentum: propterea quod isti non infirmantur: bene tamen, si detur cõfosso uulneribus, quia quamuis sit mors uiolenta, tamen infirmatur.

CONCLVSIO.

Ad ueritatem huius sacramenti requiritur, ut medici de infirmi salute desperent, non autem, ut sit omni spe destitutus. Confirmatur ex usu Ecclesiæ & Concil. Florent. authoritate.

CONCLVSIO.

Non debet nisi petentibus conferri. Patet ex usu Ecclesiæ: & confirmatur a simili de alijs sacramentis dempto Baptismo respectu paruulorum.

CONCLVSIO.

Perpetuo amentibus, qui nunquam ratione usi fuerunt, nõ est extrema unctio administranda, quia datur in remissionem peccatorum; & isti nunquam peccauerunt.

Hinc phræneticis, & habentibus lucida interualla erit administranda; si illam in sanitate petierunt. Appen.

CONCLVSIO.

Pueri, qui nondum habent annos discretionis, non debent illam recipere. Quia non indigent remedio contra peccata, cum nondum peccauerint. neque contra tentationes, quas tẽpore mortis non patiuntur: bene tamen erit administranda pueris, qui annos discretionis attigerunt, quamuis non sint Eucharistię capaces.

Difficultas. Estne de necessitate huius sacramenti determinatas corporis partes ungere.

D. *Bona. ar. 2. q. 3 Ric. q. ul. Sc. et Duran. ubi supra.*

CONCLVSIO.

De essentia huius sacramenti est, ut unctio in quinq; sensibus fiat, in oculis, scilicet, auribus, naribus, ore, quod est organum gustus, manibus, quæ sunt organa tactus. Ratio huius conclusionis est immemorabilis Ecclesiæ usus: & quia per quinque sensus mors spiritualis ad animam intrat.

CONCLVSIO.

Vnctio in renibus, & pedibus non pertinent ad huius sacramenti essentiam. Nam in nonnullis Ecclesijs, & religionibus non fit ibi unctio. Et fœminæ in umbilico, & nõ in renib. unguntur, & tamen hi omnes uerũ recipiunt sacramentum.

CONCLVSIO.

Sunt tamen de integritate huius sacramenti, ut olim respe-

ſpectu Baptiſmi erat trina immerſio, in quarum ultima dabatur gratia: quia miniſter non intendebat conferre ſacramentum uſque ad ultimam immerſionem.

Hinc, ſi infirmus in quinque prioribus unctionibus nõ eſt diſpoſitus ad ſuſcipiendam gratiam, in ultima unctione, ſi tamen fuerit diſpoſitus, illam recipere poterit. Appen.

FLORES QVÆSTIONVM DE Sacramento ordinis,

DE hoc Sacramento diſſerit Mag. d. 24. & 25. & DD. ibid. Et Caſtr. uerbo ordo, & uerbo, Sacramentum.

Art. I. De ijs quæ ad eſſentiam Sacramenti Ordinis pertinent. DD. diſt. 24. D.

Abſoluetur art. aliquot difficultatibus poſitis.

Difficultas. An ordõ ſit nouæ legis Sacramentum. Bona q. 3 art. 1. Ri. ar. 3. q. 2 Sco. q. unica Duran. q. 1.

CONCLVSIO.

Ordo pro ordinatione ſumptus, eſt uerum ſacramentum. Conſtat ex definitione ſacramenti in principio operis poſita, eſt enim ſignum ſenſibile &c. ex Conc. Flor. & Trid. lege ſupra de ſacramentis in genere,

Hinc defendendus eſt Scot. ab iniuria, qua illum afficit Soto. Nam dicit Scot. dixiſſe ſacramentum ordinis eſſe poteſtatem ſpiritualem, ſcilicet, charitatem, & non potius ordinationem ipſam, cum tamen expreſſe Sco. oppoſitum affirmauerit. Eius enim uerba hæc ſunt: quid ergo eſt ſeptimum ſacramentum? dico quod ordinatio, cuius deſcriptio poteſt eſſe iſta: ordinatio eſt inſtitutio alicuius in gradu Eccleſiæ eminente, cui conuenit aliquod miniſterium circa Euchariſtiam exhibendum, facta a miniſtro idoneo, certa uerba proferente. Hæc Sco. qui quidem quando prius dixit, ordinem non eſſe ſacramentum, loquebatur de charactere, qui eſt res ſacramenti, & non ſacramentum, cum ſit inuiſibilis. Soto. libe-ratur q 1 art. 1. d. 24. q. 2 art. 3.

Diffic. Quando fuit hoc ſacramentum a Chriſto inſtitutum. Scot. ubi ſupra.

CONCLVSIO.

Tempore cœnæ fuit inſtitutum, & poſt reſurrectionẽ conſummatum. Ratio eſt, quia hoc ſacramentum ordinis perfectio conſtat poteſtate conficiendi corpus Chriſti uerum, & remittendi peccata. Prima fuit tradita poſt cœnam, quando dixit Apoſtolis. Hoc facite in meam commemorationem. Secunda uero poſt reſurrectionem, quando dixit, accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata &c. hoc autem intelligendum eſt de ſeptem omnibus ordinibus: quia Chriſtus dedit poteſtatem Eccleſiæ adminiſtrandi, & ordinandi miniſtros ad ſacrificium Euchariſtiæ neceſſarios. Vt conſtat autho-

authoritate Anacleti Papę in cap. 2. sui decreti, & B. Ambro-
ad Eph. 4. sij super locum, ipse dedit quosdam Apostolos &c.

Hæresis. Hinc confutatur error dicentium, minores ordines esse inuentum humanum.

Difficultas. An Sacramentum Ordinis in septem ordines, quorum quilibet sit sacramentum, recte diuidatur.

q. 2. Cai. in q. de ritu ordinis & in 3 p. q. 64 art. 3. D. Bona. q. 1 et 4. Ric. q. 3. ar. 3 dur. Sco. q. unica. Tres sunt opiniones circa partem secundam tituli, an quilibet Ordo sit sacramentum. Prima Dur. asserentis solum Sacerdotium esse sacramentum, reliqua uero esse sacramentalia quædam. Secunda opinio uidetur esse Caiet. B. Tho. D. Bon. & Ric. Alberti magni, Almay, Maioris &c. asserentium omnes septem ordines esse sacramenta, & in illis omnibus imprimi characterem. Tertia opinio, quam citant D. Th. & D. Bon. tenet, sacerdotium, diaconatum, & subdiaconatum, qui dicuntur ordines sacri, esse sacramēta: reliquos uero quatuor sacramentalia.

CONCLVSIO.

Conuenientissime ordinis sacramentum in septem ordines diuiditur. Nam si regiam mensam decet uarios esse, & multiplices ministros: (ut de mensa Salomonis constat) quanto magis conueniet mensæ regis gloriæ ubi uitæ panis, qui est Christus Iesus, spiritualis animarum ministratur: quę enim in mensa regis Salomonis gerebantur, erant figura Ecclesiæ,
4. Reg. 4. in qua uarij sunt ministri, uarijsq; uestibus, ad uaria officia designati.

CONCLVSIO.

Numerus ministrorum congruentissime fuit septenarius, nempe sacerdos, Diaconus, subdiaconus, Colytus, Exorcista, Lector, & ostiarius, Hæc probatur cōtra hæreticos antiquissima primitiuę Ecclesiæ cōsuetudine. Nā canones Apostolorū diaconi, & subdiaconi &c. n. entionem faciunt: ut constat in summa Conciliorum Can. 42. & 43. fuerunt enim ab initio nascentis Ecclesiæ septem ordines. de singulorum autem ministerijs lege Magistrum sententiarum hac distinctione.

CONCLVSIO.

Non est erroneum affirmare cum Dur. solam ordinationē Sacerdotis esse sacramentum ordinis; reliquas uero ordinationes sactamentalia esse. quia Ecclesia hactenus non declarauit oppositum. neq; eius opinio scripturæ sacræ, & sanctorū authoritatibus contradicit.

CONCLVSIO.

Tres ordines sacri, scilicet, sacerdotium, Diaconatus, &

sub-

subdiaconatus, sunt sacramenta, reliqui uero quatuor, sacramentalia. Nam B. Pau. descriptis moribus Episcoporum, depingit Diaconi & subdiaconi mores. ita ut qui sic ministrãt, nullum habeãt crimẽ, quibus uirtutibus fulgere non possunt, sine gratia quæ per illos ordines confertur. Tum etiam Diaconus, & subdiaconus, quemadmodum & Presbyteri, ab Ecclesia matrimonium contrahere prohibentur: Sacerdotium autem esse sacramentum, ex dictis patet. 1. ad Th. 3.

Hinc confutatur error Vuicleff, qui duos tantum ordines esse asserebat. in quem inuehitur Pater a Castro. uerbo Ordo. Hæresis.

DVBIVM.

Tres ordines sacri imprimuntne characterem. Ric. d. 14 art. 4. q. 3. d. B. ma. q. 4.

Si character pro potestate solemniter celebrandi sumatur, Sacerdotium, diaconatus, & subdiaconatus, characterem imprimunt. Quia nullus non ordinatus potest solemniter horum ordinem ministeria absq; mortali peccato exercere. Dicitur autem solemne ministerium, quod uestibus sacris fieri consueuit: ut si quis non subdiaconus, cum manipulo caneret aut legeret Epistolam, quia solus manipulus est signum ordinis, ut constat in missis feriatis, peccaret, & efficeretur irregularis. Idem iudicium est de non diacono solemniter diaconatus officium faciente. Sunt autem uarij modi, quibus character a DD. sumitur. & iuxta hos uarios modos uarie de hoc dubio sentiunt.

Diffic. Quæ actione cuiuscunquæ ordinis character imprimitur. Ri. et d. Tho. ubi supra.

Merito hoc quæritur quia in collatione cuiuscunq; ordinis uariæ actiones interueniunt.

CONCLVSIO.

In singulis ordinibus per illam actionẽ character imprimitur, per quam principalis illius ordinis potestas applicatur; ut Sacerdoti imprimitur character, quãdo datur potestas consecrandi, s. per traditionem calicis cum uino & patenæ cum Hostia. Et diacono, quando traditur potestas legendi Euangelium, quæ est principalis. imprimitur character per traditionem libri Euangeliorũ. Similiter & subdiacono per traditionem calicis uacui, & patenæ: nam principalis eius actus est, materiam consecrandã præparare. Canonizata est per Conci. Flor. expresse, ubi ita legitur. Sextũ sacramentũ est ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicis cum uino, & patenæ cum pane porrectionem: Diaconatus uero per libri Euange-

lio-

liorum dationem: subdiaconatus per calicis uacui cum patena uacua superposita traditionem, & similiter de alijs per rerum ad ministeria sua pertinẽtium assignationem. Hactenus Concilium.

Dubium. Instituitne Christus diaconatum, & subdiaconatum.

CONCLVSIO.

Christus diaconatum instituit: fecit enim Apostolus mentionem de diaconatu, ideoque credendum est illum instituisse, quemadmodum & extremam unctionem, quam B. Iacob. promulgauit.

De subdiaconatu dicitur, Apostolos diuisisse diaconatum in duos gradus, atque ita est sacramentum. Magister sentẽtiarum tenet, Ecclesiam instituisse subdiaconatum, & reliquos minores ordines. Et quo ad minores nemo illi contradicit, cum non sint sacramenta.

De sacr. i genere.

Dubium Peccantne mortaliter diaconus, & subdiaconus in mortali hęc sacramenta exercentes.

Supra de hoc dubio egimus, non enim peccat. Quia tunc mortaliter peccatur, quando actus qui exercetur, ex opere operato gratiam confert: qualis actus non est Euangelium, uel Epistolam legere.

Caieta. 3. p. q. 64. artic. 6.

Dubium. Licetne septem ordines prępostero ordine recipere.

CONCLVSIO.

Nequaquam est licitum, etsi fiat; non erit ordo reiterand⁹, sed qui deest, est supplendus. Definita est in cap. Tuæ literæ, de Clerico per saltum promoto.

Dur. q. 1.

Difficultas. Quænam est Presbyteratus forma.

CONCLVSIO.

Forma huius sacramenti est hęc; accipe potestatem offerẽdi sacrificium in Ecclesia pro uiuis & defunctis. Definita est expresse in Conc. Flor. ubi in alijs ordinib. similis forma ponitur.

CONCLVSIO.

Materia uero est res illa, quæ suscipienti ordinem traditur: ut Calix cum uino &c. Presbyteratus materia: liber Euangeliorum, diaconatus: Calix uacuus cum patena subdiaconatus & sic de alijs ordinibus: ita enim in eodẽ Concilio definitur.

Verb. Ordinandi in summa

DVBIVM.

Estne de essentia huius sacramenti, ut ordinandus tangat materiam.

Caiet. & alij tenent non esse necessarium talẽ contactum, sed sufficere solam traditionem per Episcopum factam. Contraria opinio est uerior: & securior.

Con-

CONCLVSIO.

Ordo, ut est sacramentum, supponit pro traditione, quæ fit ab Episcopo, & verba, contactumq. suscipientis connotat. Constat ex usu Ecclesiæ, quod est fortissimum argumentum. Quemadmodum enim non acquiritur dominium, nisi per possessionem, quæ fit per contactum: ita non acquirit aliquis potestatem celebrandi, quin materiam tangat. *S.Tho.3. 2.q.184. art.6.ad 1.Ric.ar. 1 q 1. & 2.Sco.q. unica.*

Art. II. De Annexis huic sacramento.

Hic art. duabus difficultatibus positis absoluetur.

Difficultas. An Sacerdotium, & Episcopatus, sint ordines iure diuino distincti.

Scot. opinatur partem negantem esse probabilem. Dur. uero magis communem, & securiorem esse affirmat.

CONCLVSIO.

Quoad potestatem ordinis Episcopus iure diuino est superior, atque a simplici Sacerdote distinctus. Ratio est, quia solis Episcopis conuenit quædam potestas ordinis, quam Ecclesia annullare non potest. Nam Episcopus degradatus, si conferret ordines, uel confirmaret, uerum sacramentum conficeret, ut definitum est in cap. Vnico. de ordinato ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui, quapropter talis potestas iure diuino, & non positiuo Episcopis, conuenit, alioquin enim Ecclesia illam reuocare posset. *Dur.q.5. & 6.*

Diffic. Estne Episcopatus ordo distinctus a Sacerdotio.

Duæ sunt opiniones contrariæ, quas citant Sco. & Dur. ubi supra; intelligenda est difficultas de ordine, non ut est dignitas in Ecclesia, sed ut est ordinatio quædam. Tenet autem prima opinio esse ordinem, & sacramentum a sacerdotio minime distinctum; secunda uerò asserit non esse sacramentum.

CONCLVSIO.

Ordinatio Episcopi, non est perfectè sacramentũ, aut ordo distinctus a sacerdotio. Episcopatus enim necessario præsupponit sacerdotiũ, cũ nemo possit, quin sit sacerdos, Episcopus consecrari: essentq. iam non septẽ, sed octo distincti ordines.

CONCLVSIO.

Ordinatio Episcopi, est idem Ordo, & Sacramentum cum sacerdotio: distatq. solum tanquam magis perfectum a minus perfecto. Nam ut Eucharistia constat speciebus, panis, & uini, vnum sacramentum perfectum efficientibus: ita & Episcopatus, qui est perfectum sacerdotium duabus ordinationibus constat; prima, qua sacerdos imperfectus efficitur, & secunda, qua perfectus constituitur. Quia Episcopus habet

pote-

potestatem conficiendi omnia sacramẽta, quia simplex sacerdos caret. Vnde B. Aug. Episcopum consumatum sacerdotẽ appellat.

d. Bon. et Ric. est et S. Thom.

CONCLVSIO.

Ordinatio Episcopi nouum characterem nõ imprimit, sed sacerdotalem præexistentẽ ampliat: non enim est sacramentũ a sacerdotio distinctum; & quando sacerdos Episcopus consecratur, eius charact. r, seu potestas ad omnia septem sacramẽta, ut ad sacramentum confirmationis, & ordinis, quæ antea ministrare non poterat, extenditur.

Duran. opinatur nouum characterem imprimere.

Ric. ar. 1 q. 1. d Bona. durã. et Sc. q. 1

Art. III. De ministro hũius Sacramenti, an sit solus Episcopus.

Hoc artic. distinctio 25 Magistri aperitur.

CONCLVSIO.

Solus Episcopus, & non alius. uel ex officio, uel ex commissione Papæ, sacros ordines maiores conferre potest. Definita est in Conc. Flor. & Trid. Sess. 23. & Can. 4. ubi expresse definitur. Episcopus solus ordinarius huius sacramenti minister esse dicitur tum etiam ex Ecclesiæ consuetudine. Hactenus enim Rom. Pont. simplici sacerdoti huius sacramenti administrationem non commisit.

Innocent. in cap. 4. quem citat Sylu. Ver. ordo §. 3. & 7. opinatur. posse Rom. Pont. simplici sacerdoti collationem sacrorum ordinum committere.

CONCLVSIO.

Minores ordines a sacerdote non Episcopo conferri possunt uel ex commissione Papæ, uel ex lege, siue ex consuetudine. Definita est in cap. quando. Et in cap. non contingat, de Etate, & qualitate ordinandorum, ubi Abbatibus diœcesanorum conceditur. Illos etiam Cardinales Presbyteri ex consuetudine conferunt.

CONCLVSIO.

Episcopus hæreticus, siue sit a Catholicis, siue ab hæreticis ordinatus, de facto sacros ordines conferre potest: quãuis conferendo peccet, & suscipiens similiter, atq; irregularis reddatur. Canonizata est ab Ecclesia in Cano. quod quidã, 1. q. 1 & B. Aug. & Can. sicut semel. 68. dist. & est B. Gregorij, retinet enim characterem indelebilem. Est autem intelligẽda cõclusio hac lege, ut sit in forma Ecclesiæ ab hæreticis ordinat⁹,

CONCLVSIO.

Episcopus suspensus, excommunicatus, aut degradatus, quamuis mortaliter peccet sacros ordines conferendo; uerũ-

tamen

tamen ordinis sacramentum conficit. Retinet enim facultatē ordinandi: quia characterem indelebilem habet, & colligitur a simili ex cap. 1. de ordinatis ab eo, qui Episcopatu renūciauit.

Hinc, omnes textus iuris canonici, in quibus ordinatio ab hæreticis facta dicitur esse irrita; intelligendi sunt quo ad exercitium, siue exequutionem ordinis, quia sic ordinatus manet irregularis, non tamen quo ad characterem. Appen. Ric. est.

Art. De suscipientibus hoc Sacramentum. Ric. ar. 4 q. 1. Sco. q. 2. d. Bona. q. 1. 1. Tim. c. 2.

CONCLVSIO.

Sexus fœmineus impedit ordinis susceptionem, ita ut nulla fœmina characterem recipere possit. Dicit enim B. Paul. mulierem in Ecclesia docere non permitto, nec dominari in uirum: dominaretur autem si in aliqua dignitate Ecclesiastica constitueretur.

Aetas infantilis, aut defectus usus rationis, huius sacramēti ueritatem non impedit, etiam si præceptum Ecclesiasticum sacros ordines conferri prohibeat. Solus Dur. hanc conclusionem diffitetur. Ratio est, quia charactet, id est, potestas cōficiendi sacramenta, quæ in hoc sacramento confertur, nō requirit in suscipiente rationis usum. Quemadmodum neque character Baptismi, & confirmationis. Hoc enim differt hoc sacramentum a pœnitentia, & matrimonio, quæ nō possunt recipi, nisi a ratione utentibus: quia huius materia est res exterior, illorum uero sunt actus humani sucipientis. Et confirmatur expresse ex cap. Vnico. de Clerico per saltum ordinato: esse autem hoc contra præceptum Ecclesiasticum, & mortale peccatum per totū titulum de ætate, & qualitate ordinandorum demonstratur.

Difficultas Paruulus ordinatus tenebiturne continentiam sacris ordinibus annexam seruare. Ric. ar. 4 9. 2. dur. quest. 2.

Duę sunt opiniones Prima glossæ in cap. proxime citato, quę dicit obligari. Communis autem opinio negat. Non obligatur ad illam seruandā, quia continētia sacris ordinibus annexa actum uoluntatis pręsupponit, quod si matrimonium contraheret sacros ordines exercere prohiberetur. Nihilominus tamen probabile esse uidetur non posse habito rationis usu matrimonium contrahere. Nā sicut ligatur alijs pręceptis Ecclesiasticis, similiter, & hoc præcepto Ecclesiastico, ut sit ad contrahendum inhabilis.

CONCLVSIO.

Illegitime natus est irregularis, quo minus possit de lege

sacros ordines recipere. Definita est in cap. ut filij. de filijs Presbyterorum. & in cap. 25. qui eos qui eodem titulo in 9.

CONCLVSIO.

De facto tamen si ordinetur, ordines recipiet. Ratio est, quoniam irregularitas est de iure tantum canonico, quodquidem ius characteris receptionem non impedit.

Nota, episcopum posse dispensare, ut illegitime nati ad minores ordines promoueantur, ad maiores uero præter Papam posse neminem.

CONCLVSIO.

Ingressus religionis tollit omnem irregularitatem, præter quam ex homicidio, & bigamia, quantum ad ordinis susceptionem. Definita est in Can. Presbyter 16. d.

CONCLVSIO.

Non tollitur tamen quo ad exequutionem, & administrationem, in ordinibus susceptis. Nam si Sacerdos irregularis religionem ingrediatur, eius irregularitas, etiam facta professione, nisi per dispensationem, non tollitur.

CONCLVSIO.

Illegitime nati, nõ possũt in religione Prælati institui, nisi in hoc cũ illis fuerit dispẽsatũ. Ita definita est in c. ut filij, alleg.

CONCLVSIO.

Seruus est irregularis ad ordines sacros recipiendos, *nisi* eius Dominus consenserit. Definita est tota d. 54. & to. tit. de seruis non ordinandis, & Domino consentiente efficitur liber, etsi habuerit pretiũ, tenetur se redimere, & Episcopus sciẽter illũ ordinãs, ad duplũ pretiũ Domino restituẽdũ obligat.

CONCLVSIO.

Seruus ignorãte Episcopo, & Domino, ordinatus, a seruitute nõ liberatur, hoc enim in detrimẽtũ proprij Domini esset.

CONCLVSIO.

Neque poterit ministrare, non enim est sui iuris, lege d. 45. Hinc seruitus de facto sacramẽti ueritatẽ nõ tollit; *recipit enim* characterẽ, quia nõ est seruitus impedimentũ ex iure diuino.

CONCLVSIO.

Corpore uitiatus, si uitium Sacramenti ordinis ministeriũ impediat, est irregularis, ut abscissio pollicis, uel si causat horrorem, ut abscissio nasi, uel macula in oculos notabilis. Definita est per totum titulum de corpore uitatis, extra.

CONCLVSIO.

Potest tamen Papa cũ his dispẽsare, ut ad sacros ordines promoueãtur. Patet exemplo B. Pe. qui cum D. Marco dispẽsauit,

qui

qui pollicè sibi, ut sacerdotio indignus haberetur, amputauit.

CONCLVSIO.

Eunuchus, qui se, ut continentiam seruaret, castrauit, irregularis efficitur. Definita est in Can. si quis absciderit §. d.

CONCLVSIO.

Quicunque fuerit homicidij iusti, uel iniusti & mutilationis membrorum causa, est irregularis. Definita est in cap. sicut dignum. Et in cap. de cætero, de homicidio. Appen.

Hinc iudices, testes, aduocati, tabelliones, & omnes iustitiæ ministri, qui dant causam homicidio, aut mutilationi membrorum, & dantes fauorem, consilium, auxilium, unde homicidium sequitur, sunt irregulares. V.g. extrahentes ad suspendendum ab Ecclesia. constat ex cap. sicut dignum. citato. Dauidi enim prohibitum fuit a Deo templum construere, quoniam uir sanguinis erat.

Diffic. Quando ratione homicidij irregularitas contrahetur.

Varia est inter DD. disputatio circa proximam conclusionem: intelligetur facile in hac difficultate. *Ric. ar. 5 q. 3. Sco. quæst. 2.*

CONCLVSIO.

Omne homicidium, aut mutilatio membri in se uolũtaria inducit irregularitatem. Definita est in cap. sicut dignum, & cap. de cætero, de homicidio.

CONCLVSIO.

Non autem inducit irregularitatem, si propter defensionẽ propriam fiat. Definita est in Clem. unica, de homicidio.

CONCVLSIO.

Qui dat operam rei illicitæ simul, & periculosæ, etiam si præter eius intentionem homicidium, aut membri mutilatio sequatur, efficietur irregularis, quia illis duobus concurrentibus, scilicet, periculo, & re illicita, homicidium inde sequutũ in sua causa uoluntarium censetur. Et ita inducit irregularitatem, ut si Clericus hastis ludẽs hominem interficeret, aut mutilaret quãtacũque diligẽtia adhibita, incurret iregularitatẽ.

Hinc Clericus medicus, qui causa pietatis curans infirmũ, occidit illum, non est irregularis, quia curando gratis, quãuis det operam rei periculosæ, non tamen rei illicitæ, ita definitur in cap. tua nos de homicidio. Appen.

CONCLVSIO.

Si Clericus, aut Laicus die dominico sternat tegulas, si non admonuerit prius prætereuntem, & illũ interfecerit, erit irregularis, quia non admonendo, & adhibendo diligentiam debitam fuit uoluntarie negligens, & ex consequenti homi-

cidium fuit in sua causa uoluntarium. Definita est in c. continebatur. Et in c. Presbyterum, & sequentibus, de homicidio.

Appen. Hinc si prius præteruntem admonuerit, debitamq; diligentiam adhibuerit, non erit irregularis. Nam licet det operam rei illicitæ, non tamen periculosæ.

CONCLVSIO.

Qui dat operam rei illicitæ, erit irregularis, si ex negligentia homicidium sequetur: quia cum hæc negligentia sit culpabilis, censetur uoluntaria.

Appen. Hinc qui uerberat discipulum etiam iuste, & ferit caput, ita ut mors sequatur, erit irregularis, quia fuit negligens & incautus, ut constat ex cap. Præsbyterum citato.

Appen. Hinc non erit irregularis qui scindit arborem, quæ cadēs hominem interficit, si prius diligentiam, ne aliquem opprimeret, adhibuit, ita intelligendus est casus in cap. dilectus de homicidio.

CONCLVSIO.

In his omnibus euentibus incurritur irregularitas, quāuis mutilatus, uel occisus, sit infidelis, occidens tamen ut sit irregularis, baptizatus esse debet, propterea quod talis irregularitas tollitur per Baptismum.

CONCLVSIO.

Sunt etiam irregulares, qui concomitantur malefactorem morte plectendum, quia quodammodo homicidio cooperantur. Si tamen sic sunt mortis causa, ut mors si ipsi non custodissent reum, non fuisset sequuta.

CONCLVSIO.

Qui pugno extrahit dentem non est irregularis, neque mutilator dicitur, & pœnæ iuris non sunt ampliandæ, sed restringendæ.

CONCLVSIO.

3.p.q.39 art.4. Qui est in causa, ut alij citius moriantur, ut qui infirmis assistunt, & illos uertunt, si bona fide illud faciunt, non uidētur esse irregulares: grauissima enim est pœna Ecclesiæ, quæ bona fide operantes comprehendere non uidetur.

CONCLVSIO.

Qui defendēdo se moderamine inculpatæ tutelæ olim erat irregularis, ut S. Thom. docet, modo autem iam est hoc reuocatum, per nouam Clementinam, atq; ita poterit celebrare.

Propositio prima.

Ecclesiastici ponentes iustitias, & exhortantes ut obseruēt eam, non sunt irregulares.

Pro-

Propositio secunda.

Non defendentes alium qui occiditur si ex officio defendere tenebantur, sunt irregulares, non autem si illis ex officio non incumbebat.

CONCLVSIO.

Per solam sanguinis effusionem citra homicidium aut membri mutilationem, irregularis efficitur nemo. Ratio est, quia pœna non est extendenda ultra casus a iure expressos.

Dubium. De defectu ex parte delicti.

Delicta aut antecedunt ordinis sacri receptionem, aut illã concomitantur, aut illam subsequuntur crimina, quæ inducunt irregularitatem, quo minus aliquis ad sacros ordines promoueatur, quinq; sunt quibus singulæ propositiones respondebunt.

Propositio Prima.

Apostata a fide, ut hæreticus, hæresiarcha damnatus, aut idololatria, aut infidelis post Baptismum, qui omnes Apostatæ appellantur, sunt irregulares quoad ordinis susceptionem. Definita est in Cano. Presbyteros. 50. dist.

Propositio secunda.

Rebaptizans, & rebaptizatus irregulares efficiuntur.

Propositio tertia.

Religiosus qui gratia audiendi leges, aut medicinam. monasterium relinquit, nisi intra duos menses reuertatur, irregularitatem incurrit. Definita est in cap. per speculum, ne clerici uel monachi &c.

Propositio quarta.

Qui ministrat solemniter in ordine non susceptro, ut si diaconus cum stola, uel qui non subdiaconus cum manipulo, in Missa dicat epistolam, est quoq. irregularis. Definita est in cap. 1. & 2. de eo qui ministrat ordinem non susceptum.

Propositio quinta.

Irregularis quoque est, qui infamia iuris, aut facti est infamis.

Crimina ordinis susceptionem concomitantia, & irregularitatem inducentia, sunt quæ sequentibus propositionibus explicantur.

Propositio sexta.

Excommunicatio maior, est primum crimen. Nam si ita excommunicatus susciperet sacros ordines, irregularis efficitur. Definita est in cap. cum illorum, De excommunicatione in 6. quod de maioribus tantum ordinibus est intelligendum.

Propositio septima.

Secundum est, quando aliquis recipit sacros ordines ab Episcopo, qui Ecclesiæ, & dignitati renunciauit, ut fiat monachus, vt in definitur c.1. de eo, q recipit ordines ab Episcopo &c.

Propositio octaua.

Tertium est, quando aliquis recipit sacros ordines ab Episcopo excommunicato, & denuntiato, qui omnes susceptos ordines ministrare, & alios ordines recipere prohibentur.

Crimina quæ sequuntur post ordinis susceptionem, sunt scilicet, suspensus, excõmunicatus, aut interdictus, si celebrat, ut definitum est in toto titulo de Clerico ministrante, & in c. finali. De excessibus prælatorum, & in Cap. Cum medicinalis. De excommunicatione in 6.

Dubium. In quibus casibus aliquis est suspensus.

Propositio Prima.

Qui suscipit ordines ab alieno Episcopo sine licentia proprij, & a proprio suspenditur. Si celebrat, efficitur irregularis.

Propositio secunda.

Quando uno die contra prohibitionem sub excommunicatione recipit aliquis duos ordines, uel ambos sacros, vel vnũ minorem, & alterum sacrum, irregularitatem incurrit. Qui recipit ordines excommunicatus. Secus autem est, si per excõmunicationem non prohibeatur, tunc enim solum est suspẽsus, & per Episcopum potest dispensari.

Propositio tertia.

Idem censendum est de eo, qui ordines furtiue suscipit, ut qui ordinatur non a suo Episcopo, & sine eius licentia, & absque examine se alijs commiscet. Ita definitum est in cap. 2. & 3. de eo, qui furtiue ordines suscepit.

Propositio quarta.

Qui per saltum ordinatur, ut Diaconatum ante subdiaconatum recipiẽs, est suspensus, etsi in ordine sumpto administrat, erit irregularis.

Propositio quinta.

Quando quis extra tempora ordinatur est suspensus, etsi celebret, irregularis. Definita est per Extrauag. Cum ex sacramento. Anima duertendum est has omnes irregularitates esse de iure positiuo, in quibus Rom. Pont. dispensare potest.

CONCLVSIO.

Ligatus uinculo matrimonij est inhabilis ad ordinis susceptionẽ, etsi relicta uxore maneat in sæculo, est de hæresi Lutherana suspectus, si autem religionem ingrediatur, & ibi ordines

dines recipiat,non erit pœna aliqua plectendus, sed uxori restituendus. Hæc colligitur ex cap.1.de cõuersione cõiugatorũ.

DVBIVM.

Malitia Sacerdotis impediatne characteris impressionem.

De hac re supra egimus contra Lutherum, qui affirmabat impressionem impediri. Contra quem copiosissimè agit Patera Castr.uerbo, Ordo, & uerbo, potestas,& verbo, Sacerdotium contra Hæreses.

Art. An Papa habeat etiam supra omnes Christianos temporalem iurisdictionem.

Intelligitur titulus,ita, ut possit Imperatores & Reges deponere,& in causis ciuilibus,ut ad ipsum omnes appellent,effi cere. Turrecrem.tres adducit opiniones.

Prima est affirmans, quam Sylu. sequitur. Secunda negans, ullam habere potestatem super reges, etiam si suis legibus fidem Christianam labefactare conentur. Tertia est media, quam amplectitur Turrecrem. hæc asserit non esse absolutè Dominum omnium temporalium, nisi quatenus illorum abusus uergit in detrimentum fidei, & obseruationis diuinorum mandatorum,ut si Rex aliquis esset hæreticus, aut schismaticus,uel si leges contra sacramenta, & præcepta diuina conderet.V.G. si institueret in suo regno nequis sine regia facultate matrimonium contraheret, uel posse dominium acquiri per malæ fidei præscriptionem. *q. 2. depotestate Ecclesia. Vrb. Papa Sessione. 2.*

CONCLVSIO.

Potestas ciuilis,& spiritualis non sunt una,sed duæ potestates distinctę. habent enim diuersos fines. Nam finis ciuilis potestatis est pax,& tranquillitas reipublicæ. Finis uero spiritualis potestatis est supernaturalis, nempe manuducere hominẽ ad perennem beatitudinem.

CONCLVSIO.

Potestas spiritualis ciuili potestate est præstantior. Quia finis potestatis ciuilis ad finem potestatis spiritualis ordinatur. Et finis præstantior est, ijs, quæ ad finem referuntur.

CONCLVSIO.

Rom.Pont.non est Dominus totius orbis in temporalibus, ita ut ab illo reges aliquod dominium temporale accipiant. Constat ex capite. Per Venerabilem. Qui filij sint legitimi, ubi Innocentius Papa confitetur,se in temporalibus supra Regem Francorum nullam habere potestatem.

Hinc extra crimen hæresis,aut schismatis non poterit Papa reges temporali iurisdictione priuare.

Appen. Hinc, neque poterit alicui regi christiano potestatem tribuere, ut sibi illorum regna usurpet. Non.n.est orbis temporalis Dominus. Non desunt, qui oppositum affirment.

CONCLVSIO.

Potest Papa quamcunque potestatem ciuilem temporalib. bonis priuare, quando fuerit ad fidei & mandatorum Dei obseruantiam necessarium. v.g. si fuerit hæreticus, aut scismaticus, potest illum deponere, & ad hoc aliorum regum auxilium implorare. Perinde si Rex aliquis constituat leges contrarias diuinis, & ecclesiasticis legibus, illas poterit reuocare per ecclesiasticas censuras procedendo usque ad regni depositionẽ; ita habetur in capitu. cum secundum leges. de hæreticis in sexto.

Appen. Hinc Papa poterit irritare leges ciuiles concedentes dominium per malę fidei præscriptionem, & sunt de facto abrogatæ, quia sunt contra ius diuinum, ut constat ex capite, Vigilãter, de præscriptionibus.

Art. ult. An clerici in sacris constituti sint quantum ad personas a potestate ciuili per ius diuinum exempti.

Duæ sunt opiniones. Prima glo. in c. quamquam, de censibus in 6. & Gratiani in cap. tributum, 23. q. 6. qui dicunt; clericorum res, & personas esse a potestate ciuili exemptas. Cõtraria opinio est S. Thom. super epistolam ad Rom. dicentis esse exemptos clericos a tributorum solutione per priuilegia Principum.

CONCLVSIO.

Clerici quãtum ad causas spirituales sunt iure diuino a potestate ciuili exempti, ita ut nemo possit præter Papam eorũ spirituales causas definire. v.g. creare episcopos, & prælatos, spectat de iure diuino ad Rom. Pont. atque etiam lites super iurisdictionem episcoporum, & prælatorum, & alia id genus definire, quia prælati in foro conscientiæ, & exteriori non a Regibus, & Dominis temporalibus, sed dependenter a Papa habent iurisdictionem. Petro. n. & non alicui Imperatorũ dictum fuit? tibi dabo claues regni cœlorum, & Ioan. ult. Pasce oues meas.

Appen. Idem est etiam iudicium de causis spiritualibus laicorum, ut sunt matrimoniales causæ, quia cum sint spirituales, a solo iudice habente claues regni cœlorum definiri possunt.

CONCLVSIO.

Clerici in minoribus constituti iure diuino quantum ad pœnas corporales a potestate ciuili non sunt exempti. De fa-

cto

cto.n.clerici,& in sacris constituti degradantur, & curæ sæcu lari suspendendi traduntur. Quare priuilegium nõ erat de iu re diuino, quo ante degradationem fruebãtur; alioqui.n.nul lo modo Papa clericos hoc priuilegio priuare posset.

Hinc bona clericorum, sicut eorum personæ non sunt iure diuino a potestate ciuili libera. Nam si personæ non sunt exemptæ, multominus bona, quamobrem perspicuum est; so lo iure ecclesiastico positiuo esse clericos exemptos a ciuili potestate. Appen.

Difficultas. Tenenturne clerici seruare leges regni, in quo vitam degunt.

CONCLVSIO.

Tenentur quidem, etiam qui in sacris sunt constituti ciuiles leges seruare, quæ alias in conscientia obligant, non quidem quatenus regibus subduntur, sed quatenus illarum transgressio est contra uirtutem moralem. Hæc de Sacramento ordinis.

FLORES THEOSOPHICARVM QVAEstionum Sacramenti Matrimonij.

De quo disputat Magist. a d.26. usque ad 42. & DD. ibi. præter quos est legendus pater a Castro uerbo, Coitus, uer: Matrimonium, & uer. nuptiæ. contra hereses.

QVAES. I. DE HIS, QVAE AD ESSENTIAM Matrimonij pertinent.

Art. I. An matrimonium sit ex institutione diuina, an ex naturali duntaxat.

IDest, An sit secundum inclinationem naturalem tanquam necessarium ad conseruationem speciei humanę, ita vt per copulam uagam conseruari non possit.

CONCLVSIO.

Si homo, non ut rationis particeps est, sed ut animal est, cõsideretur, & Matrimoniũ, non ut est uinculum indissolubile, sed ut est contractus inter determinatum uirum, & fœminam, sumatur, tunc homo ad matrimonium naturaliter inclinatur. Quam inclinationem Ricardus generis esse dicit. Quia aliter quam per matrimonium suam speciem cõseruare non potest. Ratio est, quia naturaliter homo ad operationem inclinatur, per quam indiuiduum, uel tota eius species cõseruatur. Quæ nisi per matrimonium inter determinatum uirũ, & uxorem, diu cõseruari haud posset. Nã ad humanæ speciei

Hacq. 26 27. dist. Mag. explicatur. Al. Alẽ. q.i.m. 3. ar.3. §.2 Th. in ad dit. ad 3. p.qõ.41. ar.1. reliq. d.26. Ri. q.i.art.i. Sc.q.i. & dur. Bo. art.i. q.

con-

conſeruationem liberorum educatio, & inſtitutio neceſſaria eſt. Quæ quidem, ſi uxores eſſent communes, & indeterminati patres, non fierent. Tunc enim nullus educandi, inſtituendive liberos curam haberet.

Appen. Hinc ſequitur, ſimplicem fornicationem non ſolum cõtra ius diuinum, uerumetiam contra naturale ius eſſe, ut non furtum facies. Quia peruagam copulam humana ſpecies deſtruetur, ad cuius conſeruationem homo naturale inclinatur: quemadmodum uenenum ſumere contra ius naturæ eſt, quia proprium individuum deſtruit, ad cuius conſeruationem homo ſuapte natura eſt procliuis.

CONCLVSIO.

Matrimonium, ſi, ut uinculum indiſſolubile eſt, conſideretur, de iure naturali, ideſt, rectæ rationis dictamini conſonũ eſſe dicitur. Ratio eſt, quia ſi Matrimonium eſſet ad tempus non haberent parentes exactam curam educandi prolem; ut Reipub. conuenit. Neque eſſet corporum per translationem dominij permutatio. Quæ ſunt de ratione Matrimonij, ſed

Appen. eſſet tantum corporum accommodatio.

Oſeæ. 1 Hinc colligitur illius loci declaratio: Vade, & aſſume tibi uxorem fornicationis &c. Nõ quod filij eſſent illegitimi futuri: ſed quia erant generandi ex quadam meretrice, quæ poſt

Hæreſis. contractum Matrimonium cum Oſea fuit legitima uxor.

Hinc error Symonis Magi, & aliorum hæreticorum refutatur. Qui docuerunt promiſcuum fœminarum uſum eſſe licitum, ita, ut quiuis, quam uellet, ſine peccato, uti poſſet, cum ſit contra ius Diuinũ, & naturale. Vide Patrem a Caſtro Verbo, Coitus, hæreſi 1. & 3.

Al. Alẽ. ubi ſup. Ric. q. 3. art. 1 loco ci. Dur. d. 34 q. 1. d. Bon. q. 1. art. 2. Al. Alẽ. ibi. Ri. art. 1. q. 3. Dur. ubi ſup. Bon. ibid.

Art. II. An Matrimonium fuerit a Deo mediate per miniſtros uel immediate ab ipſo inſtitutum.

CONCLVSIO.

Deus immediate, & non per aliquem miniſtrum contractũ Matrimonij inſtituit. Ratio eſt, quia inſtituta miniſtrorum poſſunt reuocari, & a minſtris fieri in illis diſpenſatio: at uero Matrimonium eſt indiſpenſabile. Nam quos Deus cõiunxit, homo ſeparare non poteſt.

Diffic. Quando fuit Matrimonium inſtitutum.

Quatuor ſunt opiniones. Prima Magiſtri, cui ſubſcripſit Sc. ſ. Matrimonium fuiſſe inſtitutũ illis uerbis Adæ. Hoc nunc os de oſſibus meis, &c. uſque ibi, propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, &c. Secunda eſt. D. Bon. aſſerentis, fuiſſe inſtitutum a Deo, & reuelatum Adæ, ut ipſe eſſet Matri

monij

monij promulgator. Tertia Ric. tenentis fuisse institutum a Deo, quando produxit Euam de costa Adæ. Quarta est S. Th. hac d. 2. 6. qui docet fuisse immediate a Deo institutum, quã do benedicens prius parentibus dixit, Crescite, & multiplicamini &c.

CONCLVSIO.

Matrimonium in statu Innocentiæ ante lapsum fuit Deo [illegible] officio duntaxat institutum. Patet. Gen. 1. crescite, & multiplicam[illegible] & replete terram.

CONCLVSIO.

Post lapsum eadem [illegible]citutio in officium, & in remedium permansit. Constat 1. Ad Cor. 7. [illegible]anum est homini, mulierem non tangere. Propter fornicationem [illegible]tem unusquisque suã habeat uxorem.

Diffic. An matrimonij institutio fuerit consilium, uel præ[illegible]cum. *Al. Alẽ. [illegible] cit.*

CONCLVSIO.

In statu Innocentiæ fuit sub præcepto. Nam obligabat trã sgressores ad mortale. Patet ex illo Gen. loco crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et ratione confirmatur. Nam ut alimenti sumptio est ad conseruationem individuorũ præ cepto diuino, & naturali necessaria ita ut, alimentum non su mens esset sumpsius homicida, & reus præcepti, Non occides ita erat nunc præceptum Diuinum, & naturale Matrimonij institutio, ad propriam speciem humanam conseruandam. *S. Tho. q. in 3. p. ci- tata ar. 2 Ric. ar. 3 q. 3 Bon. ar. 1. q. 3.*

Diffic. Obligane hoc præceptum nunc omnes homines.

Duę sunt opiniones. Prima D. Bon. d. 26. q. 3. art. 1. asserẽtis, esse hoc præceptum in lege Euangelica per consilium uirginitatis reuocatum. Altera est B. Thom. & Ricar. ex quorum sententia difficultari respondetur. *Ric. q. 2. ar. 2. ad 1. Al. Alẽ. loco cita.*

CONCLVSIO.

Præceptum Matrimonij singulos copulatim, seu copulatiue minime obligat. Constat ex B. Pau. dicente, solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Et ibidem, dico autem non nuptis, & uiduis, bonum est illis, si permanserint, sicut & ego. *S. Tho. q. 41. ar. 2. Dur. q. 2*

CONCLVSIO.

Nunc temporis solum obligat principes Reip. ut, si opus fuerit, subditos ad Matrimonium cõtrahendum compellant. Ratio est, nam ut defensio ciuitatis ab hostibus obligat non singulos ciues, sed gubernatorem: solus enim uita priuaretur, si ob eius negligentiam ciuitas ab hostibus occuparetur: ita si genus humanum periret propter Matrimonij defectum, soli principes mortalis peccati rei essent. Non enim præceptum

Matri-

Matrimonij ad individuum, sed totius speciei humanæ conservationem datum est.

Appen. Hinc, si Ecclesia Romana peste aliqua, uel calamitate alia ad tantum hominum raritatem, ut tempore Noe, redigeretur, essent Christiani Matrimonium inter se contrahendū compellendi, ne si cum infidelibus miscerentur, Ecclesia periret.

Appen. Hinc si religiosi duntaxat essent in mundo superstites, essent quoque ad Matrimonium compellendi. Quia ne- solemne non obligat, quando eius ob seruatio- cum iure naturali, & diuino incompassibilis. Qua- cit ius de humana specie conseruanda.

Cæterum Ric. hac dist. natur hoc præcepto singulos etiam homines oblio- uerum quia est præceptum affirmās, non obligat semper quantum ad actum, sed certo loco, & tempore Deo determinatos. V. g. Quando tanta esset humani generis penuria, quanta Adæ, uel Noe tempore fuerat. At uero alio tempore, cum non sit multiplicatio necessaria, singulos minime obligabit.

Art. III. An oscula, complexusque maritales, coniugalis copula licite fiant, sintque gratiæ, & gloriæ meritoria.

Ale. Alē. 2. p. qō. 22. m. 7. ar. 3. & 166. m. 2. Tho. q. 41. ar. 4. in addit. reliqui d. 27. Cast. uer. nup. 1. Tim.

CONCLVSIO.

Nuptiæ licite sunt, fieriq; sine peccato possunt. Constatet D. Paul. qui docet futuros esse hæreticos in spiritu dæmoniorum prohibentes nubere. Tum etiam quia Deo authore quo nullus sit deterior, homines contrahunt. Gen. 1. Crescite & multiplicamini &c.

Hinc confutatur hæresis multorum dicētium; nuptias esse illicitas, & peccare, qui nuptiarum fœdera inter se iungunt, in quam copiosissime Patera Castro uerb. Nuptiæ, hæresi prima disputat.

CONCLVSIO.

Quando congressus maritalis in officium, & in remedium exercetur, & coniuges in gratiam existentes referunt illum actū in Deum, erit proculdubio gratiæ, & gloriæ meritorius.

1. Cor. 7. Est enim primum actus iustitiæ, dicente B. Paulo, uir uxori debitum reddat. Secundo obedientiæ præceptum adimplet scilicet, crescite &c. atq; etiam religionis. Nam fit ad multiplicā dam prolem in Dei cultum. Hæc sunt confessoribus animaduertenda, ut doceant coniugatos, quo animo maritalem actum esse debeant.

Hinc colligitur, talem actum esse peccatum, & ueniale, ut quidam existimant, si fiat solo animo explendi libidinem, ut

bruta

bruta animantia coeunt, uel si nullo fine posito exerceatur. Nam est tunc actus otiosus: erit autem mortale, si tũc animus execrendi eundem actum cum aliena habeatur.

Hinc etiam sequitur, Matrimonium, quamuis sit licitum, non semper esse consulendum, cum sit minimum bonum. præstantior namq; est uirginalis castitas, uidualisq; continentia. Appen.

Art. III. Sitne matrimonium nouæ legis sacramentum.

CONCLVSIO.

Matrimonium ut est uinculum indissolubile, est sacramentum a Deo in statu Innocentiæ institutum, non ut gratiam conferret, sed ut unionem inter uerbum, & humanitatem, Christumq; & Ecclesiam repræsentaret. De fide est, & constat ad Ephes. ubi B. Paulus loquens de Matrimonio primorum parentum ait; sacramentum hoc magnum est &c. uide capit. gaudemus, de diuortijs. *Al. Alē. 4 p. q. 2. m. 2. ar. i Th. q. 42 artic. i. in add. Ric. d. 26. ar. 4. q. i. Duran. e. d. q. 3. p. 2. Med. ca. 62. & si quē. li. 5. ubi sup. c. 5.*

CONCLVSIO.

Matrimonium quatenus contractum, & consensum, actusq; utriusq; coniugis significat, est nouæ legis sacramentum a Christo Iesu institutum. Propterea quod omnis cæremonia, uel ritus a Christo in Euangelio institutus, uel confirmatus in remedium cõtra aliquem peccati morbum, est nouæ legis sacramentum, id est, signum certum, quod posita illa cæremonia, non ponendo obicem datur gratia, & tale est Matrimonium ut ex superioribus constat. Definita est etiam in multis Concilijs, uide supra de sacramentis in genere. Et nota fuisse institutum Matth. 19. ubi referens primam institutionem Matrimonij, Christus dixit, quos Deus coniunxit &c. ubi tanquam indissolubile a Deo factum approbauit.

Hinc infertur, Matrimonium, ut est nouæ legis Sacramentum, habere esse in fieri. Nam illi actus coniugum, quibus mutuum consensum exprimunt, sunt sacramentum. At uero quatenus representat unionem Christi & Ecclesiæ, &c. habet esse permanens. Nam est illa indissolubilis obligatio, quæ nũquam utroq; coniuge uiuente extinguetur. Appen.

Difficultas. Confertne gratiam, ut est nouæ legis sacramentum.

Matrimonium, ut secunda Conc. articuli sumitur, ex opere operato gratiam confert. Definita est expresse in Con. Flor. & Trid. Sess. 24. Can. 1.

Difficultas. Quænam est matrimonij materia, & forma.

Variæ sunt de hac re opiniones. Prima est Palud. hac distin. q. 4. asserentis; materiam esse ipsos coniuges. Secunda opinio docet, materiam esse consensum contrahentium: & formam

uerba.

nerba, Accipio te in meã &c. Tertia opinio est Ric. quæ prima conclusione explicabitur. Quarta opinio est Dur. quæ supra q.1.de sacramentis in genere refutata est. Quinta opinio est Magistri Soto, hac d.2.art.1.ad primum, cuius erit secunda conclusio.

CONCLVSIO.

Verba, quæ prius proferuntur, Materiæ rationem habent: quæ autem superueniunt, formæ rõnem induunt. Ratio est, quia uerba, quæ postetius ab altero coniugum proferuntur, uerbis præcedentibus dant esse sacramentale. Proprium namq; formæ est dare rei esse.

Hinc collige, benedictionẽ Sacerdotis non esse Matrimo
Appen. nij formam. Quia accidit Matrimonio iam confecto. Est tamen aliquid sacramentale, id est, sacramento annexum.

CONCLVSIO.

Verba utriusque coniugis sunt sibi inuicem materia, & forma. Ratio est, quia sibi inuicem præstant, recipiuntque sacramentale esse.

Diffic. Qui est huius sacramenti minister.

Al. Alẽ. Duæ sunt opiniones. Prima tribuitur S. Thom. quia dicitur
ubi sup. minister Sacerdos, eiusdẽ opinionis est Guillel. Parhis. Secũda
& co. d. 18 est Mag. sent. & probabiliter, quæ cõtinetur hac conclusione.

CONCLVSIO.

Non Sacerdos, sed coniuges dicuntur esse ministri, cum sibi inuicem materiam & formam ministrent. Patet inductione reliquorum sacramentorum. Nam forma sacramenti est ministri actio & cum actio: contrahentium, scilicet, accipio te in meam, &c. sit forma, ut paulo ante diximus, profecto nõ Sacerdos, sed contrahentes erunt sibi inuicem ministri. Lege cap. licet, de sponsa duorum & quando. Conc. Trid. 6. 24. cap. 1. de reformatione, dicit, nullum esse Matrimonium, nisi præsente Sacerdote &c. intelligitur, quantum ad ualiditatem contractus Matrimonialis. Nam ante definitionem *huius cõ* cilij Matrimonium clandestinum uel nullo Sacerdote præsẽte, erat uerum sacramentum.

Per secundam Conclusionem huius articuli confutatur error Armenorum negantium, Matrimonium esse sacramẽtũ,
Hæresis. quam Lutherus ab inferis excitauit. Lege Patrem a Castro uerbo, Nuptiæ. hæresi 3.

Art. V. Sitne coniugalis copula de essentia matrimonij.

Al. Alẽ. CONCLVSIO.

& S. Th. Matrimonium, ratum etiam ante copulã est essentiale, in-

tegrum

tegrũ,& uerũ Matrimonium:ita ut copula de eius essentia nõ sit:solũ enim est de essentia Matrimonij indissolubilis nexus, & inseperabilis obligatio,quæ per solũ Matrimoniale cõsensum absque copula cõtrahitur,est enim matrimonij definitio coniunctio maris, & fœminæ indiuiduam uitæ cõsuetudinẽ retinens,ut Can.Illud.27.q.2. habetur. constat etiam exẽplo Sanctissimæ Virginis.& beatissimi Ioseph,inter quos fuit uerum Matrimonium. *ubi sup. ar.4.Ri. d.27.ar. q.3.Bon. d.26.q.3 & d.17. art.q.1. Sco.d.31 & Dur.*

CONCLVSIO.

Coniugalis copula est de perfecta accidentali integritate Matrimonij. Ratio est, quia tunc dicitur res aliqua perfecta accidentaliter,quando potentia reducitur ad actum,siue operatur,& copula coniugalis,Matrimonij usus,& operatio est. *d.27.*

Error Vuicleff,asserentis,ante copulam non esse uerũ Matrimonium 1.concl.confutatur. *Hæres.*

Dist.27.art.1.Quænam est matrimonij definitio. *S.Tho q. 44.ar.3.*

CONCLVSIO.

Matrimonium,est uiri mulierisq. coniunctio maritalis,inter legitimas personas indiuiduam uitæ consuetudinem retinens.Hæc est perfecta definitio, in qua loco generis ponitur coniũctio, quæ est communis ad omnes cõtractus,in quibus contrahentes unitate consensus uniuntur.differentia est, uox illa (maritalis,) finis,indiuiduam consuetudinem &c. id est, obligationem ad reddẽdum mutuum debitum si petatur. Ita ut neuter sine alterius facultate possit cõtinentiam profiteri. Ita explicatur a D.August.& habetur in Can.B. Maria 27. q. 2.& hoc sine distinguitur a cæteris contractibus, qui per uoluntatem contrahentium dissolui possunt. Verum de his infra latius. *in ad.reliqui d.27 Bon.ar.2. q.2.Ric. ar.4.q.1. Sco.q.1.et Dur.ibid.*

Art.II.An sit de intrinseca ratione matrimonij mutuus consensus.

CONCLVSIO.

Matrimonium de lege nõ alter contrahitur,quam per mutuum contrahentium consensum.Definita est expresse in Cõci.Flor.ubi mutuus consensus de præsenti, Matrimonij causa efficiens nominatur. Lege cap. duas,de sponsa duorum, & Can.sufficiat,27.q.2. *Ale.Alẽ. 2.p.quæst. 175.m.6 §.1.Th.q. 45.art.1 reliqui d. 27.Bo.1. q.1.Sco.q 2.*

CONCLVSIO.

Potest Deus nullo partiũ cõsensu,aut dissensu,interuenien te sua absoluta potẽtia Matrimoniũ efficere. ut si diceret Martino,esto uir Catherinæ.Ratio est. Nã quicquid Deus potest mediante causa secunda efficere,se solo ratione omnipotẽtię præstare potest. mutuus autem consensus, ut est Conci.Flor.

proxime

proxime citato constat, efficiens causa Matrimonij est. est tamen quæstio de possibili.

Appen. Hinc, si in Israel non fuisset nisi unica meretrix, quando dixit Dominus Oseæ, accipe tibi uxorem fornicariam, illa continuo uxor Oseæ extitisset.

CONCLVSIO.

Ecclesia non potest ullo modo instituere, ut coniuges Matrimonium contrahant, quin prius illorum consensus interueniat. Est enim Consili. D. Pauli de uirginitate dicentis. Præceptum Domini non habeo, consilium autem do, & contra consilia diuina Ecclesia nihil instituere potest.

CONCLVSIO.

Potest tamen Ecclesia aliquos ad contrahendum, id est, ad præstandum mutuum consensum compellere. Potest enim per Censuram excommunicationis cogere sponsum renitentem, ut cum sua sponsa per uerba de præsenti contrahat. Sed de his infra 29. dist.

Difficultas. Talis consensus estne signo aliquo exteriori necessario declarandus.

CONCLVSIO.

Al. Alē. ubi sup. reliqui d. 27. Tho. & Bon. q. 2. Sco. & Dur. q. 1. glo. c. ingrater matris. extra de spōsal.

Nisi signis exterioribus mutuus consensus exprimatur. Matrimonij contractus non perficietur. Ratio est, quia cōsensus nisi signis exterioribus, constare non potest. Deus enim inspicit cor, homines autem quod foris apparet.

Difficultas. Si Deus uni contrahentium alterum uellere uelaret, esset ne hoc satis.

CONCLVSIO.

Nequaquam sufficeret. Definita est in Cōc. Flo. ubi habetur causam efficientem Matrimonij esse mutuum consensū regulariter per uerba de præsenti expressum. Notanter dicitur regulariter. Quoniam aliquando contingit, non uerbis, sed nutibus, & signis declarari.

Diffic. Talis consensus a quo est exprimendus.

Duæ sunt opiniones. Palud. hac dist. q. 2. asserit patrem, aut tutorem pro puella debere respondere, Altera opinio dicit satis esse ut quilibet astantium pro puella, ipsa tamen non contradicente, respondeat. Quod quidem est uerum in foro conscientiæ. Cæterum in foro exteriori si respondens pro puella non sit pater aut tutor, Matrimonium non censebitur. Patet cap. 1. de desponsatione impuberum, in 6. §. porro, quo Palu. opinio confirmatur.

Diffic.

Difficultas. Matrimonium per procuratores contractum esti ne sacramentum. Ale. Alē.

Duæ sunt opiniones, Dur. & Caieta. ubi supra partem negantem defendunt. Soto autem oppositum tenet. Et ratio illius est, quia cum Christus instituerit Matrimonium. esse uerum sacramentum, temeritas, inquit, erit excludere a sacramēto Matrimonium inter absentes contractum, ita habentur per Eliezer seruum Abrahæ & patrem Rebeccæ &c. *ubi sup. qreliuī d. 30. qi*

Difficultas. Quando alter coniugum ficte contrahit, estne uerum matrimonium.

Nota aliud esse hoc loco quærere, quid fictus facere teneatur: aliud uero, qua ratione innocens debitum petere possit.

CONCLVSIO.

Fictus tenetur consensum præstare. Ratio est, quia post Conc. Trid. iste non posset contrahere nisi in facie Ecclesiæ coram tribus testibus, & compelletur ab Ecclesia in perpetuū cum coniuge habitare. Quare ne sit in statu damnationis, tenebitur omnino consensum præstare. Quantum ad secundū opinio Scot. est dist. 30. 4. ubi ait, coniux innocens deponat omnino conscientiam non credendo ficto, & ita poterit petere, & reddere debitum. Etsi non deposuerit conscientiam, peccabit petendo, quia aget contra conscientiam, atque etiā peccabit negando, & recedendo a uiro. Quoniam fortassis fictus mentitur, dicens, se non consensisse. Aliter uero respondet Soto hac dist. Nam aut coniunx innocens habet legitimam causam credēdi ficto, aut est dubius. Quia fortassis sunt æquales in utrāq; partem coniecturæ. Si primum, non poterit tunc innocens reddere, aut exigere debitum, sed tenetur separare se, donec iterum præstet consensum, & simul contrahit Matrimonium: si secundum, poterit, inquit, innocens exigere debitum a ficto. Ratio est, quia in pari causa dubitandi, melior est conditio possidentis.

Ex hoc artic. manet refutatus error Vuicleff, asserentis solum consensum internum efficere Matrimonium, quo errore notatur etiā Abbas Panor. in cap. non solum, de sponsalibus. *Hæresis. Ale. Alē. 2. p. qō. 170. m. 3 Th. q. 53 & q. 61.*

Art. III. An matrimonium ratum per ingressum religionis alterius coniugis dissoluatur.

CONCLVSIO.

Post Matrimonium ratum, & non confirmatum, integrū est alteri coniugum (altero etiam inuito) ad religionem trā sire. Definita est to. ti. De conuer. coniug. Præsertim in c. ex publico ibidem ubi exemplo, B. Mach. & Alex. referuntur. *art. 2. D. Bo. ar. ul. q. 2. ar. 3. Sc. d. 31.*

Consumato iam matrimonio, nulli cõiugum licet religionem ingredi altero inuito. Patet ex ijsdem cap. De conuersione coniugatorum.

In casu primæ conclusionis, facta iã coniugis professione poterit in sæculo manens matrimoniũ contrahere. Definita est in cap. ex publico, prima conclusione citato. Nam professio est mors ciuilis.

d. Bon. d. 27. ar. ul ti. qõ. 2. Sc. ubi su pra.

Diffic. Quæ authoritate matrimonium ratum diriminr.

Dissoluitur p ingressum religionis authoritate potius Dei quam Ecclesiæ, quos enim Deus cõiunxit &c. est etiam Definita a Nicolao Papa, ut refertur Can. scripsit 27. q. 2.

Difficultas. Matrimonium consumatum potest ne aliquando quoad uinculum, utroq. coniugum uiuente dissolui.

Nullo modo est separabile: sola enim morte matrimonij consummati uinculum dissoluitur, Matth. 19. quos Deus cõiunxit homo &c. mulier quæ sub uiro, & uiuente viro, alligata est legi uiri. Si autẽ mortuus fuerit uir eius, soluta est a lege. Nam poterit tunc cum alio contrahere.

Falsus est Caie. circa explicationem huius loci Matth. 19. scilicet, quicunq; dimiserit uxorem suam, nisi propter fornicationem, & ait enim, intelligo igitur, ex hac Domini Iesu Christi lege, licitum esse Christiano dimittere uxorem propter fornicationem carnalem uxoris, & posse ducere aliam uxorem salua semper diffinitione Ecclesiæ. Quod uidetur ab Erasmo sumpsisse, sed de his infra de diuortio.

Hinc refutatur error Montani, & cæterorum dicentium nuptiarũ fœdus, & uinculũ pro cõiugũ arbitrio dissolui posse.

Cast. ubi sup. hæresi 5. Ale. Alẽ. 3. p. q. 27. m. 4. art. 3. §. 4. reliq. d. 27. D. Bon. ar. i. q. i. Ri. ar ti. 2. qõ. i.

Diffic. An sit hoc matrimonium separabile quo ad thorum.

CONCLVSIO.

Si uterque coniugum emisit uotum simplex continentiæ neuter potest debitum reddere, uel petere, sine uoti dispẽsatione. Ratio est, quia uotum obligat.

CONCLVSIO.

Si unus eorum emisit uotum continentiæ, de consensu alterius, poterit qui facultatem concessit, illam reuocare, & debitũ exigere. Definita est in Canone, manifestum 33. q. 5. Ratio autẽ est, propter uitandũ fornicationis peccatũ cũ aliena.

Si uterque conuertitur ad Deo per uotũ solemne religionis, quamuis maneat matrimonium insolubile quo ad uinculum, nam quilibet est coniunx alterius, ut supra in secunda diffic. patet, est tamen solutum quantum ad horum p uotum solemne, ut ex dictis constat.

Dubium

Dubium. Quid si alter coniugum solum religionem profiteatur.

CONCLVSIO.

Si manens in sæculo est suspectus de incontinentia, quia forsan est inuenis, non potest tunc unus sine altero religionē profiteri, etsi profiteatur, erit nulla professio. Definita est in cap. cum sis præditus. de conuersione coniugatorum.

D. Bon. in exposit. litera. Ric. q. 2. ar. 2 Dur. q. 2

CONCLVSIO.

Si non est suspectus, quia iam est prouectæ ætatis, utpote sexagenarius, satis erit tunc, ut de licentia Episcopi cōtinētiā uoueat, & in sæculo maneat. Definita est in c. cū sis præditus, citato & in canone Agatosa 27. q. 2. & ab Honorio Papa in regula nostræ Seraphicę religionis, ubi de ingressuris religionē dicitur quod si uxores nō habent uel si habent, etiā monasteriū intrauerūt uxores, uel licentiam eis dederint authoritate diocœsani Episcopi, uoto continentiæ iam emisso, uel illius sint ætatis uxores, ut non possit de illis oriri suspitio, &c.

Difficultas. Si unus coniugum de licentia alterius professus sit religionem, poterit ne (facta professione) qui in sæculo manet illum extrahere.

Ric. ar. 2 q. 2. Bon. ar. 2. q. 1. Dur. ibi. q. 1.

CONCLVSIO.

Potest quidem. Definita est cap. 1. de conuersione coniugatorum.

Diffic. Extractus a religione soluto matrimonio per mortem alterius tenebitur ne reuerti ad religionem.

CONCLVSIO.

Plane tenebitur. Definita est in cap. ex parte. De conuersione coniugatorum.

Diffic. Quid si de facto secundas nuptias contrahat.

CONCLVSIO.

Nullæ erunt nuptiæ. Ratio est, quia uotū a principio fuit nullum.

Difficultas. Quid de coniuge, qui sine alterius licentia solemniter professus est, & ab alio extractus a religione, illo mortuo ad quid tenebitur.

S. Tho. q. 61. art. 1. D. Bon. in litera H, Dur. q. 2

CONCLVSIO.

Non tenebitur ad religionem redire. Definita est in cap. quidam. De conuersione coniugatorum. professio enim fuit nulla.

Diffic. Poterit ne ille secundas nuptias contrahere.

Videtur quidem non posse, quia quantum in se est, tenetur seruare notū emissū continētiæ, uidetur etiā posse, quia uotū fuit nullum. Quod indicat Glossa super cap. quidam citato.

Diffic. Sumne hæc uera, quando promoueatur ad sacros ordines, aut assumitur ad episcopatum.

CONCLVSIO.

Si uxor est sexagenaria, poterit in sæculo emisso continẽtiæ uoto manere, si autem fuerit minor, tenebitur religionẽ intrare. Definita est in cap. Sane. de conuersione coniugatorum, aut illum repetere.

So. d. 27 q. 2. ar. 4

CONCLVSIO.

Conuersio coniugum ad religionem fieri non potest nisi petita licentia ab Episcopo, & obtenta, ita definitur in Canone, si uir, & uxor. 27. q. 2.

Diffic. Quid de separatione coniugum, quæ fit per adulterium uxoris.

CONCLVSIO.

Poterit uir tunc, si fuerit innocens, inuita uxore adultera ad religionem conuerti. Si uero non fuerit innocens, nequaquam poterit sed de his infra de diuortio latius.

Diffic. An possit Papa dispensare in matrimonio rato quoad uinculum, ita ut uterque possit ad secundas nuptias transire.

D. Bonæ. ar. 3. q. 1. d. 27. & DD. hac d. 27.

Duæ sunt opiniones. Prima Glossæ in cap. ex publico supra citato, quam omnes Canonistæ amplectũtur, & est affirmans. Vide Sylu. uerbo, diuortium 4. ubi illos nominat, quibus adhæsit Caie. opus. 27. q. 25. Contraria opinio est omnium fere Theologorum & Sylueſt.

CONCLVSIO.

Papa non potest dispensare in matrimonio rato, quoad uinculum, ita ut liceat utriq; coniugum ad secundas nuptias conuolare. Ratio est, quia Papa non potest dispensare in matrimonio consummato, ut omnes fatentur, ergo neque in rato poterit. consequentia est manifesta. Quia quoad essentialia, hæc duo Matrimonia nullo discrimine distant. Imo oppositum fuit error Vuicleff, asserentis copulam ad essentiam matrimonij pertinere.

Art. IIII. De sponsalibus.

Diffic. An sint promissiones futurarum nuptiarum.

CONCLVSIO.

Sponsalia sunt mutuæ uiri, & fœminæ promissiones de matrimonio in futurum contrahendo. Ratio est, quia promissio non est præsentis, sed futuri euentus. Nemo n. dicitur promittere, quod statim tradit, sed quod traditurus est, & in sponsalibus, ut nominis Etymologia declarat, spontaneæ, & mutuæ promissiones fiunt.

Ad

CONCLVSIO.

Ad matrimonium præterita sponsalia minime sufficiant, nisi utriusq; coniugis nouus consensus, uel formaliter per uerba de presenti, uel uirtualiter per copulā maritalem, ut olim ante Concil. Trid. accedat. Ratio est, quia matrimonium est mutua corporum traditio utriusq; coniugis ad copulam maritalem. At uero in sponsalibus non fit corporum traditio, sed traditionis promissio: non enim sunt idem, tradā tibi equum uel trado tibi illum.

Diffic. Qua ætate licet sponsalia contrahere.

CONCLVSIO.

Tempus permissum contrahendi sponsalia per seipsos est a 7. anno expleto, & non antea, non enim ante illam ætatem utitur homo perfecto rationis iudicio, ut possit assensum alicui contractui præstare. Definite est etiam in cap. literas. Et in cap. accessit. Et in cap. ad dissoluendum, de dispensatione impuberum. Et cap. unico eodem titulo in 6.

CONCLVSIO.

Adueniente pubertate utriusq; sponsi, tenentur pueri, qui per se ipsos ante pubertatem sponsalia contraxerunt, altero uolente legitimum contrahere matrimonium Ratio est, quia promissio homini facta promittentem in conscientia obligat. Et sponsalia promissiones quædam sunt; nisi forte remissio mutuæ promissionis fiat.

CONCLVSIO.

Quando parentes pro filijs, aut tutores pro pupillis in infantia sponsalia celebrant, infantes post pubertatem Matrimonium contrahere non tenentur. Propterea quod nullus ad matrimonium obligatur, nisi ratione propriæ promissionis, uel propter hominum penuriam, & infantes in casu posito nihil promiserunt, neq; hominum penuria illorum Matrimonio indiget.

Diffic. An sponsalia iuramento affirmata matrimonij robur obtineant.

CONCLVSIO.

Sponsalia iuramento affirmata uim Matrimonij de presenti minime habent. Definita est in cap. 2 de sponsalibus. Vbi dicitur, per consentum partium dissolui posse.

Opinio Soti hac. dist. est, huiusmodi sponsalia, quando per sonæ sunt legitimę, non posse dissolui, nisi per dispensationē ex legitima causa. Oppositum tamen est definitum cap. citato. Absolute confimatur a similitudinem ut alij contractus iu-

ramento firmati possunt solo partium cõsensu dissolui, ita, & his: nullum enim ibi est periurium. Nã utraq; pars iuri suo cedit.

Difficultas. Poteritne index ecclesiasticus in foro exteriori sponsam compellere, ut iuramentum adimpleat.

In cap. ex literis, dicitur esse compellendum per censuram Ecclesiasticam. At uero in cap. requisiuit. Eodem titulo, oppositum definitur.

CONCLVSIO.

In hoc casu non potest Iudex sponsum inuitum compellere ut cum sponsa per uerba de præsenti contrahat. Definita est expresse in cap. requisiuit. Et nota intelligendam esse cõclusionem de compulsione per carcerem, & de alia compulsione. quam per censuram Ecclesiasticam. Ita enim in Curia Ecclesiæ fieri consueuit, caput autem, Ex literis, intelligitur, quando publicum bonum futurum speratur: ut est alicuius regni conuersio ad fidem. Tunc enim reus per censuram Ecclesiasticam esset ad contrahendũ compellendus, & ratione publici commodi Iudici obedire teneretur.

Diffic. Quid si interim cum alia per uerba de præsenti contrahat.

Respondeo, ualebit matrimonium, Deum tamen ultorem habebit.

Difficultas. Copula carnalis post sponsalia de futuro facitne uerum matrimonium.

CONCLVSIO.

Post Conc. Trid. sponsalia de futuro per nullam subsequẽtem copulam uerum matrimonium efficietur. Definita est ibidem Sess. 24. cap. 1. de reformationem matrimonij. Quia quando Matrimonium sine præsentia parochi, aut alterius Sacerdoti, & sine præsentia aliorum bonorum, uel trium testium fit, est clandestinum, & ipso iure nullum, & ex consequenti subsequens copula sponsalia sine tali solemnitate contracta, uerum matrimonium non facit.

CONCLVSIO.

Ante Conc. Trid. sponsalia de futuro per copulam affectu maritali superuenientem uerum matrimonium efficiebatur, quando, scilicet, ambo actuali animo, & intentione consummandi per illam copulam matrimonium, iungebantur. Hoc enim erat olim ius commune, ut constat in c. 15. qui fidem, & cap. de illis, & cap. per tuas, de sponsalibus.

Diff. An aliquo modo dissolui sponsalia possint.

CONCLVSIO.

Possunt quidem duodecim casibus dissolui. Quos Sylues. apertis-

apertissime declarat. Est autem circa nonum casum, qui continetur in ca. ex literis, de eo, qui cognouit consanguineam alterius sponsi, animaduertendum. Reddi tunc temporis inhabiles ad contrahendum, quia efficiuntur affines. Hic autē casus post Conc. Trid. Sess. 24. c. 4. de reformatione Matrimonij est uerus; quando affinitas contrahitur in primo, & secundo gradu consanguinitatis. Nam alij gradus Matrimonium non impediunt.

Art. vlt. Suntne bigami irregulares.

Ric. d. 27 So. art. 4. Sco. d. 32 q. 2. dur. d. 27. q. 4

Primum nota bigamū proprie dici, qui cum duabus uxoribus legitimis, uel cum uidua a priori uiro cognita, contraxit. Vt constat ex cap. debitum, de bigamis. Secundo animaduerte, bigamiam esse duplicem, ueram, scilicet, & interpretatiuam. Vera est, quam modo diximus, quæ non repræsentat perfecte unionē unius Christi ad Vnam Ecclesiam propter secūdum matrimonium, Interpretatiua est illa, quæ etiam si sit unius uiri ad unicam uxorem, uel econuerso, punitur tamen uir irregularitatis pœna: perinde ac si esset bigamus. Præterea nota, bigamiam interpretatiuam quinque modis sumi ut cap. super eo, de bigamis, refertur. Prima est; quando quis, uiuente priori legitima, duxit secundā legitimam. Secūda quā do, mortua priori legitima, duxit secunda illegitimam. Quia forte erat affinis, & consanguinea, hi duo modi bigamiæ intelligendi, sunt; dummodo utrāque cognouerit, aliter enim non erit irregularis. Tertia quando contraxit cum corrupta scienter, uel ignoranter. Quarta quando cognouit propriam uxorem adulteram, etiam ignorando adulterium, tempore quo illam cognouit. Quinta; quando post uotum solemne religionis, aut ordinis de facto Matrimonium contraxit. Vltimo perpende, nunquam irregularitatem ex bigamia cōtrahi, nisi interueniente cum utraque carnali copula; ut definitum est in cap. citato. de bigamis.

CONCLVSIO.

Bigamus proprie dictus est irregularis ad suscipiendos sacros ordines, uel ad susceptos administrādos. Definita est c. 1. & 2. c. super eo, & c. debitum, de bigamis non ordinandis.

CONCLVSIO.

Bigamus interpretatiue primo, & secundo modo, si utrāq; uxorem cognouerit, est irregularis. Definita est in cap. nuper, de bigamis.

CONCLVSIO.

Qui cum duabus contraxit, quas cognouit licet utrunque

Pal. hac d. q. 4. matrimonium nullum fuerit, ut si utraque cōsanguinea erat, bigamus, & irregularis interpretatiue iudicatur. Ratio est, quia quantum in se fuit, binas contraxit nuptias.

CONCLVSIO.

Bigamus interpretatiue tertia bigamia est irregularis. Definita est in Can. qui in aliquo, 51. distin. & de hac disputant Canonistæ super cap. 1. qui Clerici, uel nouentes contrahere possint.

CONCLVSIO.

Bigamus interpretatiue quarta bigamia, secundum probabilem sententiam S. Tho. & Ric. hac dist. irregularis censetur. Ratio est, quia irregularitas in bigamia non præsupponit culpam; sed defectum in Sacramento matrimonij, quatenus alter coniugum non perfecte repræsentat Christum, siue Ecclesiam, & mulier adultera perfecte non repræsentat Ecclesiam, quam B. Paul. Virginem castam Christo exhibendam appellat.

CONCLVSIO.

Bigamus interpretatiue quinta bigamia est uir irregularis. Definita est in cap. nuper citato.

CONCLVSIO.

Irregularitas, quæ per bigamiam propriam uel interpretatiuam contrahitur, est inhabilitas ad sacros ordines recipiendos, & ad non ministrandos susceptos nullam culpam, uel peccatum præsupponens. Et ad probationem nota, duplicem esse irregularitatem, propriam unam, quæ est pœna, & censura Ecclesiastica propter culpam inflicta, ut quam contrahit excommunicatus celebrans. Alteram quæ est inhabilitas, propter aliquam indecentiam; ut quæ propter homicidium iustū aut iniustum contrahitur, & propter bigamiam. Quia transire ad secundas nuptias legitimas nullum est peccatum,

Diffic. Potestne Papa in bigamis dispensare: ut ad sacros ordines promoueantur.

CONCLVSIO.

Potest quidem dispensare. Definita est in Cano. Lector 39. d. ubi legitur, Lucium Papam dispensasse cum Episcopo Panormitano, qui bigamus fuerat.

CONCLVSIO.

Episcopus potest dispensare cum bigamo, ut ad minores ordines promoueatur. Definita est in eodem Cano. Lector.

Diffic. An irregularitas bigamiæ per baptismum tollatur.

De hac difficultate fuit olim contentio inter B. Hieron. &

D. Au-

D.August. B. Hieronymus dicebat tolli: ut habetur in Can. unius uxoris dist.26.oppositum asserunt D.August.& refertur in Can.acutius,28.q.3.quem sequuntur omnes Theologi.

CONCLVSIO.

Irregularitas bigamiæ non tollitur per Baptismum. Ratio est,nam etiam si Matrimonium infidelium non est sacramentum gratiam conferens,erat nihilominus sacramentũ,id est, sacrũm signum,unionem inter Christũ, & Ecclesiam significans, & ex consequenti habent bigami defectum significandi hanc unionem; & ita post conuersionẽ erunt irregulares.

Diff. An irregularitas ex homicidio per baptismum tollatur.

Opinio Ric. est,non tolli irregularitatem homicidij iusti, cum non sit peccati pœna, communis opinio hac dist.& Sco. dist.33.q.2.tenet oppositum. *Ric.ar.4 q.2. dist. 27.*

CONCLVSIO.

Irregularitas per qualecunq; homicidium cõtracta medio Baptismo tollitur.Ratio est,quia in primitiua Ecclesia nullus homicida, quemadmodũ bigamus, a sacris ordinibus explodebatur.Cuius institutionis causa erat,quia horror homicidij non autem indecentia bigamiæ in repræsentando,& significando unionẽ Christi cũ Ecclesia,per Baptismum purgabatur.

QVAESTIO DE MATRIMONIO conditionato.

Hac quæst.28.dist.Magistri exponitur.

Art. vnicus. An contractus matrimonialis sub conditione factus, conditione non existente,valeat. *S.Tho.q. 47.ar.5 reliqui d.18.D. Bon.ar.3 q.3.Ric. ar.2.q.2 Sc. d.29 q.1. Dur. q.2. dist. 28.*

CONCLVSIO.

Conditionibus de præsenti, aut de futuro cum uerbis de præsenti iam existentibus statim ualet matrimonium: ut si dicat,accipio te in meam, si patri meo placet,uel placuerit. Patet conclusio a simili de alijs contractibus Iuris Ciuilis: ut definitur in l.Itaq;,ff.de conditionibus,& demõstrationibus.

CONCLVSIO.

Quando uerbo de præsenti conditio de futuro in se necessaria apponitur, statim est uerum matrimonium. Vt si quis dicat,accipio te in meam,si cœlum nũquam digito tetigeris, uel aliquid simile,quod naturali necessitate uenturum est,ad iungatur.Ratio est,quia cum istæ conditiones necessario uẽturę sint,in suis causis adimpletæ esse censetur. Hęc est S.Tho. hac dist. contra glossam in cap. per tuas,de conditionibus appositis.

Hinc

Hinc, si quis contraheret dicens, contraho tecum, si pater meus est moriturus, statim Matrimonium esset ualidum.

Diffic. Quia si conditio de præsenti, uel de præterito per uerbum de futuro in contractu matrimoniali ponatur.

D. Bona. 28. ar. 2. Dur. dist. 28. & 29. q. 1.

V. g. si dicat aliquis; accipiam te in meam, si Imperator olim vicit Turcos.

CONCLVSIO.

In tali casu non erit matrimoniũ, sed uera sponsalia. Quia Matrimonium fit per uerba de præsenti. Hic autem solum fit Matrimonij de futuro promissio.

dist. 29. ar. 5. q. 2

CONCLVSIO.

Si in contractu dies, sub conditione necessaria, siue contingenti proponatur, non statim uerũ Matrimoniũ, sed sponsalia efficiuntur: ut si dicat, contraham tecum, quando pater meus morietur. Nam etsi conditio sit necessario futura, consensus tamen non est de præsenti, sed in diem signatam.

Diffic. Quando conditio contingens de futuro verbo de præsenti apposita impletur, estne nouus consensus necessario præstandus.

V. g. contraho tecum, si dederis mihi centum &c. Iurisperiti in cap. de illis. De conditionibus appositis, tenent, non esse necessarium tunc nouum consensum, quibus ex Theologis solus Paluda adhæsit. Oppositam sententiam cæteri DD. Theologi hac dist. & sequenti defendunt.

CONCLVSIO.

Quotiescunque conditio de futuro apponitur, quãuis consensus uerbo de præsenti explicatur, semper tamen est de futuro, & talis contractus non est matrimonium, etiam conditione adimpleta: cum nouus consensus per uerba de præsenti exprimendus sit. Ratio est, quia nullum sacramentum, quale est Matrimonium, potest sub conditione confici: neque enim minister potest sacramenti effectum suspendere, quare, ut fiat sacramentum, necessarius esset nouus consensus.

Diffic. An conditio habilitatis posita, quando persona sunt inhabiles ad contrahendum, faciat sponsalia.

V. g. si consanguinei intra quartum gradum hac conditione, s. si Papa dispensauerit, contrahant. Adrianus duas opiniones in materia de Matrimonio refert, opinio Adriani est affirmans. Communis aũt opinio negans. Sylu. est. uer. Matrimonium 3. §. 9. affert peculiarem Calderini opin. asserentis, aduenientẽ dispẽsatione nõ esse necessariũ de nouo contrahere.

CONCLVSIO.

Contractus præcedens dispensationem Rom. Pont. in casu posito

posito non facit uera sponsalia: ita ut adueniente dispensatione, aliquis illorum titulo sponsalitij cum alio matrimonium contrahere tenetur. Ratio est, quia si affinitas sequens sponsalia dissoluit illa, ut in cap. superueniens de sponsalibus, definitum est, multo magis profecto præcedens consanguinitas illa dissoluit: multo namque minus impedit sponsalia subsequens affinitas, quam præcedens consanguinitas.

DVBIVM.

Tenetur nihilominus ex lege iustitiæ unus consanguineus altero uolente, Matrimonium adueniente dispensatione cõtrahere. Propterea quod, promissio in materia graui qualis est matrimonij materia, obligat in scientia. Aliter enim grauissima iniuria ille, cui facta est promissio, afficeretur.

Difficultas. An conditio impossibilis reddat Matrimonium nullum.

Exempli causa, contraho tecum si cœlum digito tetigeris, aut quid simile præstiteris, textus est expressus cap. finali. de conditionibus appositis. Vbi conditiones turpes, aut impossibiles matrimonio appositas pro non adiectis habendas esse, definitur. Circa cuius textus intelligentiam est grauis inter DD. Theologos disceptatio. Canonistæ primum intelligunt textum absque ullo discrimine rationis, uel euentus. Palud. dist. 29. art. 5. tenet, Matrimonium non esse ualidum in foro conscientiæ, quia cõditio impossibilis potius dissensum, quã consensum indicat. Adrianus in 4. in materia de matrimonio dubio 7. exponit, Matrimonium esse uerum, quando contrahentes ignoranter putant conditionem esse possibilem: secus uero, si impossibilem credant. Alij, quorum nomina non expresit Magister Soto d. 29. q. 2. art. 1. 4. affirmant, Ecclesiam absolute tenere, tales contrahentes esse ueros coniuges, etiã absque consensu. *Ri. d. 28. art. 2.*

CONCLVSIO.

Absolute fatendum est, conditionem impossibilem uerbis de præsenti appositam non annullare Matrimonium. Probatur per c. finale, in principio citatum, talis enim conditio est habenda pro non apposita, præsertim, si statim prolatis prædictis uerbis consensus signa sequantur, ut si faciat, quod cæteri sponsi facere consueuerunt. Hæc enim est uera illius textus interpretatio. *dd. d. 28. et 29. Canonistæ ca. fin. de conditio. appositis. Rica. ubi supra.*

Difficultas. An conditiones contrariæ substantiæ Matrimonij, illud annullent.

Anima duertere primũ, tria esse bona matrimonij, scilicet bonum fidei, bonum prolis, & sacramenti. erit autem contra-

ctus

ctus contra huiusmodi bona, si quis contrahat hac conditione, ut dicat, contraho tecum, si generationem prolis euites, uel donec inuenia aliam honore, & facultatibus digniorem. Prima conditio est contra bonum prolis, secunda contra bonum perpetuitatis, scilicet, sacramenti. uel tertio, si dicat, contraho tecum, si pro questo adulterium commiseris. Quod est contra bonum fidei matrimonialis.

CONCVLSIO.

Contractus matrimonialis, in quo una ex prædictis conditionib. ponitur, redditur nullus, expresse definita est a Greg. 9. in cap. fi. modo citato, Est enim Matrimonium obligatio mutua ad bonum prolis, & bonum fidei, & bonum perpetuitatis, & qui conditionē aliquā ex dictis apponit, uoluntatem obligandi se ad hæc tria minime habet. Atq. ita non efficitur matrimonium, quod solo animo obligandi se uerbis expressis contrahitur.

Ric. ubi supra.

Diffic. An conditiones possibiles, & turpes reddant nullum matrimonij contractum, quando non sunt contra illius substantiam.

V. G. si quis dicat, Accipio te in meam, si furtum, homicidium, uel quid simile commiseris.

CONCLVSIO.

Talis conditio turpis est habenda pro non adiecta. Definita est in cap. finali, de conditionibus appositis. Et est explicandus textus, ut supra diximus: ita ut aliunde sint inuestiganda signa consensus uel dissensus, & non ex conditione ut supra dictum est.

CONCLVSIO.

Aliter definiendū est circa hunc casum in foro cōscientiæ, aliter uero in foro exteriori. Nam si pœnitens confiteatur se non habuisse intentionē contrahendi, nisi adimpleta conditione turpi; tunc Matrimonium nullum esse propter defectū consensus iudicabitur, eritque compellendus, ut adimpleta conditione matrimonium contrahat. Nam etsi conditio fuerit turpis, res tamen promissa est honesta, & ex consequenti adimplenda.

Diffic. Quid si dicat contraho tecum si mecum prius concubueris.

CONCLVSIO.

Hæc conditio potest esse honesta intelligēdo illam de uirginitate ex affectu maritali, ita ut habeat animum cognoscēdi illam tanquam uxorem, & non tanquam concubinam, & tunc cum primum illam cognoscit, per copulam consequentem uerum efficitur Matrimonium. Quod si fuerit turpis con-

conditio, in foro exteriori pro non adiecta habetur, nisi probetur dissensus ex parte uiri. Hæc concl. olim fuit uera, quando sponsalia de futuro per copulam subsequētem efficiebātur matrimonium. At uero nunc Matrimonium est nullum, nisi contrahatur præsentibus testibus, & cum solemnitate a Conc. Trid. definita Sess. 24. cap. 1. de reformatione Matrimonij.

Adr. est in materia de spōsalibus et Glossa de spōsa duorum Ric. ubi supra & Adr. q. 6. de sponsalibus.

Diffic. An hæc conditio; si te Virginem inuenero sis turpis, ita ut pro non adiecta habeatur.

Respondeo per tres propositiones.

Propositio Prima.

Si exploratio uirginitatis est faciēda per aspectū matronarum, conditio erit licita, ut supra diximus.

Propositio secunda.

Si per congressum uirilem, turpis est, & in foro exteriori pro non apposita habetur, & iudicabitur, ac si esset consensus absolutus: nisi aliunde dissensus probetur.

Propositio tertia.

In foro conscientiæ standum est conditioni adimpletæ; impleta enim conditione tenebitur, qui illam posuit, Matrimonium contrahere. Nam etsi conditio fuerit turpis, res tamen promissa honesta est, scilicet, matrimonium, quemadmodū tenetur reddere cētū, qui illa promisit, ut homo interficeretur, adimpleta conditione, ac etiam, qui promisit pretiū meretrici. Quia adimplere promissum, honestum est.

Diffic. An valet Matrimonium, quando conditio est negatiua.

CONCLVSIO.

Si negatio est exceptiua, includit affirmationem, & ex cōsequenti erunt sponsalia: ut si quis dicat, nō ducā aliam præter te, idem enim est ac si diceret, ducam te, quia exceptiua in rigore dialectico includit affirmationem.

CONCLVSIO.

Si negatio est conditionalis, tunc non erunt sponsalia, ut si dicat, non ducam aliam nisi te. Nam idem est ac si dicatur; Si non duxero te, nullam aliam ducam: erit autem sensus ex præcedentibus, & sequentibus colligendus.

CONCLVSIO.

Si autem fuerit conditio de futuro, & negatiua, sponsalia erunt nulla: quia pura negatio est dissensus, & ad Matrimonium consensus desideratur, ut si quis dicat, nunquam aliā a te uxorem ducam.

QVÆ-

QVÆSTIO DE CONSENSV LIbero & coacto.

Al. Alē. 2.p.q.28 m.2.art. 2.§.2.S. Th.q.47 ar.3.D. Bona. & reliqui hac d.ar. 1.Ric.q. 1. art.2. Sco.q.1. Dur.q.1. & 2.

Hac quæst. dist.29. Magistri declaratur.

Art. An metu cadente in constantem uirum Matrimonij contractus annulletur.

Metum cadentem in constantem uirum esse, qui potest uirum studiosum cogere, ut iure faciat, quod cessante metu nō fecisset. Qui est quadruplex uel mortis, uel perpetuæ seruitutis, uel perpetui carceris, uel amissionis status.

CONCLVSIO.

Matrimonium contractum metu cadente in constantem uirum, est nullum, Definita est in cap. cum locum. Et in cap. ueniens, de sponsalibus.

CONCLVSIO.

Metus cadens citra uirum constantem in foro exteriori matrimonium non irritat. Ratio est, quia iura canonica hactenus solum declaratunt, matrimonium metu cadente in constantem uirum contractum, esse nullum.

Difficultas. Eritne tale matrimonium nullum iure Diuino, & naturali, an Ecclesiastico tantum.

ubi supra Variæ sunt opiniones. Prima Ric. quam sequuti sunt Paluda. & alij, qui tenent iure tantum Ecclesiastico fieri inualidū.

S.Th.Et. Altera opinio D. Bona. & Scot. asserentium esse nullum iure naturali, & diuino, & Ecclesiam de nouo nihil in hoc casu instituisse, sed solum quod iure naturali, & diuino institutum erat, explicasse. Tertia opinio refertur a Sylu. uerbo matrimonium 8.§.11. tenens tale matrimonium esse ualidum secundum ius diuinum, rescindi tamen ab Ecclesia per actionē, quæ datur his, qui talē metum patiuntur. Hæc opinio est erronea Nam si esset ualidum secundum ius naturæ, & diuinum, non posset aliquo modo ab Ecclesia rescindi. ut constat Matt. 19. quos Deus coniunxit, homo non separet.

CONCLVSIO.

Matrimonium metu cadente in constantem uirum contractum non est irritum ex iure tantum positiuo, eo quod Ecclesia personas ad sic contrahendum illegitimauit. Ratio est, quia matrimonium metu contractum ratificatur per solam libertatem superuenientem ex pacifica cohabitatione cōtrahentium etiam si nouus consensus non interueniat. At uero matrimonium inter personas illegitimas nūquam ratum efficitur per solam libertatē, & personarum legitimationē, quin nouus consensus superueniat, ut constat ex L. Oratio. ff. de

spon

sponsalibus. Quare non fuit matrimoniũ nullũ, quia personæ fuerũt illegitimæ: alioqui ut esset nouus cõsensus necessarius.

CONCLVSIO.

Est tamen nullum ex iure naturali, & diuino propter defectum libertatis in illo, qui metu ad contrahendum compelli tur. Constat exemplo Sacrę Scripturæ. Nam seruo Abrahæ petenti Rebeccam, responderunt parentes illius, uocemus puellã, & quæramus uoluntatẽ eius. Quamobrẽ lege naturę, quæ sola tũc uigebat, libertas in matrimoniali contractu exigitur. Vnde tale matrimoniũ propter defectũ libertatis iure naturæ in foro conscientiæ erit nullum, quia per iniustitiam nullus in conscientia obligatur.

Difficultas. Annulatne Matrimonium omnis metus cadens in uirum constantem.

CONCLVSIO.

Matrimonium metu ab intrinseco illato contractum, est uerum. Ratio est, quia talis metus non est causa Matrimonij, sed occasio, & ita libere Matrimonium, contrahitur. Nõ enim ab alio, sed a seipso ad contrahendum inducitur.

Hinc, si quis ab inimicis obsessus in uirum alicuius fœminæ se offerat, ut obsidionem auferat, Matrimonium ualebit. Fuit enim liber consensus, cum non ab alio, sed a seipso sit ad contrahendum inductus.

Hinc, si quis metu naufragij promittat aliquam paupercu lam in uxorem ducere, uel de facto titulo charitatis cũ illa contrahat, erit uerum matrimonium. Quia non ab alio, sed a seipso inducitur. Et de similibus erit similiter iudicandum.

CONCLVSIO.

Matrimonium contractum metu ab extrinseco non intentione inducendi ad Matrimonium, erit ualidum. Vt si quis ad patibulum ducendus dicat; se uelle ducere meretricem in uxorem, ut mortem euadat: quemadmodum in aliquibus prouincijs statutum est. Ratio est, quia metus ille non est causa, sed occasio Matrimonij, neque hac intentione ad patibulum ducitur. Atque ita libere contrahit, cum non ab alio, sed a seipso inducatur.

CONCLVSIO.

Quotiescunque metus iuste, aut iniuste hac intentione infertur, ut aliquis ad contrahendum inducatur, Matrimonium erit nullum. Ratio est, quia metus in hoc casu est causa Matrimonij, & uiolentus: quia tollit liberum consensum, qui de essentia matrimonij est.

Si homini depræhenso in adulterio aliquis mortem cõminetur, nisi cum alia contrahat, Matrimonium erit nullũ, quia talis metus est causa Matrimonij, tollitq, libertatem, secus ni si adulter sponte, ut mortem uitet, ad contrahendum se offerat. ut ex 2. concl. constat. Ita definitum est in l. nec timore, & in l. isti quidem. ff. quod metus causa &c.

Hinc, si iudex latroni suspendẽdo pœnæ remissionem promittat hac conditione, ut aliquam in uxorem ducat, tale Matrimonium erit nullum; & de similibus simile est iudicium.

Difficultas. An matrimonium metu grani contractum, & iuramento firmatum, sit perinde irritum, ac si sine iuramento contrahatur.

Ricar. distinct. 29. art. 2. q. 3. duas refert opiniones. Vnam affirmantem, & alteram negantem, quam ipse sequitur.

CONCLVSIO.

Matrimonium metu grani contractum, & iuramento firmatum, ipso iure nullum esse censetur. Patet. Quia cum uotũ solemne emissum per metum grauem sit ipso iure nullum, ut in ca. Primo, quod metus causa definitur, matrimonium profecto erit etiam nullum. Quãdo enim non fit proximo iniuria, nullum quo ad Deum est inter uotum, & iuramentum discrimen.

Difficultas. An quando metu graui ad contrahendum, & consummandum matrimonium aliquis compellitur, sit uerum matrimonium.

CONCLVSIO.

In hoc casu cognoscens mulierem nõ affectu maritali, M. peccat, & uerum matrimonium non conficitur. Quod autem peccet, patet, quia fornicatur cum non sua, nullus enim metus a peccato excusat. Deinde, quod non sit Matrimonium, constat. Quoniam Matrimonium a principio metu cõtractũ non ratificatur, nisi per subsequentem matrimonij usum. Et ille, non usu matrimoniali, sed fornicario accessit.

Hinc, si affectu maritali ad mulierem accederet, uerum efficeretur Matrimonium. Ratio est, quia libere tunc præstat matrimonialem usum. Vir enim, qui est causa efficiens congressum, ut experientia testatur, non potest ad illum compelli: quemadmodum mulier, quæ passiue tantum se habet quę ligari, & cognosci potest.

Diffic. An Matrimonium, quod antea erat nullum, per subsequentem liberam cohabitationem, aut Matrimonialem usum effici ualidum possit.

CONCLVSIO.

Matrimonium metu contractum per liberam cohabitatio

nem

nem superuenientem, quæ est usus matrimonialis, uerum & ualidum efficitur. Ratio est, a simili, quia contractus ciuilis qui fuit nullus ob defectum libertatis, uerus efficitur aduenie te libero usu rei permutatæ, ut si libere equo utatur, qui metu compulsus illum emit: tum etiam, quia causa annullans Matrimonium, erat solus defectus libertatis, & cessante causa cessat effectus.

Art. II. de compulsione per imperium.

Absoluetur duabus difficultatibus positis.

Diffi. An pater possit filium ad contrahendum Matrimonium cõpellere.

CONCLVSIO.

Quando non est necessarium ad aliquem finem, ut filius contrahat matrimonium, non tenetur parenti coniugiũ præcipienti obedire: est enim libertas ad contrahendum de lege naturali, quæ non potest paterno imperio tolli. Et est definita in cap. 2. & cap. Accessit: de desponsatione impuberũ, & per legem non cogitur. de ritu nuptiarum,

Hinc puella desponsata per parentes ante pubertatem, postea reclamandi facultatem habet, ita expresse definitur in Cap. Accessit, citato.

CONCLVSIO.

Si matrimonium filij est patri aut Reipublicę, aut ad aliquo bonum finem necessarium: poterit pater non metu mortis, uel alia qualis uiolentia, sed simplici solum iussione filium ad matrimonium compellere. Et filius si non contraxerit, morta liter peccabit, ut si matrimonium expediat patri ad uitandas inimicitias, uel ad extirpandas hæreses, uel ad totius regni pacem. Patet ex lege charitatis, quæ singulos obligat, non ut quæ sua sunt, sed aliorum quærant, præsertim si fuerit persona publica, aut princeps.

Diffic. Potestne Princeps, uel iudex aliquando subditum metu mortis, siue carceris, ad contrahendum compellere.

CONCLVSIO.

Quando subditus tenetur aliquo iure contrahere, aut desponsauit sibi aliquam, aut quia uirginem uiolauit, quam ducere, uel dotare tenetur, poterit Iudex siue Princeps illum ad matrimonium compellere. Citra hos autem, & similis euentus compellere potest neminem. Hic enim cõpulsus, siue metus est legitimus, quia fit a iudice habente authoritatem compellendi, neque tollit libertatem: eam enim prius subditus quando commisit delictum, amisit. Quoniam uoluntarie, ac libere se ad pœnam obligauit.

QVÆSTIO DE IMPEDIMENTO Erroris.

Hac q. dist. 30. magistri aperitur.

Art. I. An error in persona, uel in conditione uerum matrimonium impediat.

ERror in persona matrimonij contractum impedit. Ratio est, quia causa efficiens matrimonium est consensus, & facultas contrahendi cum certa, & determinata persona & qui errat in persona non habet uoluntatem contrahendi cũ illa, ut si pro filia Ioannis filia Petri apponatur. Atque ita deficiente consensu matrimonium est nullum.

CONCLVSIO.

Error circa conditionem Matrimonij cõtractum impedit, ut si mulier nubat seruo, quẽ liberũ esse arbitrabatur. Patet, quia seruus est impotẽs ad soluendum debitum, cum possit a Domino impediri. Et matrimonium nihil aliud est, quam obligatio perpetua reddendi debitum, si petatur. Quamobrem cum seruus non possit reddere debitum, matrimonium erit nullum.

Art. II. An error in bonis, & in qualitate matrimonium impediat.

CONCLVSIO.

Error in bonis fortunæ, aut in qualitatibus coniugum matrimonium haud impedit, ut si quis ducat pauperem existimans esse diuitem, quamuis aliter eam non duceret. Ratio est, quia iste error non est circa essentialia Matrimonij, sed, circa accidentalia, qui quidem non impedit contractum, quẽ admodum error circa essentialia matrimonij, ut circa materiam, uel circa obligationem, id est, potentiam obligandi se. De ratione enim contractus est consensus circa essentialia, & nõ circa accidẽtalia, quemadmodũ & in reliquis cõtractibus.

Appen. Hinc, si quis contrahat cum corrupta, existimans uirginẽ esse, erit uerum matrimonium. Nam accidit contractui integritas uxoris, uel corruptio.

Art. III. An inter Sanctissimam Virginem & Beatissimum Ioseph fuerit uerum matrimonium.

CONCLVSIO.

Sanctissima Virgo antequã nuberet Sancto Ioseph notũ continentiæ emiserat, ut constat Luc. 1. Quomodo fiet istud, quoniam uirum non cognosco. id est, non possum cognoscere, quoniam continentiam promisi.

CONCLVSIO.

Matrimonium ratum Sacratissimę Virginis uerum & perfectum

fectum fuit, Nam apud B. Matth. Ioseph. coniunx uocatur.

CONCLVSIO.

Expediens fuit multas ob causas, ut Sanctissima Maria uiro nuberet, eas omnes reperies apud D. Ambro. Luc. 1. & apud S. Tho. loco citato.

Difficultas. Habueritne in lege ueteri præceptum contrahendi matrimonium omnes potentes illud contrahere,

Duæ sunt opiniones. Prima S. Tho. d. 30. & in 3. p. q. modo citata, affirmans. Secunda negans Sco. d. 30. q. 2. art. 1. quem tacito autore sequitur Soto eadem d. q. 2. art. 1. ad ultimum, scilicet non fuisse tunc uniuersale præceptum contrahendi.

CONCLVSIO.

Patriarchæ, ut pote Abraham, Isaac & Iacob fortasis præceptum contrahendi matrimonij habuerunt, ut Dei populus qui ab illis exordium sumpsit, exiguusque tunc erat, multiplicaretur; quo quidē multiplicato nullus tali præcepto obligabatur. Patet exemplis sanctorū ueteris legis. Eliseus enim, Hieremias, Isaias in perpetuo cælibatu authore D. Hieronymo uixerunt, & D. Ioan. Baptista ad illud præceptum fuisset obligatus cum ante mortem Christi nullum præceptum legale fuisset reuocatum.

De bonis matrimonij fides, scilicet, prolis, & sacramenti.

Hanc q. tractat Magister 31. d. absoluetur aliquot difficultatibus expositis.

Diffic. Indigetne matrimonium aliqua excusatione. Appen.

Alijs nominibus hæc difficultas a Ric. & Duran. ab alijs proponitur.

CONCLVSIO.

Matrimonij onera triplici bonorum genere excusantur, si ue recompensantur. Non enim est facienda iactura nisi propter maioris lucri spem. Vnde Matrimonium, quod maximā secum affert corporis iacturam spe maioris lucri, scilicet, propagationis generis humani, & quia sacramētū est, cōtrahitur.

CONCLVSIO.

In statu naturę integræ Matrimonium his bonis non erat excusandum. Ratio est, quia tunc nulla fuissent matrimonij onera, quæ in pœnam peccati successerunt.

Hinc, matrimonium Sanctissimæ, & immaculatę Virginis Mariæ fuit ex se appetibile. Caruit enim ærumnis, quibus cætera matrimonia abundant. Quia neque in conceptu impudicitiam, nec in partu dolorem habuit.

Diffic. Quænam sunt matrimonij bona.

Hæc difficultas uarie a DD. explanatur.

CONCLVSIO.

Tria sunt matrimonij essentialia bona, sine quibus cõsiste re haud potest. Vt pote indissolubilitas, obligatioque prolem creandi, & mutuam seruandi fidem. Definita est in Can. omne. 27.q.7. lege c. finale. De conditionibus appositis,

Dubium. quod istorum bonorum est dignius, & magis ad Matrimonij essentiam pertinens.

Nota primum indissolubilitatem, siue uinculum indissolubile uocari bonum sacramenti, obligationem procreandi prolem, & religiose educandi, bonum prolis appellari, & mutuam obligationem seruandi fidem, fidei bonum nuncupari, scilicet, ut nullus coniugum alij admisceatur.

CONCLVSIO.

Indissolubilitas cæteris bonis præstat, & magis de essentia matrimonij est. Nam est forma matrimonij quatenus significat uinculum indissolubile, & indiuiduam uitæ consuetudinem. Tunc enim non definitur per alia bona, nisi per sacramentum, diciturq; excellentius, ea ratione, quia supremi beneficij, nempe Incarnationis Verbi Diuini est signum.

Difficultas. Secluso fine prolis, & fidei, actus coniugalis est ne licitus.

D. Bona. & S. Tho. tres sunt opiniones, quarum prima tenet, delectationem esse mortale peccatum. Secunda esse ueniale. Tertia nullum esse peccatum coniunctionem carnalẽ coniugum propter explendam libidinem. D. Bona. opinatur coniugalem actum semper esse ueniale, quamuis intentio sit recta, si tamen delectatio interueniat, non autem si coniunx fastidiat delectationem, ita ut illam nõ admittat, sed patiatur tantum, cum non possit illi resistere. Nam erit nunc actus meritorius.

CONCLVSIO.

Accedere ad propriam uxorem, uel ad proprium uirum delectationis tantum causa, non est mortale peccatum. Quia mortale est transgressio legis, & talis accessus nulla lege prohibetur:

CONCLVSIO.

Accedere ad coniugem solo animo explendi libidinem, ita ut delectationem quærat, ueniale peccatũ est. Quia est actus inutilis: eius enim finis, ut pote libido, nullius utilitatis est, estque omnino otiosus, & non potest in Deum referri, cum non referatur in finem honestum, scilicet in procreationem libe-

liberorum, uel ad uitandam fornicationem, uel ad debiti solutionem.

CONCLVSIO.

Quando aliquis accedit fine debito, quamuis sponte delectationem admittat, neq; uenialiter peccat. Quia finis huius actus est honestus, & rectus, & operatio bonitatem, uel malitiam a fine sortitur. Et quia illam uitare non potest: est enim naturalis; ut delectatio in cibo, & somno.

Diffic. An accedens ad propriam sola causa uitandi fornicationem cum non sua uenialiter peccet.

Duæ sunt opiniones. Prima D. Bona. & B. Thom. hac d. & Mag. c. 1. sequẽtis distinctionis, & sequuntur D. Augustinum, & Hieronymum, qui opinantur, omnem concubitum coniugalem esse peccatum, nisi uel causa procreandi prolem, uel reddendi debitum, fiat. Sco. uero distinctione 26. & Ric. art. 3. q. 1. huius distinctio. & Dur. q. ultima. Caie. in summa, uerbo, matrimonium, cap. de usu matrimonij. Et Syluester uerbo, Debitum coniugale, 6. oppositum tenent, scilicet, tam reddere, quam exigere debitum causa uitandi fornicationem in se, aut in alio nullum esse peccatum.

CONCLVSIO.

Nullum est peccatum debitum coniugale exigere solum propter uitandam in se ipso cum non sua fornicationem. Matrimonium enim non solum est in officium, uerumetiam in remedium, etsi est actus charitatis exigere debitum propter uitandam in alio fornicationem, multo magis erit propter uitandam in se ipso. Ordine namque charitatis potius nobis, quam alijs subuenire tenemus,

CONCLVSIO.

Quando debitum petitur, non ad uitandum adulteriũ, sed ad delectationem tantum, & animo explendi libidinem, uenialiter peccatur. D. August. & cæterorum est, ut constat ex superiori difficultate.

Dubium. Quando abusus actus Matrimonialis erit mortale peccatum.

Respondeo duabus propositionibus.

Propositio prima.

Quando est contra naturam, & quando ex seminis effusione prolis generatio impeditur, M. peccatur. Patet ad Rom. 1. de fœminis Gentilium, quæ cum proprijs uiris inquit Paul. mutauerunt usum in eum, qui est cõtra naturam, & quia finis principalis matrimonij, ut pote prolis generatio, impeditur.

Propositio secunda.

Amplexus, & oscula inter coniuges quando honeste, & sine periculo pollutionis fiunt, non sunt peccata, sin minus, utrobique peccatur.

dd.d.32. d.Bona. ar.1.q.1 Ric.ar.1 q.2. dur. q.1. Sco. ibidem.

QVÆSTIO DE OBLIGATIONE soluendi debitum.

Hæc quæst. dist. 32. Mag. explanatur.

Art. 1. An uir uxori, & uxor uiro, debitum reddere teneatur.

CONCLVSIO.

Mortale peccatum ex genere est coniugale debitũ negare. B.Paul. est dicentis: Vir debitum uxori reddat, & uxor uiro. Qui enim negat alteri coniugum copulam, alienum obsequium inuito Domino retinet.

CONCLVSIO.

Vir uxori interpretatiue, & per insinuationẽ debitum petendi reddere tenetur. Ratio est, quia uxores præ rubore non aliter petere consueuerunt.

CONCLVSIO.

Vnus coniugum non reddendo alteri debitũ a mortali excusabitur, uel quando remisse petitur, uel quando rogatus iuri suo cedit. Ratio a simili est de alijs debitis ciuilibus, quæ quando remisse petuntur, uel quando facile a creditore dilatio solutionis impetratur, inuito domino nõ retinentur. Quia cum facile cedat iuri suo, non diceretur esse inuitus.

d. Bona. ubi supra ar.2.q.1 Ric.ar.1. quæst.1.

Diffic. Tenebiturne coniunx sanus leproso reddere debitum.

Tres sunt opiniones. Prima cuiusdam Cardinalis, quam citat Sylu. tenentis partem affirmantem, atque etiam ad reddendum debitum coniugi leproso, & ad cohabitandum intra eidem domum, & aliorum. Secunda est D. Bona. S. Tho. Ric. & Sco. scilicet, teneri ad reddendum debitum, non tamen asserentium excusari a redditione debiti coniugem sanum, quando ex concubitu infectionis lepræ periculum timetur.

CONCLVSIO.

Coniunx sanus non tenetur coniugi leproso debitum reddere, siue præcesserit, siue subsequuta fuerit lepra post contractum matrimonium. Nam si coniunx sanus non tenetur reddere debitum coniugi infirmo illud petendi, quando infirmitatis augmentum timetur; neque tenebitur quando propriam infirmitatẽ timet, ut ex ordine charitatis constat, Etc.

Diffic. Vxor tempore menstrui excusabiturne a debitis coniugalis solutione.

Duæ sunt opiniones. Prima D. Bona. & S. Thom. scilicet, pen-

petentes debitum tunc temporis peccare mortaliter, reddentes uero minime. Secunda est Sco. eadem distinctione affirmantis utrunque coniugum peccare petendo, & reddendo debitum menstrui tempore, nisi timeatur fornicatio in petẽte. Idem tenet glos. super Can. ad eius, dist. 5. & Ric. hac dist. art. 4. q. 1. Caieta. & Paludanus uenialiter peccare asserunt. Sylvest. sequitur Sco. in muliere, si tunc exigat. Ver. debitum coniugale. §. 6.

CONCLVSIO.

Tempore menstrui tam petere, quam reddere debitum, est M. quia fit proli grauissima iniuria. Ratio est, quia ut debitor non tenetur creditori debitum reddere, neque creditori petere, quando timetur abusus in malum corporale proprium, uel proximi: ita, hic neque debitum coniugale erit petendum uel reddendum, quando proli generandæ corporale nocumentum timetur. Deinde quia in lege ueteri uterque pœna capitis puniebatur. Quæ quidem pœna, nisi pro transgressione ex genere Mortali, non imponebatur. *Caiet. in summa.* *Leuit. 18*

Respondent aduersarij illam legem ea parte, qua cæremonialis erat, pœna capitis trãsgressores puniisse, & iam cessasse. Imo erat iudicialis, & licet quantum ad pœnam capitis cessauerit, nihilominus tamen accedere ad menstruatam erat M. ex genere, ut accerbissima pœna tunc imposita indicabat.

Tandem confirmatur authoritate D. Hieronymi cap. 44. super Isaiam, ubi locum illum; Omnes iustitiæ nostræ sicut pãnus menstruatæ, Declarans, ait, tunc, ideſt, tempore menstrui debent uiri a mulieribus abstinere. Quoniam concipiuntur filij membris damnati, cæci, claudi, leprosi, ut quia parentes non erubuerunt in conclaui cõmisceri eorum peccata, pateant omnibus, & apertius in paruulis redarguãtur, hæc essent coniugatis proponenda, ut tunc a coniugio abstinerent. Sed in cõtrarium cum Sco. argõr. Coniunx tenetur leproso etiam cum detrimento prolis generandæ debitum reddere, ergo similiter in præsentia. Sequela negatur, quia ex sententia Sco. nullum fit proli leprosæ detrimentum, quando aliter generari non posset: minus enim malum est, prolẽ esse lepra infectã, quàm si simpliciter in reiũ natura non esset, etsi leprosis esset perpetuo illicitum commisceri, proles nunquam generaretur, & ita erit licitum. Tempore autem mẽstrui nequaquã, qa posset postea, quam citissime sana generari, atque tunc, si leprosa generaretur, maxima iniuria afficeretur. Et idem quod de lepra, est dicendum de fluxu sanguinis perpetuo.

Diffic. An vir ratione peregrinationis a solutione debiti excusari possit.

CONCLVSIO.

Si leuis est causa, minime excusatur, agit enim contra fidem Matrimonij, qua ad soluendum debitum obligatur.

Appen. Sc. q. i. d. 38. Ri. ar 2. q. i. d. 32. Bo. d. 32. ar. 2. q. i. ar. 2 q. i.

Hinc, omnes coniugati sine legitima causa durius ab uxoribus absentes sunt in statu damnationis. Quia inuito Domino alienum retinent.

Diffic. An possit unus coniugum a solutione debiti liberari altero inuito continentiam vouendo.

Ric. hac dist. opinatur, alterum cõiugum posse emittere uotum de nunquam petendo debitum. D. Tho. & Duran. eadem distinctione oppositum tenent.

CONCLVSIO.

Neuter coniugum potest uotum emittere nõ reddendi debitũ, si petatur. Esset enim uotum illud actus iniustitiæ, quia noueret alienum, cum non sit sui corporis Dominus, & peccaret uouendo, atque etiam adimplendo uotum.

CONCLVSIO.

Votum non petendi debitum, si fiat a uiro, minime ualet, nam esset contra bonum prolis, nunquam enim generaretur. Vxores namquæ præ nimio robore tunc rarissime debitum petere auderent.

CONCLVSIO.

Votum de non petendo debitum in fœminis ualet, quia non esset contra bonum prolis, uiri siquidem petere, & accipere debitum uxoribus renitentibus solent.

CONCLVSIO.

Quandocunque alteri coniugum periculũ fornicandi cũ aliena, uel pollutionis cum seipso imminet, qui uotum non petendi emisit, exigere tenetur. Dummodo petendo debitũ, alterum a peccato liberandum speret. Ratio est, quia hoc ad fidei bonum pertinet, facit ad hoc ca. quidam. de conuersione coniugatorum.

CONCLVSIO.

Si post Matrimonium ratum, alteri coniugum sit cordi religionem ingredi, non tenetur petenti debitum reddere. Ratio est, quia in iure, duorum mensium spatia dantur.

Difficultas. Quo tempore non licet debitum petere.

Non licet in diebus magnorum festorum debitum petere. Definita est in Can. Quotiescunque 24. q. 4. ubi ita habetur Quotiescunq; natalis Domini, aut reliquę festiuitates aduenerint

nerint, est ab uxoribus proprijs abstinendum.

Dubium. Estne hoc Ecclesiæ præceptum, an consilium.

Duæ sunt opiniones. S. Tho. hac dist. opinatur esse ueniale quocunque die festo, aut Ieiunij debitum petere. Caiet. in summa, uerbo, Matrimonium, cap. 2. putat nullum esse peccatum uti matrimonio hisce diebus citra Ecclesiæ contemptum. Scot. hac dist. dicit nullum esse mortale, quamuis de ueniali nihil dicat.

CONCLVSIO.

Hæc opinio uidetur rationi esse maxime cõsona. Ratio est quia coniunx sine iniuria Ecclesiæ petit, quod sibi debetur.

Dubium. Quando coniugatus est communicaturus, licebitne petere debitum.

Caiet. in summa, uerbo, Communio, cap. 1. putat esse ueniale, die, quo præcessit nocturna pollutio, aut debiti solutio, communicare, nisi esset scandalum tunc communionem, uel celebrationem differre. Scot. uero dicit non esse mortale.

CONCLVSIO.

Non est peccatum etiam ueniale diebus festis, uel ieiuniorum, uel communionis debitum, omnibus tamen circunstantijs concurrentibus, exigere. Patet. Primo quia actus coniugalis si debitis circunstantijs fiat, est non modo licitus, sed etiã meritorius. Deinde non est contra aliquod præceptum, erit tamen consulendum, ut præfatis diebus abstineant a carnis delectatione.

Dubium. Licebitne quando ecclesia nondum impartita est coniugibus benedictionem.

Caiet. uer. matrim. 2.

CONCLVSIO.

Petitio uel commixtio sexus erit tunc uenialis. Ratio est, quia minus reuerenter sine benedictione Ecclesiæ coniunguntur.

Diffic. Licetne in loco sacro debitum petere.

Ricar. 3. qõ. 3. reli.

Ricar. & Sco. tenent esse mortale, quando coniuges possunt exire ab Ecclesia ad dormiendum, quod si multo tempore in Ecclesia intercluſi teneantur tempore belli, tunc opinatur Maio. licere sine peccato uti actu coniugali. Sylue. uero existimat licere, si tamen in uiro corruptela timeatur. Tandẽ Caiet. affirmat coniuges tunc propter loci penuriam obligari ad continentiam, quemadmodum propter longam alterius absentiam obligantur.

CONCLVSIO.

Mortale peccatum est ad uxorem in loco sacro publice, ita

ut ab

ut ab aliquibus possit intelligi, accedere. Ratio est, quia uio latur templum, & fit ciuibus iniuria, quo minus in propria ec clesia diuina celebrari, & illis interesse possint.

CONCLVSIO.

Si ita occulte hoc fiat, ut a nullo intelligi possit, non erit mortale. Ratio est, quia huiusmodi actu ecclesia minime uio latur. Vt Summistæ in materia de uiolatione ecclesiæ docent.

Appen. Hinc in ecclesiæ habitaculis, ut in turri, aut cemiterijs, nō erit mortale. Quia DD. per locum sacrum, solam ecclesiam consecratam, aut benedictam intelligunt.

QVAESTIO DE BIGAMIA.

Hac q. 33. d. Mag. exponitur, in qua quæritur. An liceat uiris pluribus uxoribus ligari, ita, ut illis debitum coniugale reddere teneantur.

Art. 1. Quo iure bigamia utroque uiuente est prohibita.

Al. Alē. in 4. p. m. 2. ar. 4. DVæ sunt opiniones. Prima. Du. hac d. q. 1. asserentis, non fuisse ante aduentum Christi lege aliqua prohibitum plures habere uxores, dūmodo secunda ex consēsu primæ, & sequentes ex consensu præcedentium haberentur. Altera opinio est communis Bon. Th. Ric. Sco. hac dist.

CONCLVSIO.

Matrimonium, quatenus est in officium, non est aliqua ratione contra legem naturalem, aliquas habere uxores. Ratio est, quia pluralitate uxorū natura hominis consequitur suum finem, scilicet, speciei humanæ multiplicationem, & conseruationem.

CONCLVSIO.

Si Matrimonium, ut est remedium, consideretur, plures simul habere uxores erit contra legem naturalem: nisi prima suo iuri cedat. Nam fieret primæ uxori iniuria, cum uir quoties uoluerit ab illa debitum petere, & quoties ipsa uoluerit, debitum reddere non posset. Sunt enim secundum iustitiam commutatiuam in solutione debiti æquales. Secunda pars est quoque manifesta quoniam uolenti, & consentienti nulla fit iniuria.

CONCLVSIO.

Si Matrimonium, ut est mutuum uriusque coniugis obsequium, consideretur, plures simul habere uxores, est contra legem naturalem. Quæ in omnibus actionibus pacem & tranquillitatem quærendam præcipit. Ratio est, quia in certissimo

periculo

periculo inimicitiarum, plures habens uxores constitueretur. Insatiabili enim odio præ nimio zelo, & inuidia se inuicem uxores prosequerentur. Vt constat exemplo Sacræ Scripturæ inter Sarã alioquin sanctam, & Agar, & inter Liam & Kachel lem. Deinde quia illud est de lege naturæ, quod naturæ author in principio instituit. Non enim dixit Deus; erunt tres, sed duo in carne una.

CONCLVSIO.

Plures habere uxores, est etiã contra unionem inter Christum, & Ecclesiam, quam Matrimonium significat, ut constat ex his, quæ de bigamia diximus.

Diffic. Quo iure poterant uteris legis patres plures habere uxores.

Duæ sunt opiniones. Prima Abulensis Matth. 19. a q. 30. usque 34. & Dur. q. 1. huius dist. qui opinatur, ante aduentum Christi, seclusa dispensatione, fuisse lege naturali antiquis patribus licitam polygamiam. Opposita opinio est communis Bona. Tho. Ric. Scot. & aliorum affirmantium, fuisse licitam solum ex diuina dispensatione. *Ric. ar. i. quæst. i. Al. Alē. 3. p. q. 48 d. 33.*

CONCLVSIO.

Tempore legis naturæ, & Mosaycæ, aliqui ex patribus licite plures habuerunt uxores. Patet exemplo Abrahæ, Iacob, & aliorum, qui fuerunt iusti, & ad Heb. 11. inter Sanctos ueteris testamenti, a D. Paul. recensentur.

CONCLVSIO.

Hoc autem fuit licitum illis, ex peculiari diuina dispensatione intrinsecus per reuelationem facta. Definita est expresse in cap. Gaudemus, De Diuortijs, & cum lex prohibens uxorum pluralitatem esset mentalis, & non scripta, eius dispensatio fuit quoque per reuelationem facta.

Difficultas. Omnes, qui tempore legis scriptæ plures duxerunt uxores, habuerunt ne reuelationem.

Sco. opinatur licuisse plures habere uxores illis tantum, quibus facta fuit reuelatio. Contraria opinio est Paludani.

CONCLVSIO.

Ante aduentum Christi Iesu poterant Israelitę, qui non habuerunt reuelationem, plures habere uxores. Ratio est, quia quod exemplo præsertim sanctorum, fit, iure fieri putamus. Patriarchæ autem, & Dauid plures uxores habuerunt.

Diffic. Poterant etiam gentiles licite plures habere uxores.

CONCLVSIO.

Nequaquam fuit illis integrum. Ratio est, quia deerat causa dispensandi cum illis, scilicet, populi fidelis augmentum.

Hinc

Hinc, a peccato exemplo Iudæorum minime excusabantur. Nam qui alterius exemplo a peccatis excusantur, illum tanquam iustum, & fidelem uenerantur. Gentiles uero populum Israeliticum non ita colebant.

Difficultas. Cessauitne talis dispensatio.

Ab aduentu Christi Iesu dispensatio habendi plures uxore cessauit. Definita est in cap. Gaude, ubi Innocentius ex loco Matth. 19. qui dimiserit uxorem, nisi per fornicationem, & aliam duxerit, mechatur, ita colligit, dimissa uxore non licet aliam ducere, multominus igitur licebit, eadē uxore retenta.

Difficultas. Poterit ne ecclesia in hoc dispensare.

Dur. refert unam opin. quæ partem affirmantem tenet.

CONCLVSIO.

Ecclesia authoritatem dispensandi in polygamia minime habet. Nam est contra ius diuinum immediatum, ut Matth. 19. constat, atq; ita cum sit inferior in hoc Papa, dispensare non poterit &c.

Diffic. An in aliquo saltem euentu sit licitum uxori habere plures uiros.

CONCLVSIO.

Nunquam etiam per dispensationem diuinam uni uxori licuit plures habere uiros. Est enim contra principalem Matrimonij finem, nempe prolis bonum, multitudo siquidem uirorum prolis bonū impedit, ut in meretricibus patet; Quid? quod cum uir sit caput mulieris, teste B. Paulo, esset monstrū si unum corpus multa haberet capita.

Art. II. An inseparabilitas matrimonij, usque adeo sit inuiolabilis de lege naturæ, ut per leges ciuiles ante aduentum Christi non potuerit in aliquo casu reuocari.

Duæ sunt opiniones. Prima Dur. & Abulensis super Matth. 19. q. 45. asserentium licitum fuisse repudium inter gentes, dummodo educationi liberorum cōsuleretur. Cōtraria opinio fuit S. Tho. & Ric. hac dist.

CONCLVSIO.

Matrimonij inseparabilitas ita est de iure naturæ ut lex humana in hoc dispensare haud possit. Quia educatio filiorum est de iure naturæ. Et si coniuges diuiderentur, post discessū non curarent prolem, & constat Matth. 19. dicente Christo, Moyses ad duritiē cordis uestri permisit libellum repudii, ab initio non fuit sic, id est, in statu legis naturæ ante legē scriptam. Vnde solus naturæ author in hoc dispensare potest.

Deus

CONCLVSIO.

Deus potest dispensare in perpetuitate Matrimonij, ita ut quoad uinculum dissoluantur. Constat exemplo sacræ scripturæ Cen. 21. ubi Deus dispensauit cum Abraham, ut repudiaret Agar cum filio suo, non enim est indissolubilitas de lege naturæ primo modo, ut sunt præcepta de fine, ut de charitate &c. Sed secundo modo, id est, de medijs charitatis, ut de educatione liberorum, quæ melius perpetuitate matrimonij perficitur: facta autem tali dispensatione, quomodo filij essent educandi, Deus institueret.

Difficultas. An ante aduentum Christi fuerit licitum Iudæis libellum repudij uxoribus dare, & ad secundas nuptias per solutionem priorum nuptiarum transire.

Communis opinio Bon. Tho. Ricar. & Dur. hac dist. defendit, Iudæos, ita uxores repudiantes, mortaliter peccasse, & Matrimonium, quoad uinculum non fuisse solutũ. Nontamẽ in foro exteriori lege puniebantur, ut maiora mala cauerent, scilicet, uxoricidium, uel quid simile. Secunda opinio Albu. super Matth. 19 q. 46. & 51. qui tuetur licitum fuisse libellum repudij, & eo Matrimonij uinculum dissolui. Tertia est Sco. q. 3. qui utramq; partem amplectitur. Bon. ar. 3 q. 12. Ri. art. 3. Sco. q. 2. Dur. q.

CONCLVSIO.

Ante aduentum Christi Iesu Iudæi ligitimam ob causam proprias uxores repudiantes, & alias ducentes, minime peccabant. Quia ante Christi Iesu aduentum nulla erat lex scripta de perpetuitate Matrimonij. Et erat de libello repudij. Et ubi non est legis transgressio; non est peccatum. Quemadmodum non peccabant ante aduentum Christi Iesu habendo plures uxores. Quamuis non haberent de hoc legem permissiuam, sed tantum exempla sanctorum, deinde erat priuilegium illis concessum.

Hinc legitima tantum causa interueniente per libellum repudij Matrimonij uinculum dissoluebatur, ut patet expresse Deuteron. 24. ubi legitur, Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiã ante oculos eius, propter aliquam fœditatem, scribit libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua &c. Appen.

CONCLVSIO.

Erat autem legitima dandi libellum repudij causa. quando uxor delictum contra bonum fidei commiserat, uel quando impedimentum contra aliquod bonũ prolis, ut lepra, & sterilitas superueniebat. quia per adulteriũ proles incerta fiebat;

& per

& per lepram infecta generabatur. Hæ igitur erant causæ, & multæ aliæ, quæ bonum prolis impediebant.

Appen. Hinc colligitur, non solum fuisse licitũ repudium propter uitandum uxoricidium. Verumetiam ob bonum prolis, quãdo mulier erat odiosa propter aliquam fœditatem, ut malum prolis euitaretur. Quod sequutum fuisset, si uir mulierem suam adulteram, uel exosam interfeciſſet. Cæterum in forma libelli non exprimebantur repudij causæ, ne mulieres infamarentur.

QVAESTIO DE IMPEDIMENTIS Matrimonij.

Hæc quæst. dist. 34. Magistri enodatur.

Art. 1. Potest ne matrimonium impediri.

CONCLVSIO.

d. l. d. 34. MAtrimonium potest impediri, quominus sit uerus contractus: Ratio est, quia quamuis Ecclesia non possit impedire sacramenta. Propterea quod posita materia, & forma & intentione ministri sufficientis, non situte ab Ecclesia data, sed a Christo gratiam operantur. Nihilominus tamen cũ possit quemlibet contractũ legitima, & rationabili causa interueniente impedire, poterit etiam cõtractum matrimoniale. Nam Matrimonialis contractus, contractus est.

Dubium. Quænam sint matrimonij impedimenta.

Respondeo uaria. Quædam, quæ dirimunt Matrimonium contractum, nullumq; esse efficiunt. Quædam uero, quæ impediunt contrahendum, contractum tamẽ minime dirimũt. Et de singulis sunt singulæ difficultates proponendæ.

Diff. dirimitne frigiditas matrimonium contractum.

CONCLVSIO.

Quando frigiditas, seu impotentia alterius coniugis perpetua est: Maarimonium est nullum. Et qui impotentiam sciens contrahit, peccat. Definita est in cap. Consultationi, de frigidis, & maleficiatis: non enim qui ita frigidus est, poterit reddere debitum, si petatur. Quod est contra Matrimonij definitionem.

Appen.

Appen. Hinc Matrimonium cum Eunuchis contractum, est nullũ. Non enim possunt seminare, cum perpetua laborent impotentia. Panormi. est in cap. quod sedem. eodem Tit. contra Sylue. uerbo, Matrimonium 8. §. 16.

Hinc matrimonium cum sene naturaliter impotente ad seminandum est quoque nullum.

Hinc

Hinc, quando uir, præ instrumenti impropoſtionem non poteſt naturaliter cum muliere congredi, Matrimonium eſt etiam nullum. Quia ſolutio debiti intelligitur intra uas, quæ non poteſt talis præſtare. Idem eſt iudicium de muliere adeo arcta, ut ei de ſententia medicorum ſubueniri non poſſit, eſt enim ſolutio debiti illi impoſſibilis. Appen.

Hinc, ſi Eunuchus ſeminauerit, Matrimonium erit ualidũ etiamſi ſemen ad generationem ſit inſufficiens. Quia per ſemen coniuges una caro efficiuntur, & ſunt ad reddendum debitum potentes. Quod ſolum eſt de eſſentia Matrimonij. Nam quod ſit ſterilis, nihil refert. Appen.

CONCLVSIO.

Quando impedimentum perpetuum ſequitur poſt Matrimonium ratũ, & ante eius cõſumationem, nõ illud diſſoluit; Matrimonium enim ratum ex diuina inſtitutione, nõ niſi per ingreſſum religionis, ſoluitur. Communis eſt opinio contra quandam gloſſam Iuris Canonici, quam refert, & confutat Scot. hac diſtin. unde falſo gloſſæ opinio fuit Scot. impoſita a Soto.

CONCLVSIO.

Quando impotentia eſt temporalis, propterea quod poteſt illi per artem medicorum ſine mortis periculo ſubueniri, matrimonium eſt ualidum. Definita eſt expreſſe ab Alexan. iii. in cap. ex. literis, & ab Innocentio iii. in Cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis.

Hinc, ſi uiro ante cõgreſſum, uel prænimio calore, uel præ imbecilitate, & frigiditate non potenti debitum reddere, poſſit per artem remedium adhiberi, matrimonium erit uerum. Appen.

Hinc fœmina arcta tenebitur inciſionem pati, ut apta ad cõgreſſum reddatur. Quicunque enim ad aliquod obſequium obligatur, ſimul etiam ad omnem actionem, & ſine paſſionẽ obligatur. Quæ naturaliter, ſine mortis tamen periculo ad tale obſequium præſtandum deſideratur. Etiamſi ex inciſione infirmitas aliqua timeatur. Oppoſitum tenet Soto, quando timetur infirmitas. Cuius opinio eſt contra cap. Ex literis citatũ ubi Alexan. Papa ſolũ mortis periculum exceptum uoluit. Appen.

Dubium. Quæ ratione impotentia temporalis, uel perpetua dignoſcetur eſſe.

CONCLVSIO.

Si poteſt aliter, quam per cohabitationem utriuſque cõiugis cognoſci; ſtatim ſunt iudicio Eccleſiæ ſeparandi. Si uero non, niſi ſimul cohabitando, expectandum eſt triennium, in

quo

quo debēt actui coniugali fideliter operam dare. Quo finito si matrimonium non fuerit consummatum, utroq. uel altero tantum petente, separandi sunt. Definita est uerbo ad uerbum a Celestino iii. in cap. laudabile, eodem titulo.

Dubium. Quomodo mulier poterit uiri impotentiam probare, postquam cum illo per triennium dormierit.

CONCLVSIO.

Si est integra, & iudicio matronarum non est arcta, sed ad copulam idonea, constabit tunc uirum esse frigidum. Ratio est, quia non potuit tunc matrimonium consummare.

CONCLVSIO.

Si mulier fuerit corrupta, & uir Eunuchus, constat nō esse matrimonium consummatum. Quia non sunt effecti una caro, cum uir non poterit seminare, quamuis illam corruperit.

Dubium. Quid si uir non Eunuchus, sed integer.

CONCLVSIO.

Si ambo diuortium petunt, ne fraudulenter petere uideantur, introducendi sunt 7. testes, aut propinqui, aut uicini, qui iurent de credulitate illos per triennium bona fide coniugio operam dedisse, seperandiq. sunt.

Dubium. Quid si alter tantum diuortium petat.

CONCLVSIO.

Si uxor petat per integritatem sui corporis, uel aliunde impotentiam uiri non probauerit, uiro credendum est. Si autem uir petat causas impotentiæ mulieris, scilicet, esse arctam, & cognosci non posse, adhibitis matronis ostendere debet, iuxta quarum sententiam separandi sunt, utiroq. ut aliam ducat facultas concedēda est. Hæc conclusio colligitur ex Cap. 1. & Cap. Laudabile. Et Cap. fraternitatis. De frigidis, & maleficiatis.

Quid si facta per ecclesiam separatione. Qui definitus est impotens, fiat per aliquam causam naturalem potens, ut si mulier arcta aliquo modo referetur, aut qui erat frigidus, habeat cum alia liberos, eritne tunc matrimonium reualidandum.

CONCLVSIO.

Reparandum est semper primum Matrimonium, ait ut uxor resecrata priori uiro, & uir frigidus ueritate comperta, uxori restituatur. Definita est expresse cap. fraternitatis. Nam quotiescunq; naturaliter fuerit remota impotentia, coniuges ad mutuo cohabitandum sunt compellendi. Nam secundū Matrimonium tunc fuit nullum.

Intelligen-

Intelligenda est Conclusio dummodo a priori uiro possit cognosci. Nam si semper est frigidus uir, aut instrumentum uxori improportionatum habeat, cui non potest naturaliter remedium adhiberi, non erit illi restituenda. Nam Matrimonium fuit nullum.

Dubium. Quid si impotentia perpetua per miraculum notorium dimoueatur.

CONCLVSIO.

Primum matrimonium non erit tunc reparandum. Nam cum impotentia esset perpetua impotens, non potuit se ad impossibile obligare. Atque ita prior contractus matrimonialis fuit nullus.

Dubium. Si neuter coniugum separationem petat, quamuis alter sit impotens, poterunt ne simul cohabitare.

CONCLVSIO.

Neutro reclamãte simul cohabitare poterunt. Definita est in cap. laudabile, ubi legitur. Si ambo consentiant simul esse, uir eam, et si non ut uxorem, habeat ut sororem.

Dubium. Poterunt ne se inuicem amplexari, & osculari.

CONCLVSIO.

Si impotentia coniugalis iudicio medicorum, & matronarum est perpetua, cui per causas naturales subueniri nõ potest, Mortaliter peccant amplexus, & mutua oscula sibi reddentes. Quia tales tactus sunt illiciti, nisi fiant inter Matrimoniũ cõiunctos, & tali existente impotentia non possunt usu ueri matrimonij coniugi.

CONCLVSIO.

Si impotentia non fuerit perpetua, eiq. possit per causas naturales remedium adhiberi, coniuges tunc simul habitare possunt tamquam uir, & uxor, & non ut frater & soror, quamuis impedimentum coeundi non remoueatur. Ratio est, quia impotentia, quæ per causas naturales remoueri potest, nõ irritat Matrimoeium, ut ex superioribus constat. Appen.

Hinc mulier, quæ nupsit Eunucho, & libidinose se mutuo osculantur, & amplexantur, sunt in statu damnationis, nisi quo ad thorum separentur. Non enim inter illos est uerum Matrimonium. Quia Eunucho uiuente si alteri nupserit, erit uerum Matrimonium. Appen.

Hinc, uir habens mulierem arctam; quæ per incisionem sine periculo reserari potest non uult tamẽ iuri suo cedens, potest illam sine mortali libidinose tangere. Nam sunt ueri cõinges, cum impedimentum sit temporale.

The. hac d. 34. *Diffic. Si uir uxorem virginem habeat, quam non potest reserare, potest tamen ad corruptam accedere, tenebiturne virgo, per artem ut sit uiro, cui semel nupsit, apta: aperiri.*

CONCLVSIO.

Si uir cum corruptis suam expertus est potentiam, quia ex illis liberos habuit, uxor uirgo reserari debet. Vt ei apta reddatur: si enim mulier arcta tenetur sine mortis periculo pati incisionem, quanto magis uirgo, cum maius impedimentum sit arctitudo, quam uirginitas.

Hinc, si potentia uiri non fuerit cum corruptis manifesta, uiro, non tenebitur reserari. Ratio est, quia uir fortassis est frigidæ naturæ. Quod quidem, si semel fuerit reserata, per artem medicinæ probari non poterit.

Art. II. An maleficium, ut frigiditas, impediat, & dirimat matrimonium.

CONCLVSIO.

Maleficium perpetuum impedit, & dirimit Matrimonium. Definita est Cap. finali, de frigidis, & maleficiatis. Quæ impotentia per artem diaboli efficitur.

CONCLVSIO.

Maleficium temporale non impedit Matrimonium contrahendum. Patet ex definitione Matrimonij, quia sic impeditus, sublato impedimento, potest debitum reddere.

Dubium Quomodo probari poterit, sine perpetuum, an non.

CONCLVSIO.

Si coniuges per continuum triennium habitauerint, bonaque fide coniugali copulæ operã dederint, & se cognoscere non potuerint, hoc qui non solum per proprium iuramẽtum, uerumetiam per septẽ propinquorum iurantium de fidelitate, probauerint; maleficium esse perpetuum dignoscetur. Sẽtentiaque nullitatis proferenda, & danda utrique nubendi cũ alio facultas erit. Definita est in Cap. Finali, de frigidi. & maleficiatis, & in can. si super Sortiarias 33. q. 1. nam cum maleficiatus non sit respectu omnium, sed unius tantum, impeditus non erit profecto, ne cum alijs contrahat, prohibendus.

Dubium. Quomodo maleficium erit auferendum.

CONCLVSIO.

Vno quatuor modorum poterit remoueri, uel remedijs spiritualibus, ut ieiunijs, orationibus, peccatorum contritione ut Deus opera diaboli dissoluat. Quod quidem remedium in Can. Si per sortiarias, collocatur, uel. 2. per medicamenta contraria, quibus plerumq; maleficium soluitur. Vel 3. per destructio-

structionem signi, quo durante paciscitur diabolus cũ magi. coniugum futurum esse maleficiatum, ut magi decipiantur credentes in illo signo, quod uocatur maleficium, uirtutẽ aliquam esse, cum nulla sit. Vel 4. potest per aliud maleficium destrui. Vt si magus per inuocationem dœmonis signũ destruit. ex his quatuor modis duo priores, ut constat, meritorij sunt, non domò licitij & tertius item, quando Magus rogatus sine inuocatione dæmonum signum destrueret, quemadmodum Sco. recte docet, esseq; meritorium, illum ad hoc inducere, nunquam tamen licitum opera diaboli uti ad maleficium auferendum ut constat ex Canone. Qui Saluatore, 26. qõ. 2. Oppositum tamẽ tenet Summa Angelica uerbo, superstitio, §. 13. Dicit enim, non esse mortale, uti opera magi, ad dissoluendum maleficium, qui paratus est inuocare diabolum ad alias actiones præstandas.

Diffic. An destructo maleficio, matrimonium authoritate ecclesiæ solutum, sit reparandum.

S. Bon. ar. 2. q. 2. d. 34. ar. 3. q. 1. & 2. Sc. q. 1.

Duæ sunt opiniones. Prima dicit non esse reparandum. Constat ex textu, in capite si per sortiarias 33. q. 2. Quæ est etiam Sco. Contraria opinio est Ric. & censetur communis.

CONCLVSIO.

Maleficij destructio per solam habilitatẽ maleficiati non potest Ecclesiæ cõstare. Patet quia maleficiatus respectu unius non censetur talis respectu omnium, & ita potcrit esse habilis ad secundam, & non ad primam, & ita est uera Sco. opinio & Abulensis, super Matth. cap. 29. quæst. 90.

CONCLVSIO.

Quandocunque Ecclesiæ constiterit, maleficium esse sublatum. Primum Matrimonium erit reparandum. Patet, quia maleficium temporale ueritatem primi Matrimonij nõ abstulit. Vt ex superioribus constat.

Art. III. Furiosi, & amentes possuntne contrahere matrimonium.

CONCLVSIO.

Ric. ar. 4. q. 1. Bon. ar. 3. q. 1.

Perpetuo amentes sunt habiles ad matrimonium contrahendum. Etsi contrahant, matrimonium erit nullum. Ratio est, quia consensus liber est de ratione Matrimonij, & tales amentes libertate omnino carent.

CONCLVSIO.

Valebit tamen matrimonium ante talem amentiam cõtractum. Quia solemne uotum dirimit duntaxat matrimonium. Amentes, qui habent lucida interualla, tempore, quo ratione utuntur, matrimonium contrahere possunt. Ratio est, quia

possunt præstare liberum consensum, qui ad matrimonium sufficit.

Diffic. Si amentia supervenia: Matrimonio contracto, coniux sanus tenebiturne reddere, & exigere ab amente debitum.

CONCLVSIO.

Poterit quidem sine peccato. Quia sanus petendo utitur iure suo, & reddendo amentem a pollutionis periculo liberat.

QVAESTIO DE DIVORTIO CAVSA Adulterij.

DD. *ead. distin. & Al. Alē. 3. p. q. 46 tom. 2. Ric. i. q. i. Dur. q. i. S. Th.*

Hac q. d. 35. magistri explanatur.

Art. 1. An vir quo ad thorum uxorem adulteram dimittere possit.

CONCLVSIO.

Integrum est illum quo ad thorum dimittere. Definita est a Christo Iesu Matth. 19. dicente: Qui dimiserit uxorem &c. frā genti enim fidem fides non debetur eidem.

Diffic. Poterit ne a uiro propter crimen contra naturam dimitti.

Duæ sunt opiniones. Prima negans Glossæ in cap. Omnes, 32. q. 7. & Innocentij in ca. Maritus. De adulterijs, & D. Panormitani eodem cap. Contraria opinio est Ric. B. Thom. Bona. & Palu. & Sylu. uerbo, Diuortium.

CONCLVSIO.

Vir potest uxorem cōtra naturam fornicantem dimittere, quia propter fornicationem, ut ex prima conclusione constat licet illam dimittere, & nomine fornicationes in Can. Meretrices, 32. q. 4. omnis illicitus coitus intelligitur.

Appen. Hinc propter tactus impudicos, & semination em extra uas non licet uxorem dimittere. Quia non est fornicatio, neque adulterium. Nisi quando sit congressus in uas naturale, aut contra naturam.

CONCLVSIO.

Quando uir etiam adulterium commisit non potest uxorē dimittere. Definita est in cap. 1. 32. q. 6. & in Cap. intellexi-mus, & in cap. finali. de adulterijs. Paria enim delicta mutua compensatione tolluntur.

Appen. Idem iudicium est de muliere, quæ pluries adulterium commisit. Nam ut causa dimittendi uxorem est sola fidei coniugalis fractio, similiter & recompensationis causa erit fractio fidei in utroq; coniuge: parum enim refert sintne adulteria utriusq; paria, an non, cum uterq; fidem fregerit.

Quando

CONCLVSIO.

Quando uxor non sponte, sed per uiolentiam adulterium commisit, non est dimittenda, Definita est in Can. Itane, & in Can. proposito, 32. q. 5. & ad maiorem explicationem lege Can. Omnes. 32. q. 7. Nam ubi non est culpa, pœna esse non debet.

CONCLVSIO.

Quando uxor bona fide existimans maritum mortuum, nupsit secundo, a primo dimitti non potest. Definita est in Can. cum per bellicam. 34. q 2.

CONCLVSIO.

Quando aliquis sub specie mariti illam cognouit, dimittenda non erit. Ita definitur Can. in lectum, 34. q. 2. & est Conc. Triburien.

CONCLVSIO.

Neque dimittenda est, quando maritus tradidit adulteræ uxorem. Definita est in cap. Discretionem, de eo, qui cognouit consanguineam uxoris suæ.

CONCLVSIO.

Neq; dimittenda est, si maritus adulterij conscius illam cognouit, uisus enim est tũc noxam dimittere. Definitur ita in Cano. si quis uxorem, 32. q. 5. quod si postea adulterium commisit, propter adulterium a reconciliatione commissum, illã repellere poterit. Verum si post separationẽ illam quoquomodo cognoscat; iniuriam remittere censetur.

CONCLVSIO.

Quãdo repudiata fuerit uxor ante Baptismum, si ambo ad fidem cõuertantur, licet fuerit a secundo uiro ante Baptismũ cognita: priori nihilominus erit reconcilianda. ita definitur in cap. Gaudemus. De diuorti js.

Dubium. An uir ex præcepto uxorem dimittere teneatur.

CONCLVSIO.

Quando uxor non perseuerat in crimine, eã dimittere nõ tenetur: nam uerba Christi, Qui dimiserit uxorem, &c. non insinuant præceptum, sed permissionem, ut Glo. 1. ad Cor. 7. docet: eam enim tunc retinendo omnis ratio scandali cessat.

CONCLVSIO.

Quando maritus nullo modo potest uitare suspicionem participationis in crimine, illã retinẽdo, relinquere tenetur. Ratio est, quia tenetur uitare scandalum. Vide literã Magist.

CONCLVSIO.

Si eam aliter corrigere non potest, tenetur illam etiam di-

mittere. Quia ex præcepto correctionis fraternæ obligatur ad illam corrigendam, & cum aliter non possit corrigi, quam per diuortium, ei subuenire hoc modo tenebitur. Definita est in concilio Arelatensi, & habetur in can. Si uir, de adulterijs, & stupro.

CONCLVSIO.

Quando potest maritus uxorem retinendo suspitionem remouere, poterit incorrigibilem retinere, præsertim, dimissa futura est deterior. Ratio est, quia cessat omnis ratio scandali dati, & iuri suo cedere potest. Nam facultas dimittendi uxorem adulteram in fauorem uiri concessa est.

DD. ubi sup.

Diffic. Poterit ne uir uxorem adulteram propria authoritate dimittere.

CONCLVSIO.

Potest, quoad thorum, uir uxorem dimittere in pœnam perfidiæ coniugalis, dummodo sit certus de adulterio, aut uerissimis coniecturis illud suspiceatur. Aliter non potest petenti debitum denegare. Esset enim iniustitia coniugali debito, ex leuissimis, & incertis coniecturis uxorem priuare.

CONCLVSIO.

Non potest uir quoad habitationem ab uxore adultera recedere. Nisi per iudicis sententiam. Quia nullus est in causa propria iudex, & accusator. Et ideo authoritate iudicis debet fieri separatio.

LIMITATIO.

Hæc cõclusio intelligitur, quando ex tali separatione scãdalum oriretur, uel uxor reclamauerit.

Hinc, cessante scandalo, & uxoris reclamatione, poterit sine scrupulo conscientiæ, etiam ad Indos migrare. Quæ omnia tandiu uim habent, quamdiu uir post separationem caste uixerit. Nam si adulterium commiserit, & ius suum amittit, & uxorem sibi reconciliare tenetur, quod est a confessoribus maxime notandum.

CONCLVSIO.

Si crimen uxoris fuerit notorium, poterit coniunx innocens ab uxore adultera propria authoritate separari. Ita definitum est in c. significasti. de diuortijs.

Diffic. Potest ne similiter uxor uirum adulterum dimittere.

Cae. Matt. 19. falsus est, affirmans, solis uiris tale priuilegiũ fuisse concessum. Communis autem opin. Ric. Bon. Th. tenet oppositum. Vbi supra.

CONCLVSIO.

Vxor quoad thorum uirum adulterum dimittere, eiq; debitum

bitum negare potest. Definita est in cano. christiana, & ex cõcilio Mileuitano cano. placuit. 32. quæs. 5. uxor nihilominus propter honestatem debet cedere iuri suo, ut uirum a concubina detineat.

CONCLVSIO.

Ius ciuile non concedit actionem uxoribus in uiros adulteros, ut quoad habitationem separentur. Bene tamen ius canonicum. Quia authoritate iudicis ecclesiastici a cohabitatione uiri adulteri recedere potest.

Diffic. An possit uir dimissa uxore adultera, aliam ducere.

Communis est DD. sententia.

CONCLVSIO.

Pacto per fornicationem diuortio, neutri coniugum ad secundas nuptias transire licet, Patet Matth. 19. Qui dimiserit uxorem nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mœchatur. Vbi Christus Iesus duo præcepit. Primum, ne christiani dimittant uxores dantes eis libellum repudij, ut iudæi faciebant. Secundo, ne illis repudiatis, alias ducant. Huius loci uariæ sunt expositiones. Verum Catholica sententia est; exceptiuã (nisi) solum esse prioris præcepti, & non secundi. Quemadmodum B. Paul. docet dicens, his qui Matrimonio coniũcti sunt principio, non ego sed Dominus, uxorem a uiro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari, & uxorem ne dimittat.

CONCLVSIO.

Cas. uerb. nup. hær. 5.

Hæc ueritas Catholica, scilicet Matrimonium quoad uinculum per diuortium propter fornicationem factũ non tolli, est ab Ecclesia definita a temporibus Apostolorum, ut D. Damascenus lib. 4. orthodoxæ fidei docet. Et in Concilio Mileuita. 32. q. 7. Cano. Placuit. Et in Concil. Eliber. Cano. fidelis. Et in Con. Flor. his uerbis. Quamuis ex causa fornicationis liceat thori separationem facere, non inde aliud Matrimoniũ contrahere fas est; cum matrimonij uinculum legitime contractum perpetuum est.

Hinc, confutatus manet error Erasmi in annotationibus Matth. 19. & in paraphrasi 1. ad Cor. 7. affirmantis: per adulterium uxoris matrimonium quoad uinculum ita dissolui; ut liceat utrique coniugum ad secundas nuptias transuolare; atque etiam Caiet. supra Matth. 16. qui illam docuit dicens, salua semper Ecclesiæ definitione, quæ hactenus (inquit) nõ apparet.

Appen. Hæresis. Cai. caute legendus. & Erasmus.

Art. II. An uir teneatur reconciliare sibi uxorem adulteram.

CONCLVSIO.

D. Bona. ar. 1. q. 1. Ric. ar. 3 q. 2. dist. q. 2.

Potest, non tamen tenetur. Patet ex B. Paulo dicente: maneat innupta, aut suo uiro reconcilietur. Quod est intelligendum, dummodo cesset omnis scandali suspicio. Alioqui enim non poterit. Nam iudicaretur adulterij patronus.

Diffic. Tenebitur ne coniunx repudiatus redire si innocens petat.

CONCLVSIO.

Tenetur profecto. Ratio est: quia innocens ius petendi debitum nunquam amittit. Atque ita tenebitur nocens debitum reddere. etiam si uotum continentiæ emiserit, si tamen fuerit uotum simplex, quia per diuortium conceditur repudiato facultas ingrediendi religionem, a qua professione facta extrahi non potest.

S. Tho. q. unica ar. 6. d. Bon. ar. 1. q. 1.

Diffic. Facto diuortio, si innocens adulterium committat tenebitur ne nocentem sibi reconciliare.

S. Thom. in foro conscientiæ dicit teneri, Canonistę oppositum tenent in cap. ex literis.

CONCLVSIO.

In foro exteriori proculdubio tenebitur, si repudiatus hoc petat. Ita enim definitum est in Cap. ex literis. de diuortijs.

CONCLVSIO.

Nota confessor.

In foro conscientię etiam ad hoc obligatur, quoniam ipse tenetur quoque seruare fidem coniugij. Quamobrem si adulterium commiserit: erit etiam in conscientia recompensationi locus.

Diffic. An uir occulte adulter uxorem adulteram repudiando peccet.

CONCLVSIO.

Peccat quidem, nam amisit ius repudiandi, ut ex superioribus constat, & confirmatur ex B. Paulo dicente, Qui dicis non mœchandum, mecharis.

ad Rom. cap. 2.

Art. 3. Qua crimina matrimonium contrahendum dirimunt.

CONCLVSIO.

Solum homicidium unius coniugis ab altero coniuge machinatum, matrimonium dirimit contrahendum, ut si dicat Tirius Bertæ, occidamus meam uxorem, &c. & sequatur homicidium ab utroque machinatum, non poterit inter illos Matrimonium contrahi. Definita est in cap. laudabile, de cōuersione infidelium. Vbi Celestinus III. Papa præcepit, ne Saraceni ad fidem conuersi ducerent uxores Christianas, quarum suggestione uiros illorum occiderunt, quas si duxissent, ut separarentur, mandauit.

Hinc,

Hinc, si Saraceni tantum occidissent uiros sine uxorum consilio, & machinatione, tale homicidium non esset impedimentum contrahendi cum uxoribus occisorum. Solũ enim homicidium commune dirimit matrimonium cõtrahendũ. Appen.

CONCLVSIO.

Homicidium adulterio mixtũ dirimit quoq; Matrimoniũ v.g. si Matthęus cognouisset Catherinam uxorem Bernardi, & ipsa sciente, uel ignorante Matthæus postea occidisset Bernardum uirum suum, uel propriã uxorem, inter illos nõ posset esse Matrimonium. Definita est in Cano. Si quis uiuẽte 31. q.1. & in c. super hoc. De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Differt autem hæc conclusio a prima, quod in prima solum homicidium commune sine adulterio sufficit, in secunda uero homicidium ex una parte, adulterio commixtum sine amborum consensu.

Dubium. Quid si homicidium sit commissum sine intentione contrahendi cum participante, ut in prima conclusione, uel cum participante in adulterio, ut in secunda conclusione. *verbo matrimoniũ 8.§.9.*

Duæ sunt opiniones. Prima Syluest. dicentis homicidium commune, uel mixtum adulterio nunquam impedire matrimonium contrahendum. Nisi a delinquentibus animo contrahendi committatur. Secunda & opposita est Ric. & Caiet. *Rica. ubi supra Ca. uerbo, matrim. §.5.*

CONCLVSIO.

In utroque casu matrimonium impeditur. Quamuis non adsit contrahendi intentio. Nam Canones citati de his sine distinctione loquuntur, & ita sine distinctione erunt interpretandi, ut ex c. laudabile, constat.

CONCLVSIO.

Quando interuenit adulterium cum fidei datione, uel cũ matrimonio de præsenti, deinceps matrimonium consistere non potest, Definita est cap. 1. De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. V. g. Petrus coniugatus commisit adulterium cum Berta coniugata, uel soluta, aut e conuerso, & contraxit cum illa sponsalia, dicens; mortua propria uxore ego ducam te, uel per uerba de pręsenti cum illa cõtraxit, tunc mortua Petri uxore nõ poterit Bertam ducere.

Dubium. Quid si sola simplex promissio iuramento firmata, aut non firmata ex una tantum parte interueniat.

Duplex est opinio, quidam, ut refert Ric. asserunt minima impediri, alij uero oppositum tenent.

CONCLVSIO.

Promissio ex una parte sufficit, ut mortuo coniuge innocẽ

te,

re, adulteri inter se contrahere non possint. Simplex enim pro missio sponsalibus æquipollet.

Quid si unus adulter alterum coniugatum esse ignoret.

CONCVLSIO.

Bene poterit matrimonium contrahi. Definita est expresse cap. 1. & in c. ueniens. de eo qui duxit in matrimonium &c. debet enim esse malitia ex parte utriusque scilicet, ut ambo intelligant crimen commissum esse adulterium, & non simplicem fornicationem.

Dubium. An solum adulterium sine fidei datione, & sine homicidio impediat matrimonium post mortem coniugis innocentis.

CONCLVSIO.

Non impedit matrimonium contrahendum. expresse definita est per Innocentium 111. in cap. significasti. De eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Nam Canones, qui in oppositum adducuntur non de puro adulterio, sed de adulterio cũ morte coniugis, uel fidei datione mixto loquuntur.

Dubium. Sola fidei datio, uel matrimonium uiuente priori coniuge sine adulterio, aut homicidio impediunt matrimonium.

CONCLVSIO.

Nequaquam impedit, dũmodo, nec ante, nec post fidei dationem adulterium sequatur. Definita est in cap. finali de eo qui duxit in matrimonium &c.

S. Bona. ar. 1. q 2. S Tho. q. unica ar. 1. Ric. ar. 1 q. 1. Dur. & Sco. q. 1.

QVÆSTIO DE ERRORE CONDItionis seruilis.

De hac q. disputat Magister 36. dist. & ibidem DD.

Art. 1. Quando quis duxit ancillam, credens esse liberam, cognita seruitute erit ne ualidum matrimonium.

CONCLVSIO.

SI coniunx liber cum serua ignoranter ignorantia inuincibili contrahat matrimonium est nullum. Expresse ita definitur in cap. Depositi, & in cap. ad nostram. De coniugio seruorum. Impedit nãque seruitus debiti redditionem. Quia seruus potest a Domino impediri, ne debitum reddat, & prolem educare possit. Notanter dicitur, si ignoranter &c. Quia si uterque fuit seruus, erit ualidum matrimonium. Error enim æqualis conditionis non uitiat contractum. Vt Ric. & Sco. docent. Idem est iudicium de errore melioris conditionis, qui non uitiat contractum ut si quis contrahat cum libera, existimans esse ancillam.

Du-

Dubium. Esne hoc impedimentum de iure naturæ, ut frigiditas & arctitudo. An de iure canonico tantum, ut consanguinitas.

Ricar. & Palu. de iure Canonico tantum, esse opinantur.

CONCLVSIO.

Matrimonium a libero cum ancilla ignoranter contractũ ante Canonicam institutionem fuit iure naturæ irritũ. Quia iure naturæ error circa essentialia cõtractus contractum irritat; quia est inuolũtarius. Et quãdo liber ignoranter contrahit cum serua, errat circa essentialia contractus, neque enim potest seruus reddere debitum quoties petatur.

CONCLVSIO.

Si seruitute cognita coniunx liber carnaliter seruã cognouerit, matrimonium erit ualidum. Definita est expresse in Cap. Proposuisti, & in cap. Ad nostram citatis.

Hinc, si scienter libera cum seruo coniuge contraxerit, Matrimonium erit ualidum. Volenti enim, & consentienti non fit iniuria. Appen.

CONCLVSIO.

Si Dominus libertatem seruo concedat, ut cum libera contrahat, uel econuerso seruus liber manet, & Matrimonium tenet. Definita in quadam authentica. Quæ a Glossa in cap. Ad *nostram*, allegatio refertur. Tunc enim matrimonium est inter liberos Quia, ut dicit Panor. in dicto cap. si ancilla Domino sciente, & non contradicente contraxerit cum libero, illam manumittere uidetur.

CONCLVSIO.

Si Titius contraxerit ignoranter cum Berta ancilla, & post aliquot dies Dominus Bertæ manumiserit illam. Nõ erit tũc uerum matrimonium. Propterea quod defuit consensus. Nã præteritus fuit nullus, & nouus non habetur.

Hinc neque ualebit etiam si eam secreto manumissam carnaliter cognouerit. Quia primus consensus fuit nullus, & adhuc *ignorantia* perseuerat. Hæc est Glossæ Cano. si quis 29. q. 2. contra Palud. hac distinctione. Error.

CONCLVSIO.

Si liber cum serua, uel econuerso contraxerit, & detecta seruitute uoluerit matrimonium per nouum consensum ratũ habere, coniunx seruus tunc cõsentire minime tenetur. Ratio est, quia præteritum matrimonium fuit nullum, & requiritur nouus consensus, quem seruus præstare non tenetur, cum contrahendi, uel non contrahendi potestatem habeat.

Du-

Dubium. Si uir ignoranter contrahens cum ancilla, tanto illam amore prosequitur, ut si tempore contractus seruitutem agnosceret, eam nihilominus duceret, cognita seruitute ualebit.

Soto partem negantem tenet. Ric. hac distinctione oppositum asserit.

CONCLVSIO.

Tunc matrimonium ualeret. Ratio est, quia talis contractus non est nullus, eo quod ius Canonicum personas illegitimet, ut supra diximus. Sed quia interuenit error circa essentialia, quo impeditur consensus, & cum in casu posito, si seruitus esset nota, consensus non esset impeditus, nullus consetur fuisse error, atque ita matrimonium ualebit.

Art. II. Possuntne duo serui, inuitis Dominis Matrimonium contrahere.

CONCLVSIO.

Possunt inuito Domino matrimonium contrahere. Definita est in Can. omnibus 29. q. 2. & in cap. 1. de coniugio seruorum, nam circa redditionẽ debiti, cum sit actio, ex naturæ inclinatione fluens, nec pretio æstimabilis seruus sui iuris est.

CONCLVSIO.

Poterit tamen Dominus in locis semotissimis seruum uendere, ne debitum soluere ualeat. Ratio est, quia per tale matrimoniũ ius Domini non est extenuatum, & ita, ut ante matrimonium, sic post illud uendere poterit. Tenebitur tamen quoties potuerit petenti reddere: quando a domino propter alia obsequia ratione seruitutis exhibẽda nõ impeditur. Hæc est Sco. contra Ric. & S. Tho. hac distinctione.

CONCLVSIO.

Ricar. est Si seruus cum ancilla Domino nolẽte contraxerit, non poterit tunc Dominus impedire, quo minus seruus cum uxore singulis noctibus dormiat. Quia concedendo seruo, ut uxorẽ ducat; uisus est cedere iuri suo ad hoc, ut non possit petitionem debiti impedire, Quod si concesserit, ut cum libera contrahat, censetur illũ manumittere, ut in principio huius quæstionis declaratum est.

Art. III. Potestne uir uxore inuita se in seruitutem redigere.

CONCLVSIO.

Nequaquam potest. Definita est in Concil. Triburiensi, & refertur in Can. Prælatum 39. q. 2.

CONCLVSIO.

Alienatio in seruitutem nulla ratione in præiudicium uxoris ualet, neq; debet fieri separatio quoad thorum, ita ut si eo

dem

dem tempore uxor, & Dominus postularent obsequia, potius teneatur uir Domino soluere obsequium: quia secunda obligatio non ualet in præiudicium prioris. Quandoquidem uxor habet iam ius acquisitum super uirum, neque inde serua efficitur. Vt ex Concilio citato constat Nam etsi sint una caro quoad copulam, non sunt tamen quoad alias actiones.

Dubium. Filius ex serua & libero natus, cuius parentis conditionem sequatur.

CONCLVSIO.

Partus quod seruitutem, matris, & non patris conditionem sequitur, ut natus ex patre seruo & matre libera, est liber, & ex patre libero & matre serua, est seruus. Definita est in cap. 1. de natis ex libero uentre.

CONCLVSIO.

Quoad honorē, & imunitates, natus ex patre libero, sequitur patris conditionem. Experimento hæc passim comprobatur. Ricar. affirmat in quibusdam prouincijs sequi parentis deterioris cōditionē, quantum ad immunitatem, & seruitutem.

Art. IIII. An ante pubertatem legitimum Matrimonium contrahi possit.

CONCLVSIO.

Matrimoniū ante duodecim annos in fęminas, & quatuor decim in uiro est nullum, Definita est in cap. Attestationes, de desponsatione impuberum.

CONCLVSIO.

Tunc dicitur uir impleuisse annos pubertatis, quando ætigit decimum tertium annum cum dimidio, & fœmina undecimum cum dimidio, expleto tamen. Definita est in cap. continebatur. eodem titulo.

CONCLVSIO.

Quando ante pubertatem malitia, id est, concupiscentia supplet ætatē quoad coeundi potentiam & prudentiam, atq; discretionē, tūc Matrimoniū, si fuerit cōsummatū, erit ualidū ita definitur in cap. de illis. el 2. & in cap. finali. eodem titulo.

Hinc si uir decem annorum consummauerit matrimoniū cum puella pubere, aut impubere, erit uerum inter illos matrimonium. Quia malitia supplet ætatem.

QVÆSTIO DE IMPEDIMENTO ordinis.

Hæc quæstio a Magistro dist. 37. proponitur DD. ibi.

Art.

Art. I. An potuerit Ecclesia definire, ut in sacris constituti sint ad Matrimonium inhabiles, vel an perpetuus cœlibatus Sacerdotium Ecclesiæ expediat.

Sylvest. ver. Mat. 5. §. 7. Cast. ver. sacerdotiū. Hær. 4. Clit. de continentia Sacerdotali. Sot. li. 7. de iust. et iur. q. 8. Ric. ar. 1. q. 1. Dur. q. 1. San. Bon. ar. 1 quæst. 3.

CONCLVSIO.

SVmmopere Ecclesiæ Catholicę expedit, ut eius ministri in sacris constituti perpetuum obseruent cœlibatum, debent enim pro populo orare. & peccata populi lugere, & patres pauperum esse, & præ cæteris honorati, quæ omnia matrimoniali usus interueniente, non possent, ut decet, exerceri. Constat 1. ad Cor. 7. & experientia rei familiaris demonstrat. Et tandem si essent coniugati, uilesceret eorum persona, & doctrina, non enim in maiori honore, & pretio, quam cæteri populares haberentur.

CONCLVSIO.

Hæreticum est affirmare licite posse sacerdotes latinos vxores ducere. Quia definitionibus multorum universalium Cōciliorum aduersatur, in quibus sacerdotum latinorum coniugia damnantur. Et illegitimi ad nuptias redduntur. Vt cōstat ex Concilio Niceno, & Arelatensi, ut refertur in Cano. Assumi, & Cano. Præterea. Et Cano. Diaconus d. 28. & est definita cap. 1. & 2. qui clerici Matrimonium contrahere possint.

Diffic. Cælibatus Sacerdotum incepisse à primitiua Ecclesia.

CONCLVSIO.

Apostolorum temporibus multi coniugati ad sacerdotium & Episcopatum assumebantur. Definita est in Cano. si quis, d. 32. dicit enim B. Paul. Episcopus sit unius uxoris uir.

CONCLVSIO.

Nunquam licuit, ut aliquis post receptum factum ordinē, matrimonium contraheret. Hæc conclusio expresse habetur in Canone. 27. Apostolorum, & est definita in Concilio Neocæsariensi. Vbi dicitur. Si presbyter uxorem duxerit: ab ordine deponi debere statuimus. Lege can. Syracusana dist. 28.

Diffic. Quo tempore capit sacerdotalis continentia.

Duæ sunt opiniones extremæ. Prima est Clithonei, quæ sequenti conclusione continetur.

CONCLVSIO.

In primitiua Ecclesia coniugati, qui ad sacros ordines promouebantur, matrimonio contracto utebantur. Mortuis tamen vxoribus ad secundas nuptias migrare nō poterāt. Definita est in Can. 6. Apostolorū, & in Can. cū igitur, 35. q. 1. ubi habetur, Catholica Ecclesia post instituta, quædam consilia perfectionis addidit, scilicet de continentia ministrorum, unde

sequi-

sequitur in primitiua Ecclesia licuisse Sacerdotibus, uti Matrimonio antea contracto. Contraria opinio est Soti asserentis, quando cõiugatus ad sacros ordines assumebatur fieri diuortium inter ipsum, & uxorem, quo ad habitationem, & thorũm. Non autem quo ad uinculum. *Vbi sup.*

Consuetudinem primitiuæ Ecclesiæ Græci modo retinẽt.

Diffic. In sacris ordinibus constitutus effne inhabilis ad Mat.

CONCLVSIO.

Est quidem inhabilis. Definita est in cap. 1. & 2. Qui Clerici, uel uouentes Matrimonium contrahere possint, atque etiam in multis textibus. d. 28. & 31.

CONCLVSIO.

Qui in aliquo sacrorũ ordinũ constitutus contraheret, ipso facto esset excõicatus, & Matrimonium esset nullum. Definita est in Clementina unica. De consanguinitate & affinitate.

Diffic. Qui iure tale Matrimonium esset nullum. *Ar. i. q.*

Tres sunt opiniones. Prima opinio est D. Tho. & Ric. hac dist. scilicet, apud Græcos Matrimonium fuisse nullum ratione ordinis, & uoti solemnis continentiæ. Secunda est D. Bon. Dur. & Sco. asserentium esse nullum, solum propter Ecclesiæ institutionem, quæ illos illegitimat, sicut intra quartum gradum consanguinitatis contrahentes inhabilitat. Tertia opinio Maioris tenet iure diuino esse nullum.

CONCLVSIO.

Non sunt inhabiles ratione uoti. Ratio Sco. est, quia si quis tempore receptionis sacrorum ordinum non haberet intentionem promittendi continentiam, & Matrimonium contraheret, esset nullum Matrimonium non ratione uoti, quia nullum emisit uotum.

CONCLVSIO.

Neque erit nullum iure diuino. Ratio est, quia frequenter Roma. Pont. cum Subdiaconis dispensat. Quæ quidem dispẽsatio esset nulla, si quis iure diuino contrahere prohibetur.

CONCLVSIO.

Solum est nullum propter Ecclesiæ institutionem. Nam si non iure naturæ, nec diuino, nec ratione uoti; erit profecto ex institutione Ecclesię duntaxat nullum.

Diffic. An sicut Matrimonium nullum, & impeditur per sacros ordines, ita econuerso Sacer ordo per Matrimonium impediatur.

Coniugatus sacros ordines recipiẽdo peccat, nihilominus tamen characterem recipit. Definita est in cap. coniugatus.

de

de conuersione coniugatorum ubi dicitur coniugatum posse ad sacros ordines promoueri, vxore continentiam profitente.

Art. II. De impedimento criminis, quod impedit matrimonium, non tamen dirimit contractum.

Sunt autem sequentia. Primum, interdictum Ecclesiasticũ, ut si Curatus, & Episcopus rationabilem ob causam prohiberent ne fierent sponsalia, quin seruaretur certa solemnitas, de qua re est titulus in decretalibus de matrimonio contra interdictum Ecclesiæ; Quod quidem impedimentum olim non dirimebat Matrimonium, nũc autem post Concil. Trid. sunt nulla & irrita; si non seruetur forma in concilio præscripta. Et ita erit hoc impedimentũ inter impedimẽta dirimentia connumerandum.

Secundum est simplex uotum continentiæ, de quo distinctione proxima.

Tertium, sponsalitium, & impedit secundum iustitiam matrimonium cum alia. Quia fit iniuria priori sponsæ frangendo illi fidem.

Quartum est, Catechismus, ut qui tenet aliquam ad Catechismum ante Baptismum, prohibetur, cum illa contrahere.

Quintum, incestus cum consanguineis uxoris, nam uxore mortua priuantur facultate amplius cum alia contrahendi.

Sextum, uxoricidium.

Septimum, raptus alienæ sponsæ.

Octauũ, eleuatio ꝓprij filij de fonte Baptismi, de quo sup.

Nouum, Præsbytericidium.

Decimum, solemnis pœnitentia.

Vndecimum, coniugiũ scienter cum moniali contractum.

Inter hæc impedimenta primo omisso, duo sequentia, uotum, scilicet, & desponsatio trãsgressores ad mortale obligãt. Reliqua uero citra contemptum minime, & fortassis iam nõ sunt in usu. Vt Caiet. in summa existimat. uerbo matrimonium cap. 2.

Diffic. Potest ne in aliquo casu uir sine peccato interimere uxorem adulteram.

CONCLVSIO.

Vir authoritate propria uxorem adulteram etiam in adulterio deprehensam interficiens mortaliter peccat. Nemini enim licet authoritate propria uindictã sumere, ut author est D. Paul. docens, potestatem superiorem legitimum, scilicet, prælatum, siue iudicem esse Dei ministrum, & uindicem iram ei, qui male agit.

Ad Rom. 13. 1.

Con-

CONCLVSIO.

Interimens uxorem in adulterio deprehẽſam in foro exteriori, tanquam homicida non punitur, ſecus uero, ſi extra ad ulterium, etiam ſi ipſa ſit adulterij rea. Conſtat per legem Gracchus, Cod. ad legem Iuliam de adulterijs. Nihilominus mortaliter peccat. Quia lex ciuilis ſolum ignoſcit marito occidenti uxorem in adulterio deprehenſam, & non concedit facultatem interficiendi authoritate propria. Quoniam eſt contra legem naturæ.

CONCLVSIO.

Non tamen peccabit, ſi Iudicis authoritate illam occidat. Eſt enim tunc iuſtitiæ miniſter, ſicut carnifex, qui occidens latronem Iudicis authoritate, nõ peccat. Sunt enim huiuſmodi leges, quemadmodũ & leges, quæ in Leuitico, & in Deut. habentur, quibus adultera lapidari præcipiebatur. Vnde poſſent modo habere uim, ſi illas lex ciuilis reſtauraret. Alia eſt opinio tenens, uirum ſic uxorem occidentem peccare. *Cap. 2.* *Cap. 22.* *Sc. eſt di.* 15. qõ. 3.

Art. An uotum matrimonium impediat.

Hoc ar. 38. Mag. explicatur, in qua diſſerit de uoto cuius diſputationem in ſecunda parte huius operis inuenies. explicabitur autem Articulus quantum ad ea, quæ ad præſens negocium faciũt, propoſitis aliquot difficultatibus.

Diffic. An uotum ſimplex continentiæ, Matrimonium præcedens impediat, & dirimat matrimonium contrahendum.

Solum diſſident authores in explicanda cauſa, ob quã votũ ſolemne dirimat matrimonium p̃ctum, & non ſimplex uotũ. *D. Bona. ar. 1. q. 1*

Communis fere doctorum ſententia D. Bona. Thom. Dur. & aliorum tenet, hanc eſſe cauſam. Quia per uotum ſimplex ſolum promittit homo Deo ſui corporis continentiam. At uero per ſolemne uotum, & promittit, & ſeipſum perpetuo obſequio Dei tanquã mancipium tradit, unde permutando corpus cum uxore, non ualebit permutatio. *S. Th. 2. 2. q. 87. ar. 7. Al. Alen. 2. par. q. 16 Ric. ar. 7*

Ex hac opinione ſequitur, Rom. Pont. nõ poſſe diſpenſare, ut religioſus ſit ad matrimoniũ habilis. Quia quæ ſemel Deo dicata ſunt, ad humanos uſus transferri non poſſunt. *q. 1. et 2. Appen. 2. 2. q. 88*

Opinio Sco. de præſenti, cui adhæſit Caiet. & Paluda. defendit ſolam Eccleſiæ inſtitutionẽ eſſe cauſam. Quia Eccleſia illegitimauit ſolemniter uouentes, quominus cõtrahere poſſent. Quia ſolemniter uouentes alieni iuris, nempe Eccleſiæ efficiuntur: at uerò uouentes ſimpliciter ſunt ſui iuris, & ita ad contrahendum non cenſentur inhabiles. *art. 7. Appen.*

Hinc de ſententia Scot. poterit Papa diſpenſare in uoto ſolemni

lemni ad contrahendum, cum inhabilitas ex sola Ecclesiæ institutione oriatur.

CONCLVSIO.

Qui post uotum simplex continentiæ, uel religionis, siue ordinis sacri matrimonium, uel sponsalia contrahit, Mortaliter peccat. Definita est in cap. Si nupserit uirgo, dist. 27. & in cap. Rursus, qui Clerici, uel uouentes. Nam uouentibus uirginitatem, ut author est B. Hieronymus apud Magistrū non solum nubere, sed etiam uelle nubere damnabile est.

Syluester uerbo matrim. 7. reliqui hæc dist.

Dubium. Quid si non contrahat animo consummandi matrimonium.

Duæ sunt opiniones. Prima. D. Tho. & Ric. quos sequitur Sylvest. & Soto, & alij Thomistæ, qui tenent mortaliter peccare, etiam si non animo consummandi matrimonium, sed intrandi religionem contrahatur. Contraria opinio est Scoti quem sequuntur Angelus, & alij.

CONCLVSIO.

Si non animo consummandi matrimoniū contrahat, mortaliter non peccat, & confirmatur multis rationibus. Prima, qui sine uoto continentiæ, uel cum illo sine consummatione copulę, religionem ingreditur, non peccat, ergo neque qui hoc modo contrahit, peccabit. Nam quando actus non est peccatum, neque uolitio actus peccatum erit, Secunda, quia non irrogatur iniuria alteri coniugi, cum possit ad secundas nuptias transire. Tertia, quia iura hoc prohibentia loquuntur de matrimonio intentione consummādi contracto. Tūc enim uotum uiolatur, scilicet per consummationem, & non aliter. Quarta, quia uotum non per matrimonium, sed per consummationem uiolatur. Vt constat exemplo immaculatę Virginis Mariæ, & Beatissimi Ioseph, qui matrimonium contrahendo contra uotum minime egerunt. Quinta, quia qui iurauit sponsalia, & postea uouit religionem, tenetur ratione iuramenti animo ingrediendi religionem contrahere, ut non sit uoti, & iuramenti reus, ergo similiter potuit habere hanc intentionem, etiam si non habeat contrahendi obligationem,

Dubium. Tenebitur ne ante consummationem sub reatu peccati mortalis ingredi religionem.

CONCLVSIO.

Vbi sup. §. 5. q. 1. artic. 1.

Post uotum simplex continentiæ, religonis, aut ordinis sacri tenetur matrimonium contrahens ante consummationē religionem ingredi, alioqui mortaliter peccabit. Quia aliter non potest mortale peccatum uitare, quam religionem intrā

do.

do. Homo enim ut fugiat mortale peccatum, mortem subire, quando aliter peccatum impediri nõ potest, tenetur. Hæc est Sylue. contra Soto, qui de solo uoto religionis, & non de alijs hoc concedit.

LIMITATIO.

Limitanda est Conclusio, nisi uterq; uoueat continẽtiã, uel uir sacros recipiat consensu uxoris, & ipsa continentiam uoueat, Tunc enim qui habet uotum continentiæ, siue ordinis sacri non tenebitur ingredi religionem.

CONCLVSIO.

Matrimonium contractum ab eo, qui uotum simplex continentiæ, religionis, uel ordinis sacri emisit, est uerum & ualidum. Definita est in cap. meminimus. Et cap. rursus, qui clerici, uel uouentes. *Et est Host. car. super car. rursus.*

Diffic. Simpliciter uouentes possumne reddere debitum.

Glos. in cap. finali. 27. q. 1. duas citat opiniones, quarum prima tenet prima uice peccare mor. deinde uero nunquam neque mortaliter, neque uenialiter, petendo, siue reddendo peccare. Hæc tamen opinio non tenetur. Cõtraria opinio est Glossæ, & communis.

CONCLVSIO.

Habens uotum simplex continentiæ, debitum petere non potest, reddere tamen tenetur. Definita est in cap. quidem, & cap. placet, de conuersione coniugatorum.

Dubium. Quid si uterq. habeat uotum continentiæ.

CONCLVSIO.

Vterque peccabit petẽdo ab alio, reddendo autem, neuter. Probata fuit supra in quæst. de redditione debiti.

Dubium. Quid si uir habeat uotum continentiæ, & uxor debitum petere non audeat, poterit intelligens uxoris animum exigere debitum, potius soluendi, quam petendi intentione.

Respondeo, uaria huic rei adhiberi possunt remedia. Primum petat uir dispensationem a Papa, si est facilis aditus ad illum, siu minus ab Episcopo Diœcesano, ut Summistę affirmant. Secundum non est necessarium, ut uxor expresse debitum petat, satis, inquam, est insinuatio per nutus. Tũc enim uir, qui hoc nouit reddere tenebitur, quod est intelligẽdum, quando alter coniugum habet simplex continentiæ uotum. Nam si habeat religionis, aut sacri ordinis uotũ, petendo debitũ nullatenus peccat. propterea quod, ut non tenetur per tale uotum ad paupertatem, & ad obedientiam, ita neque ad continentiam. Sed de his in quæst. de uoto latius.

Dubium. Votum solemne continentiæ impedit ne, & dirimit matrimonium.

CONCLVSIO.

Tale uotum tam religionis, quã ordinis sacri matrimoniũ dirimit. De fide est, & definita in c. unico, de uoto in 6.

Difficultas. Potestne Papa dispensare ut habens uotum solemne monachalis continentiæ matrimonium contrahat.

De hac difficultate latius in q. de uoto. Duæ autem sunt opiniones. Prima Alex. Alen. in 3. p. in materia de uoto, & B. Tho. 22. q. 88. ar. 11. & D. Bona. & aliorum, qui negãt. Ric. autem Scotus, & Dur. & alij affirmant.

Ric. ar. 9. dur. et Sc. q. 2. lege Syl. uerbo uotum. 4. q. 5.

CONCLVSIO.

Quando Ecclesiæ utilitati maxime conueniret, ut religiosus aliquis matrimonium contraheret, Rom. Pont. tunc cum eo dispensare posset. Constat exemplo Cælestini III. Qui dispensauit cum Constantia sanctimoniali Regis Rogerij filia, ut cum Imperatore Henrico VI. contraheret. Exemplo alterius Pont. qui (ut refert Palud.) dispensauit cum quodã monacho filio Regis Aragoniæ Ramyro nomine. Propterea quod bonum particulare bono totius Ecclesiæ præferre, esset cõtra charitatem. Nam si toti Ecclesiæ conueniret, quæ Deo dicata sunt, ad humanos usus transferre liceret.

Dubium. Poterit ne fieri dispensatio propter bonum peculiare nouentes.

Ric. & Dur. partem affirmantem tenent. Alij uero negantem defendunt.

CONCLVSIO.

Nequaquam Rom. Pont. poterit dispensare, Propterea quod nulla necessitas, siue urgens causa apparet, ob quam necessario fit a Rom. Pont. tunc in uoto solemni dispensandum. Exempla enim, quæ hactenus proposita fuerũt, ad bonum totius Ecclesiæ pertinebant.

Ar. 3. *An utroq; coniuge uiuente, possit alter ad secũdas nuptias trãsire.*

De hac re disputat Magister hoc loco, & supra disseruimus & tractatur hic articulus ab Adria. in materia de matrimonio in 4. in q. de secundis nuptis, & absoluetur articulus aliquot dubijs propositis.

Dubium. Quanta requiritur certitudo de morte uiri absentis ut uxor sine peccato ad secundas nuptias transire possit.

CONCLVSIO.

Si uxor nõ fuerit per certum nuntium, aut per certam aliã probationem de morte uiri conscia: ad secundas nuptias trã-

sire

sire haud poterit. Definita est expresse in capite in præsentia, de sponsalibus, & in cap. Dominus. De secundis nuptijs. Appen.

Hinc, si adsunt testes deponentes, uirum fuisse bellum ingressum, & illo finito nunquam apparuisse, poterit tunc Matrimonium contrahere.

Dubium. Quid si hæc certitudine habita, & matrimonio contracto uir redeat.

Reddenda est illi, quia primum matrimonium non fuit solutum. Definita est in Cano. Per bellicam, & Can. Si uirgo, 34. quæstione 2.

Dubium. Quid si uir mortuus est, tamen mala fide cum secundo contraxit fingens se habere probationem de eius morte, ualebitne matrimonium.

CONCLVSIO.

Si uxor nullam habebat mortis uiri probabilitatem, ita ut crederet matrimonium non habere uim, tunc non fuit ualidum matrimonium. Ratio est, quia non habuit consensum qui ad essentiam matrimonij pertinet.

CONCLVSIO.

Si dubia erat, & consensum habuit, matrimonium fuit ualidum, sed contrahendo peccauit. Definita est in cap. Dominus. Citato. peccauit autem, quia contra conscientiam egit.

Dubium. Valente tunc matrimonio, poterit me petere, & reddere debitum.

CONCLVSIO.

Si vir & uxor tempore contractus dubij fuerunt, neuter exigere, aut reddere debitum poterit. Ratio est, quia petendo, & reddendo agerent contra conscientiam.

CONCLVSIO.

Si uxor tãtum fuit dubia, tenebitur uiro debitum reddere, exigere tamen non poterit. Definita est in dicto cap. Dominus. Ratio est, quia uir habet bonam fidem, & est in possessione, uxor autem ageret contra conscientiam. Adrianus affirmat uxore tantum dubia, neutrum posse debitum exigere. Cæterum melior conditio est possidentis quando bona fide est ingressus possessionem, ut in Concl. posita. q. 4. de præscriptione.

Dubium. Quid si bona fide contraxit, & postea dubiter, sitne uxor sua, an non.

CONCLVSIO.

Si ante dubitatione debitum exigere potest. Ratio est, quia bona fide contraxit, & est in possessione, & possidẽtis cõditio melior est. Nõ. n. magis certus est esse suam, quã nõ suã.

Magister caute legendus.

Est autem Magister caute legendus hoc loco qui asseruit, coniugem consciam uitæ prioris uiri, compulsam ab Ecclesia ut cum secundo uiuat, posse tũc reddere debitum, non tamẽ exigere. Quod est falsum, nam tunc fornicatur reddendo, & potius tenetur mortem subire, quam debitum reddere. Neq; excusatur per Ecclesiæ sententiam, quæ tunc secundum allegata, & probata iudicat.

Dubium. Vxor stante dubitatione poterit debitum exigere.

Soto respondit posse, quia est in possessione, sicut uir. Nihilominus si ipsa tempore contractus erat dubia, semper est in mala fide, quantum ad petitionem debiti, atque ita dubitatione durante petere non poterit. Si uero tempore cõtractus habuit bonam fidem; tunc uera est Soti opinio.

QVÆSTIO DE IMPEDIMENTO, QVOD cultus disparitas nominatur.

Hac q. dist. Magistri 39. declaratur.

Art. 1. An infidelis sit ad contrahendum cum fideli inhabilis.

CONCLVSIO.

FIdelis baptizatus ad contrahendum cum infideli iure tantum Ecclesiastico est inhabilis. Communis est Theologorum, & iuris utriusque peritorum sententia. Non enim iure naturali est inhabilis quia Ioseph Patriarcha fidelis contraxit cum Egyptiacæ infideli, tempore quo lex naturalis uigebat nequæ iure diuino, Quia Moyses contraxit cum Aethiopissa & in Euangelio nullibi tale præceptum legitur. Locus enim B. Paul. ubi dicitur: nolite ducere iugum cum infidelibus, non est præceptum diuinum, sed consilium Euangelicũ. Quare erit inhabilis iure tantum Ecclesiastico. Nam Ecclesia a temporibus Apostolorum hanc consuetudinem seruat. Infidelis namque cum non sit baptizatus, non est sacramenti Matrimonij capax.

Dubium. Eritne saltem sacramentum ex parte fidelis.

CONCLVSIO.

Nequaquam erit. Ratio est, quia consensus, & uerba infidelis cum non sit baptizatus, non possunt esse materia, & forma respectu consensus fidelis; atq; ita deficiente materia, & forma, non poterit esse sacramentum.

Dubium. Valebuntne saltem sponsalia sub conditione; utpote si coniunx infidelis ad fidem reuertatur.

CONCLVSIO.

D. *ubi supra.*

Sponsalia sub hac conditione sunt illegitima. Constat ex lege, oratio, ff. de sponsalibus. Vbi expresse definitur, inhabiles

biles ad matrimonium, esse etiam ad sponsalia ineptos. Cæterum titulo promissionis, & iustitiæ iure naturæ fidelis, si conditione posita non adimpleret promissum, præsertim iuramẽto firmatum, peccaret. *propositum tenuit. Soto.*

CONCLVSIO.

Fidelis cum hæretico contrahens, peccat cõtrahendo, Matrimonium tamen tenet: Nam cum malum prolis, & coniugis Catholici peruersio timeatur, dubium non est quin peccet, & cum uterque sit baptizatus, & nullus istorũ sit ad p̃hẽdum cũ alio per Ecclesiam prohibitus, ualebit matrimoniũ. Nã Concilium Calced. nõ irritat matrimonium, sed prohibet tantũ.

CONCLVSIO.

In lege ueteri non erat Iudæis fidelibus prohibitum cũ infidelibus contrahere, nisi cum Cananæis, & alijs terræ promissionis infidelibus duntaxat, ut constat multis Sacræ Scripturæ exemplis. Esther enim Assuero, qui erat gentilis, nupsit.

Art. 2. An coniunx fidelis possit simul cum coniuge infideli habitare.

CONCLVSIO.

Iuxta legem coniugij coniunx ad fidem conuersus non tenetur cum infideli habitare, quãuis sine iniuria creatoris possit, neque olim in primitiua Ecclesia tenebatur. Imo statim quoad habitationem dissoluebatur, licet nõ quoad uinculũ, nisi post aliquod tempus. Hæc est de fide, & habetur apud D. Paul. dicentem, dico ego, & non Dominus, si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, nõ dimittat illam. Quare cum hoc sit D. Paul. consilium, ideo enim ait, dico ego, & non Dominus, non tenetur coniunx fidelis habitare cum infideli sub reatu peccati mortalis. Hoc enim distat cons. a præcepto, quod præceptũ obligat ad mortale transgressorem. Vltima pars conclusionis statim patebit. *Mat. 18.*

CONCLVSIO.

Ex lege charitatis tenetur conuersus coniunx cum infideli habitare, si habet certissimam spem conuertendi illum. Ratio est, quia præcepto dilectionis, & correctionis tenetur quantum in se est, fratrem suum lucrari.

Dubium: in hac Ecclesia poterit me conuersus cum infideli coniuge, sine iniuria tamen creatoris habitare. *1. Cor. 7.*

CONCLVSIO.

Quamuis Ecclesia, quæ modo est, conuersum ex Iudæis cũ infideli coniuge habitare non patiatur. Vt Conc. Tolet. 4. constat. Et refertur Cau. Iudæ. 28. q. 1. nihilominus tamen, si conuersio infidelis expectaretur, uel ut apud Indos, scandalum

lum timeretur, quia terrerentur a fide, eo quod post conuersionem alterius coniugis statim diuortium fieret, possent tũc cohabitare, dummodo creatoris contumelia non timeretur. Ratio est, quia consilium Apostolicum non est aliquo modo reuocatum. Nã intelligitur quando periculum subuersionis proximi, uel creatoris iniuria non imminebat. Vt in casu huius conclusionis. Hoc autem fieri deberet precedente Archiepiscopi facultate, & examinatione.

CONCLVSIO.

Qui nũc inter infideles apud Turcas conuerteretur, statim ad Ecclesiam catholicam migrare tenetur. Soto defendit posse latenter cum uxore manere, & non teneri ad seipsum prodendum. Conclusio tamen constat ex B. Pau. dicente; corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Deinde si ille cæremonias infidelium exercet, est in statu damnationis. Quia tenetur exterius Christum confiteri, & infidelitatem abnegare, si autem non exercet illas, compelletur per ministros Iustitiæ. Tuncque potius esset illi mors subeunda, quam infidelium, cæremonijs uacandum, atque ita, aut recedere, aut se prodere teneretur,

art. 3. huius d. Ad Rom. cap. 10.

Dubium. Si infideles conuertantur, sintque consanguinei in gradu prohibito, poterunne tunc simul cohabitare.

CONCLVSIO.

Si ille consanguinitatis gradus est lege tantum Canonica prohibitus, matrimonium non dissoluit, Ita definitur in cap. Gaudemus, de diuortijs. Nam ad leges Ecclesiasticas ante Baptismum non tenebantur. De his enim, quę foris sunt, nihil ad nos. Dissoluetur autem matrimonium, si gradus lege naturæ prohibeatur, ut inter ascendentes, & descendentes, fratresque & sorores. De gradibus uero iure diuino prohibitis, inferius agetur.

Dubium. Si infidelis habeat plures uxores, & omnes conuertantur, uelintque cum eo habitare, quam illarum tenebitur retinere.

CONCLVSIO.

Sola prior erit uxor, quamuis ante Baptismum fuerit repudiata, ita Definitum est in c. Gaudemus. Et Ratio est, quia lege naturę Polygamia prohibetur, & secundum illam legem repudium non dissoluit matrimonium.

Dubium. Altero coniugum ad fidem conuerso, & apud Christianos uiuente, apud quem debent filij nondum ratione utentes manere.

CONCLVSIO.

Apud conuersum, licet sit uxor. Definita est in Can. de Iudæis

dæis 45. dist. & ca. de conuersione infidelium, si autem filius ratione utatur, erit iudicio suo relinquendus, & intelligetur non uti ratione, si proposita fide, in neutram partem inclinet.

Diffic. Per conuersionem alterius coniugis ad fidem etiam quoad uinculum dissoluitur Matrimonium, ita ut liceat utrique in sua religione ad secundas nuptias transire.

CONCLVSIO.

Si infidelis uoluerit cũ fideli coniuge habitare sine iniuria tamen creatoris, tunc quamuis simul non habitent, nõ statim Matrimonium quoad uinculum dissoluetur. Ratio est, quia si (ut supra diximus) habitare possunt, nõ statim dissoluitur matrimoniũ, aliqui. n. manere nõ possent, qa fornicarij essent.

CONCLVSIO.

Si infidelis omnino renuat cum fideli habitare, uel nolit sine iniuria creatoris, quia blasphemat Christum, uel conatur fidelem subuertere, uel odio in Ecclesiam Christianorũ maledicta ingerat, tunc Matrimonium inter illos dissoluetur, & uterque ad secundas nuptias migrare poterit. Expresse est definita in c. Gaudemus, & in c. Quanto, de diuortiis, & ita intelligetur D. Paul. Quando ait, si infidelis discedit, discedat &c.

Hinc caute legendus erit Caie. in comment. super Paulum in hunc locum affirmans, his uerbis D. Pauli non infirmari coniugij solutionem. quod est falsum. nam Scriptura Sacra non aliter est intelligenda, quam Ecclesia Rom. illam interpretatur, & hunc locum Ecclesia de separatione, quoad uinculum (ut ex cap. Quanto constat) declarat. Appen. Caie. caũdus.

Hinc colligitur, Matrimonij solutionem non authoritate Ecclesiæ, sed Christi Iesu, qui per os Pauli loquebatur, fieri. Nõ enim Ecclesia legitimum infidelium matrimonium dissoluere posset, nisi Christus Dominus soluisset. Appen.

Dubium. Dissoluetur ne quam primum infidelis admonitus non uult conuerti, uel non uult habitare sine creatoris iniuria. Art. 2. quæst. 3.

Opinio Ric. est, statim quoad uinculum dissolui, quãdo infidelis cũ infideli habitare renuit. Hæc opinio tribuitur Scoto, sed falso, quia Sco. de hac re non disseruit, Opinio S. Tho. in sol. ad primum, & Palud. & Dur. est, non dissolui donec fidelis secundas nuptias contrahat. Sco. liberatur.

CONCLVSIO.

Non dissoluitur tunc matrimonium quoad uinculum, nisi cum primum fidelis ad secundas nuptias migrauerit. Definita est expresse in cap. Gaudemus.

Hinc

Appen. Hinc, si infidelis antequam conuerteretur, contraheret, si postea contingat simul cum secunda uxore cõuerti, erit prio ri uxori conuersæ tradendus, si illa nondum contraxerat. Quia primum Matrimonium non erat solutum. Hæc appendix aperte colligitur ex c. citato.

Dubium. Poteritne infidelis in sua secta aliam ducere, si fidelis ad secundas nuptias transierit.

Ric. ẽ. ar. 2. q. 3

CONCLVSIO.

Poterit quidem: propterea quod Matrimonium fuit iam solutum quoad uinculum, peccabit tamen mortaliter. quia te nebatur sequi fidelem, ne Matrimonium dissolueretur.

Dubium. Matrimonium infidelium per uotum solemne religionis a coniuge primo conuersi emissum, dissoluetur ne.

CONCLVSIO.

S. Th. hac dist.

Matrimonium in infidelitate confirmatum per tale uotum dissoluitur, quia in hac parte idem censendũ est de Matrimonio consummato infidelium, & de rato fidelium.

CONCLVSIO.

Non tamen dissoluetur, quoad uinculum, per sacri ordinis receptionem. Ita definitũ est in extrauaganti. Cõcertatione. *Diffic. An post lapsum alterius coniugis in hæresim, uel aliam apostasiam Matrimonium, quoad thorum, aut uinculum dissoluatur.*

CONCLVSIO.

Iurisperitus, et citato, & Theologi hac d. & Soto d. 39. qõ. uni. ar. 4.

In tali casu Matrimoniũ quoad uinculum nullo modo dissoluitur. Definita est in cap. Quanto, de diuortijs. Et ratio est, quia uterque coniunx est baptizatus.

CONCLVSIO.

Quando unus coniugum post condemnationem hæresis Ecclesiæ reconciliatur facta separatione Iudicio Ecclesiæ, tũc coniunx innocẽs ad religionem monachalem transire potest uel cum reconciliato habitare tenetur. Definita expresse in cap. finali. De conuersione coniugatorum & cap. de illa, de diuortijs. Notanter dicitur (ad religionem monachalem) quia per regressum religionis militaris Matrimonium, nec, quoad uinculum, nec quoad thorum dissoluitur. Votum enim continentiæ ibi emissum non est de essentia religionis militaris, quemadmodum, est de essentia religionis monachalis.

Dub. An uir innocens quando uxor fuerit hæretica & reconciliata possit sacros ordines recipere. sicut potest monachalem intrare religionem.

Soto partem affirmantem tenet.

CONCLVSIO.

Nequaquam potest sacros ordines recipere. Ratio est, quia

in dicto

in dicto cap. finali solum conceditur ingressus ad monachalem religionem. Tum etiam, quia si non potest ingredi religionem militarē, propterea quod uotū solemne continentię nō est de illius essentia; ita neque est de essentia sacri ordinis.

Diffic. Per quodcunque aliud peccatum, præter hæresim, dissoluitur Matrimonium quoad thorum.

Nota primum, crimina coniugum, præter adulterium, in tria genera diuidi. Primi generis sunt, quæ nullo modo alteri cōiugi nocent, ut si sit unus fur, blasphemus, &c. ad 2. genus pertinent, quæ in detrimentum corporale coniugis innocēti sunt. Vt si uir sit crudelis in uxorem, aut uxor uenefica, uel perdit Mariti substantiam, uel liberos interficit, quę crimina, C. de repudijs recensentur. Tertij generis est unū tantum crimen, scilicet, quando unus coniunx conatur alium inducere in quoduis peccati genus, ut in homicidium, furtum &c.

CONCLVSIO.

Quando unus coniugum est adulter, aut hæreticus, aut laborat criminibus secundi, uel tertij generis innocēs, tunc per iudicis sententiam ab illo quoad thorum separari potest. Definita est in cap. quæsiuit. de diuortijs, & in cap. literas. De restitutione spoliatorum.

Art. ult. An matrimonium inter infideles sit uerum, & legitimum.

CONCLVSIO.

Matrimonium inter infideles ita legitimū est, ut per solam conuersionem alterius coniugis ad fidem dissolui non possit. Hæc est de fide, & habetur apud D. Paulum dicētem, si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc consentit habitare cū illo, non dimittat illam, & est definita in capit. Gaudemus, & cap. Quanto. De diuortijs. Quod enim est legis naturæ est omnibus licitum, & Matrimonium ex inclinatione, & iure naturali est.

CONCLVSIO.

Matrimonium Infidelium est legis naturæ sacramentum: est enim signum unionis inter Christum, & Ecclesiam. Ita definitum est in cap. Gaudemus, citato.

CONCVLSIO.

Non est autem nouæ legis sacramentum. Ratio est, quia cū Infideles careant Baptismo, qui est ianua omniū sacramentorum, non possunt Matrimonij, quatenus est nouæ legis sacramentum; participes esse.

CONCLVSIO.

Matrimonium infidelium tria bona sacramenti, scilicet,

prolis

prolis, & fidei habet. De bono sacramenti constat. De bono autem prolis, est etiam manifestum. Quia tale bonum est tantum obligatio ad procreãdam, & religiose educandã prolem, quæ quidem obligatio est compassibilis cũ & actu, proposito faciendi oppositũ. Et talẽ obligationẽ habẽt quoq; infideles coniugati, & tandem de bono fidei est quoq; perspicuũ; quia tenentur debitum soluere, & ab alieno concubitu cauere.

Diffic. Peccantne infideles in usu Matrimoniali.

Solus Ricardus de hac re differit, de cæteris autem infidelium actibus disputant DD.

CONCLVSIO.

Infidelis ad coniugem accedens cum intentione generandi prolem, & soluendi debitum, dummodo de illius educatione in cultu infidelitatis non cogiter; nullo modo peccat. Ratio est, quia cum talis debiti solutio sit opus moraliter bonum, (nam est actus iustitiæ) non erit peccatum.

QVÆSTIO DE IMPEDIMENTO consanguinitatis.

De hac quæstione uerba facit Magister 49. dist.

Art. 1. Quidnam est consanguinitas. Quid linea.

dd. d. q. i. Ric. ar. i. q. 3.

Propositio.

CONsanguinitas est aliquorum personarum uinculum, ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione cõtractum. Nam consanguinitas idem est, quod communicatio in sanguine, id est, habere eundem sanguinem communem inter se, ut sunt illi, qui ab eodem stipite, id est, patre generantur, uel immediate ut fratres, uel mediate ut nepotes eiusdem aui &c. generantur, quæ quidem communicatio in sanguine, est causa uinculi amicitiæ inter consanguineos.

Propositio.

Linea est congregatio, & collectio personarũ consanguinitate coniunctorum ab eodem stipite descendentium, diuersos contiuens gradus. i. ordo ille, qui est inter cõsanguineos, ut unus sit pater, alter filius, tertius nepos &c. linea nominatẽ.

Propositio

Linea aut est recta, ut quæ est inter ascendentes, & descendentes, ut inter patrem, filium, nepotem, &c. aut collateralis ut inter transuersales, fratrem, scilicet, & sororem &c.

Propositio.

Collateralis linea, uel est æqualis, quæ inter æqualiter a stipite

pite distantes reperitur, ut inter auum, & consobrinum, aut inæqualis, quæ est inter eos, qui a stipite inæqualiter distant.

Art. II. quidnam est gradus, & quotuplex.

Respondeo per sequentes propositiones.

Propositio.

Gradus est determinata propinquitas personæ ad personã secundum consanguinitatẽ. V.G. pater respectu filij est in primo gradu, id est in prima propinquitate, respectu nepotis est in 2. gradu, id est, per unum medium, scilicet, filium, respectu pronepotis, in 3. gradu, id est, per duo media. Hæc autem computatio est secundus ius canonicum. Nam ius ciuile inter fratrem, & sororem duos constituit gradus; unum fratris ad sororem, & illum sororis ad fratrem.

Propositio.

In linea recta ascendentium tot sunt gradus, quot personę una minus, explendi causa. Pater, filius, nopos, & abnepos, sunt quinque personæ, & quatuor tantum gradus. Ratio est, quia tot sunt gradus, quot generationes, generatio uero minus quam inter duos esse non potest: ergo tot erunt gradus quot personæ, una minus, quæ toti generationi præsupponitur, & stipes nominatur.

Hinc filius cum patre erit in primo gradu. cum nepote in secundo gradu &c.

Propositio.

In linea laterali eorum, qui a stipite æqualiter distant, quo gradu æqualiter transuersales a stipite separantur, eodem inter se distinguuntur. v.g. frater, & soror distant a stipite in primo gradu, eodemq; inter se differunt. Ratio est, quia distantia uel propinquitas est solum ratione stipitis. Quare non magis inter se distant, quam a stipite dissident.

Propositio.

In linea laterali inæqualiter a stipite distantium computãdus est gradus a persona; quæ a stipite remotior est, v. g. auunculus, & consobrinus, id est, filius uel filia sororis distant in 2. gradu, quia filia sororis distat a stipite in 2. gradu. Expresse definita est in cap. uir. qui ab stipite. De cõsanguinitate, & affinitate.

Hinc dispensationibus inæqualiter a stipite distantium remotioris descendentis a stipite est habenda ratio. Appen.

Propositio.

Matrimonium inter consanguineos, si Papa non dispensauerit, est nullum.

Art.

Art. III. An iure diuino sint modo aliqui gradus prohibiti.

Lege Leuit. 18. ubi decem gradus prohibentur. lege Victoriam in relectio. de Matri. p. 2.

Duæ sunt opiniones. Prima omnium fere antiquorum, qui affirmabant omnes gradus in Leuit. prohibitos, esse etiã nũc iure Diuino prohibitos. Hæc fuit D. Bona. Tho. Ric. & Durq bus adhæsit Syluester affirmans, Papam non posse dispensare in gradibus in Leuit. prohibitis. Idem quoque Lutherani asserunt. Secunda opinio est Palud. dicentis, illos gradus nõesse iure Diuino, sed naturali tantũ prohibitos, & non omnes, sed aliquos duntaxat. B. Antoni. docuit illos gradus fuisse olim iure diuino prohibitos, quem sequuntur Victoria, & Caiet. modo autem non esse iure diuino prohibitos dicunt.

CONCLVSIO.

Gradus qui in Leuit. prohibebantur, olim Matrimonium contrahendum impediebãt. Non tamen omnes dirimebant ut affinitatis gradus, multa enim fieri prohibentur; quæ tamẽ facta tenent. Quia licet prohibentur, non tamen irritantur. Quia illi tantum gradus Matrimonium nullum reddebant, qui lege naturali, ut in linea recta, prohibebantur. Licitum namq; erat tunc accedere ad uxorem fratris defuncti absque liberis causa suscitandi semen.

CONCLVSIO.

Nullus gradus in Leuit. prohibitus, modo in Euangelio prohibetur, eo quod tunc prohibitus erat. Ratio est, quia lex uetus modo non obligat, quatenus lex uetus est, sed ut ex parte confirmata in Euangelio. Sunt enim præcepta nonnulla iudicialia in Euangelio posita. Quale illud est de dormiente cum uirgine, ut constat cap. 1. De adulterijs, atque etiam obligant aliqua legis ueteris Euacuatæ præcepta, quatenus legis naturæ præcepta sunt.

Appen. Hinc, si Papa dispensarit in aliquo gradu in Leuit. prohibito, dispensaret quidem, quatenus sunt lege naturali, uel Euãgelica prohibiti.

dd. ubi supra.

Difficul. Prohibenturne iure naturali gradus in linea recta ascendentium, & descendentium ita ut Papa in his dispensare non possit.

Hoc loco de gradibus consangninitatis est agẽdum. Nam de gradibus affinitatis sequenti dist. agemus. Et quæritur primum de Matrimonio inter ascendentes, & descendentes, an prohibeatur usque in infinitum, uel an gradus ita sit lege naturali prohibitus, ut in eo papa dispensare non possit.

Opinioni

Opinio Sco. Ricar. & Iurisconsultorum tenet; talem prohibitionem in infinitum durare, ita ut si Adam, uel Noe resurgeret, cum qua contraheret, non haberet. Caiet. arbitratur solum primum gradum in linea recta esse iure naturali prohibitum. Vnde sequitur posse Papam dispensare, ut auus ducat neptem, & Auia nepoti nubat. *Scot. q. 1. Ric. ar. unico. q 4 2. 2. qē. 154 art. 9. & in opusc. ad regē Angliæ legē uictoriū, ubi supra*

CONCLVSIO.

Matrimoniū in primo gradu lineæ rectæ, etiam si nulla lex scripta illud irritaret, esset iure naturali nullum. Nam talis cōtractus est contra ius naturæ, quia est contra pudorem, & honorem, quem filius iure naturæ parentibus adhibere tenetur. Et contractus contra ius naturæ est ipso iure nullus. Vnde B. Paul. auditur inter uos talis fornicatio, qualis nec inter gentes. Ita ut uxorem patris sui aliquis habeat.

Dubium. Quid si in mundo non esset nisi pater, & unica filia, uel plures.

Caiet. ubi supra negat. Soto affirmat. *Hac dist. art. 3.*

CONCLVSIO.

Tunc illas ducere in uxores tenetur. Ratio est, quia plus tenetur homo diligere Rempublicā, quam parentes. Plus enim eam diligere tenetur, quam seipsum, atque ita pro salute Rei pub. & totius uniuersi, tunc pater filias ducere, & mater filijs nubere teneretur.

Dub. Contractus Matrimonialis in 2. gradu lineæ rectæ, & sequētibus in infinitum prohibeturne iure naturali an Ecclesiastico.

CONCLVSIO.

Matrimonium inter auum, & neptē iure naturali prohibetur, & est per leges humanas indispensabile. Ratio est, quia eadem obligatio reperitur inter neptes & Auos & inter filios & parentes, eademq. fere est sanguinis communio, & eandem reuerētiam Neptes Auis, quam parentibus, exhibere tenētur. Hæc est contra Caieta. affirmantem esse dispensabile huiusmodi Matrimonium.

CONCLVSIO.

In linea recta Matrimonium in infinitum non censetur esse prohibitū. Ratio est, quia sanguinis communio est causa prohibitionis, & cum magis communicent transuersales in quinto gradu, quam descendentes cum ascendentibus in 6. gradu, & illi non prohibeantur, neque isti prohibendi sunt. *Appen 1.*

Hinc poterit Papa dispensare inter proauum & proneptem &c. *Appen*

Hinc, si Adam modo uiueret, uxorem ducere posset. Nam minus

minus uinculum consanguinitatis est inter nos, & Adã, quã inter Gallos, & Hispanos, qui contrahere non prohibentur.

Ric. ar. 41. q. 2. d. Bon. ibid.

Difficultas. An liceat matrimonium contrahere in linea transuersali æquali, & inæquali.

V.g. An contractus inter fratrem, & sororem, & inter consobrinum, & sororem patris, & inter auunculum, & consobrinam sit licitus.

Caiet. ubi sup. S. Th. Th. de Argẽ hac d. Infiit. de iu. nat. in princ.

Duæ sunt opin. Prima D. Bona. Ric. & Dur. asserentium in primo gradu lineæ collateralis Matrimonium esse iure diuino nullum. Caie. Tho de Argentina tenent, tale matrimoniũ esse solum contra ius canonicum, & ita Papam in hoc gradu dispensare posse. Addit Thomas matrimonium infidelium cũ propriis sororibus non esse soluendum si ad fidem conuertantur. Scot. uero talia matrimonia in primo gradu collaterali, lege naturali prohibita esse, affirmat.

CONCLVSIO.

Matrimonium inter fratrem, & sororem est iure naturali nullum, seruatur enim apud omnes gentes, & ad hoc natura ipsa, secluſa lege scripta, homines inclinat. vnde Pharao impossibile esse credidit Sarran uxorem fuisse Abrahæ. Quia dixit suam esse sororem, vide caput. Gaudemus.

CONCLVSIO.

Matrimonium in secundo gradu cõsanguinitatis in linea laterali, & inæquali non est iure diuino prohibitum. Hæc cõclusio est contra D. Bon. Ric. & Duran. & Sylvest. & cõtra glossam in cap. Literas. De restitutione spoliatorum. Qui tenent gradus in Leuit. prohibitos, inter quos sunt isti, iure diuino prohiberi, ita ut non possit Papa in eis dispensare. Et ratio cõclusionis est, quia lex uetus uniuersa fuit per mortem Christi reuocata. Nã translato Sacerdotio secundũ ritum Aaron per mortem Christi in Sacerdotium secundum ordinem Melchisedech; necesse fuit, ut legis translatio fieret, quia si nunc obligat, est, uel quia habet legis humanæ uim, uel propter causas supra signatas.

CONCLVSIO.

Neque est iure naturali prohibitum, constat exemplis sanctorum, quos sacra scriptura in gradu, de quo est modo difficultas ante legem sciptam contraxisse docet: legitur enim Gẽ. c. 11. Thare genuisse Abram, Nachor & Aram, & Nachor duxisse consobrinam suam filiam Aram. Et Abram Sarran filiam eiusdem Aram. Quare cum hi uiri Sancti non tenerentur nisi ad obseruãtiã legis naturalis; quã de facto obseruabãt,

perspi-

perspicuum profecto est iure naturali, tale Matrimonium nõ fuisse prohibitum.

CONCLVSIO.

Est autem iure duntaxat positiuo Ecclesiastico prohibitũ. Petet a sufficienti diuisione. Etiam quia Ecclesia sine contro uersia in his gradibus dispensare consueuit.

Diffic. potestne Ecclesia modo aliquos gradus prohibere.

Ecclesia potestatẽ habet inhabilitandi aliquos, quominus intra certum gradum Matrimonium contrahere possint. Definita est expresse Sess. 24. Cano. 3. & 4. Concil. Trident. S. Tho. q. uni. ar. 4 d. 4.

CONCLVSIO.

Maximopere Ecclesiæ conuenit, aliquos ad Matrimoniun inhabilitare. Constat de Matrimonio Clandestino, quod est irritum per Conci. Tri. Sess. 34. c. 1. de reformatione Matrimonij. Nam usu ueniebat, ut aliquis duas haberet uxores. Primam clandestinam & ueram, & secundam in facie Ecclesiæ adulterinam. Tum etiam, ut pax: & amicitia augerẽtur, si inter non consanguineos, ut fit, Matrimonium contraheretur.

CONCLVSIO.

Gradus per lineam collateralem æqualem, siue inæqualẽ sunt usque ad quartum gradum prohibiti. Ita habetur in cap. non debet, de consanguinitate, & affinitate. Nam a quinto gradu consanguinei, ut extranei se habent.

Hinc, confutatur hæresis Lutheranorum asserentium nullos esse gradus prohibitos, neque prohiberi posse.

Diffi. Potestas ciuilis Regis, poterit, quem admodum Ecclesia, aliquos inhabilitare, quo minus contrahant.

Victoria in relectione de Mattimonio non audet affirmare. Ric. & cæteri affirmant.

CONCLVSIO.

Potest quidem, & de facto, si contrahatur Marrimonium, erit nullam. Constat ex toto titulo. ff. de adoptionibus, ubi Matrimonium inter patrem adoptantem, & filiam adoptiuã irritatur. Quod ius canonicum tantum inter filium naturalẽ & filiam adoptiuam prohibet. Vt ex ca. 1. de cognatione legali colligitur.

CONCLVSIO.

Leges ciuiles connubia in aliquo gradu prohibentes Ecclesia contradicente, nullam uim habent. Ratio est, quia causa matrimonialis contractus quantum ad uinculi perpetuitatem a iure diuino pendet. Et ideo ciuilis potestas circa hunc contractum ab Ecclesiastica potestate dependet.

Appen. Hinc, si princeps Saracenorũ prohiberet, & irritaret Matrimonium intra secundum & tertium gradum, si de facto cõ traheretur, esset nullũ: habet enim potestas illa iurisdictionẽ in subditos, dicente B. Paul. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.

Appen. Hinc, si infideles in gradu ab infideli principe prohibito contraxerint, & ad fidem conuertantur, uel sunt separandi uel de nouo contrahere tenentur. Ratio est, quia Matrimonium ante Baptismum propter inobedientiã contra suũ principem, fuit nullum.

QVAESTIO DE IMPEDIMENTO affinitatis, quo matrimonium impeditur, ne contrahatur, & contractum irritatur.

Hac q.d.41. Magistri disseritur.

DD. ibid. *Art. 1. Quid, & quotuplex est affinitas.*

HIc arti. aliquot positis propositionibus cum D. Bonau. & Ricar. explicabitur.

Propositio.

Affinitas, est personarũ propinquitas, ex carnali copula per ueniens, omni parentela carens. Hæc est descriptio Affinitatis, quam illustro exemplo. Vitius. v.g. duxit uxorem Bertã, uel illam illicite cognouit. Ex tali matrimonio, seu copula cum consanguineis Bertæ affinitatem contraxit, etiam si alias consanguineus non esset. Si autem consanguineus erat, duplex impedimentum cum consanguineis uxoris habebit. Vnum cõsanguinitatis ex parte sua, alterum Affinitatis ex parte uxoris, quod ad impetrandas dispensationes est diligentissime animaduertendum.

Propositio.

Triplex olim erat affinitatis genus, ut ex Cap. non debet, De Consangninitate, & affinitate constat. Primum, quod est in usu, esse dicitur, ut solus uir habens uxorem affinis omnibus consanguineis uxoris intra 4. gradum, efficiatur, ita ut intra illum gradum, mortua uxore aliquam illius consanguineam ducere non possit. Atque eodem modo de uxore mortuo uiro censendum est. Et hoc genus olim usque ad septimum gradum extendebatur. Secundũ est affinitas affinitatis, & tertium affinitis huius secundæ affinitatis. Verum secũdum, & tertium iam sunt reuocata.

Propositio.

Affinitas efficitur per copulã carnalem licitam, aut illicitam,

tã, naturalẽ tamẽ. Ita definit in Cano. Extraordinaria 35.q.3.

Hinc, per nefandam copulam contra naturam cum mulie re, & seminationem extra uas, non contrahitur. Quia affinitas efficitur per copulam, qua uir, & uxor una caro esse dicuntur. Et per talem copulam, aut seminationem extra uas non commiscentur, nec una caro efficiuntur. Appen.

Propositio

Olim ante Concil. Trid. affinitas per copulam usque ad 4. gradum efficiebatur. modo autem non contrahitur affinitas precadens, & dirimens Matrimonium nisi usque ad secundũ gradum tantum. Definita est expresse. 24. cap. 4.

Hinc, si Titius per fornicationem cognouerit Bertam solũ cum sorore Bertæ, id est (*Con su prima hermana, y no con prima, segunda, tercera &c.*) contrahere prohibetur. Quod est intelligendum de affinitatio matrimonium præcedente, nam si sequatur post Matrimonium, etiamsi cognouerit (*ala prima, secunda, o tercera de su muger,*) debitum exigere non poterit. Appen.

Diffic. Quoniam sunt affinitatis effectus.

Propositio.

Effectus affinitatis præcedẽtis matrimoniũ p copulã illicitã contractę, est, ut in primo, & secundo gradu tãtũ impediat & dirimat matrimonium contrahendum, ut modo diximus.

Propositio.

Si autem per copulam licitam, scilicet, coniugalem, impedit matrimonium usque ad 4. gradum, ita ut mortua uxore non possit uir cum consanguinea illius usque ad 4. gradum contrahere. Definita est in cap. non debet citato.

Propositio.

Si affinitas post Matrimonium sequatur coniunx, qui cum consanguinea, uel consanguineo alterius coiuit, in conscientia ante dispensationẽ petere non potest, reddere tamen tenetur. Definita est in cap. 1. & cap. Tuæ fraternitati, de eo, qui cognouit consangnineam uxoris suæ.

Diffic. An seclusa lege positiua Ecclesiæ prohibente Matrimonium intra 4. affinitatis grad. sit aliquis gradus affinitatis lege naturali tantum, Matrimonium contrahendum dirimens, ita ut in eo Papa dispensare non possit, prohibitus.

V.g. inter ascendentes, & collaterales, & Primum nota inter ascendentes quatuor esse combinationes. Primam (*Entre el padrastro y su anada,*) Secundã (*Entre la madrastra, y su anada.*) Tertiã inter socrum & generum, Et quartam inter socrum, & nurum.

Duæ sunt opiniones. Vna affirmans, quam Soto sine authore refert. Quæ tenet, Papam posse dispensare &c. Altera est negans. D. Bona. Ricar. & Palud. qui affirmant omnes gradus cap. 18. Leuit. esse iure diuino prohibitos.

CONCLVSIO.

Affinitatis gradus positi inter ascendentes, & descendentes ita lege naturali Matrimonium contrahendum dirimunt, ut in his Papa dispensare haud possit. dicit enim B. Paul. Auditur inter uos fornicatio, qualis, neque inter gentes, ita, ut uxorē patris sui aliquis habeat? quare erit talis cōcubitus contra ius naturale, hinc Rubē a patre Iacob maledictus fuit, propterea quod ad eius uxorem ascenderat.

Dubium. De affinitate collaterali, An mulier possit succesiue Papa dispensante duobus fratribus nubere.

ar. 9. i. 2. & 3.

Duæ sunt opiniones. Prima citata D. Bon. & Palud. negās altera Neotericorum.

CONCLVSIO.

Vxorem fratris sine rationabili causa ducere, *est contra* ius naturæ, quod nullo modo nisi propter maius bonum uiolare licet. Ratio enim naturalis dictat, ut fratribus hunc honorem præstemus, ne scilicet, illorum turpitudinem reuelemus. *Vt* Leuit. 18. habetur.

CONCLVSIO.

Vxorem fratris propter rationabilē causam ducere, non est contra naturę ius. Quia Leui. habetur licuisse tunc fratri uiuenti ducere uxorem fratris sui Mortui, ad suscitandum semen. Nam, ut non est contra legem naturæ eundem uirum duas habere sorores in uxores, ut Iacob habuit Liam, & Rachelem, neque erit contra ius naturæ eandem uxorem &c. propterea quod idem gradus est, eundem uirum duas sorores succesiue habere, siue duos fratres eandem uxorē ducere.

Appen. Hinc Papa in his gradibus dispensare poterit. Quia non est cōtra legem naturæ, & multorum pontificum exemplis constat. Nam Alexan. vi. cum quodam Rege Lusitaniæ dispensauit, ut uxorem fratris mortui duceret, & Iulius ii. cū Henrico rege Anglię, ut duceret in uxorem Catherinam, quæ fratris sui uxor fuerat. Et Martinus v. ut refert Sylue. similem concessit dispensationem.

Art. III. De impedimento publicæ honestatis.

Hoc impedimentum oritur ex sponsalibus aut ex Matrimonio tantum rato, scilicet, ex contractu ipso, non tamen ex copula carnali, diciturque impedimētum publicæ honestati, quia

quia solum publica honestas prohibet; quominus unus sponsus consanguineis alterius iungatur. Ita definitum est in cap. Ad audientiam, de sponsalibus, & in cap. 1. eodem titulo in 6.

CONCVLSIO.

Ex Matrimonio rato tantum impedimentum publicę honestatis tale oritur; ut soluto Matrimonio per mortem, uel ingressum religionis alterius coniugis, in sæculo manens, cum consanguineis illius intra quartum gradum contrahere non possit. Definita est in cap. 1. & in cap. non debet &c.

Hæc est Sco. & Palud. S. Th. & Ricar. uocant hoc impedimentum affinitatis. Panormitanus in cap. sponsam. De sponsalibus, tenet cum Scoto.

CONCLVSIO.

Ex ueris, & legitimis sponsalibus impedimentũ publicę honestatis usque ad primum gradum nascitur. V g. Titius duxit Bertam in sponsam per uerba de futuro. Solutis sponsalibus solum erit Titius inhabilis ad contrahendum cum sorore Bertæ, non tantum cum cęteris illius consanguineis. Ita definitum est in Concil. Trid. ubi supra, ante Concilium uero usque ad quartum gradum consaguinitatis extendebatur.

CONCLVSIO.

Hoc impedimentum olim ex quibuscunque sponsalibus etiam illegitimis proficiebatur, dummodo non essent illegitima ex defectu consensus, sed aliunde, scilicet, propter consanguinitatem, aut impotentiam &c. Nunc uero ex legitimis, & ueris tantum sponsalibus emanat. Definita est expresse cap. 3. in Conc. Trid. ubi supra.

CONCLVSIO.

Prædicta impedimenta solum inter unum coniugum, & consanguineos alterius coniugis, & nullo modo inter consanguineos ipsorum coniugum oriuntur. Hæc est expresse definita per Innocentium III. in cap. super his. De consanguinitate, & affinitate.

Hinc, Pater & filius cũ matre, & filia cõtrahere poterunt.

Art. An Matrimonium inter consanguineos sit Ecclesiæ authoritate dirimendum.

V. G. Titius, & Berta consangninei, aut affines bona fide contraxerunt simulq; 40. annos uixerunt, quibus transactis affinitatis notio superuenit, est modo quæstio, an sit hoc Matrimonium Ecclesiæ authoritate dirimendum.

CONCLVSIO.

Quã primum constiterit propter consanguinitatis, uel affinitatis

finitatis impedimentum esse nullum Matrimonium, auhoritate Ecclesiæ erit dissoluendum. Definita est expresse in cap. Non debet. De consanguinitate, & affinitate.

Hinc, non poterit authoritate coniugum dissolui, alioqui enim daretur locus fraudibus; nam qui uellēt seperari, statim consanguinitatem fingerent.

Art ic. De raptu.

CONCLVSIO.

Raptus est quando per uiolentiam, puellæ, aut eius patri factam, aliquis illam e domo patris, quæ licet sponte raptorem sequatur, nunquam tamen Matrimonium ualebit; donec in libertate extra raptoris potestatem constituatur. Definita est expresse in Conc. Trid. Sess. 24. cap. 6.

Art. ult. An omnis, qui ex damnata copula nascitur, illegitimus sit.

DD. d. 4. S. Th. q. 96. uni. ar. 3. qō. c. i. & seq. Ri. ar ti. 2. q. 2. Dur. q. i.

CONCLVSIO.

Quando Matrimonium est nullum, & uterque parens est impedimenti conscius, filij illegitimi nascuntur. Si uero uterque, aut alter tantum impedimentum ignorat, legitimi nascuntur, si tamen Matrimonium in facie Ecclesiæ, & non clādestine fuit contractum. Definita est expresse in cap. Ex tenore. qui filij sint legitimi, & in cap. Cum inhibitio. De clandestina desponsatione.

Appen. Hinc, filij, qui ex parentibus ignorantibus ambobus, uel altero tantum impedimentum, nascuntur; poterunt in utroque foro parentib. in bonis etiā uinculatis succedere. De reliquis autem filiis illegitimis quomodo possint hæredes instituí, & bona parentum retinere, Tractatu de Restitutione reperies.

QVAESTIO DE COGNATIONE Spirituali, & legali.

DD. d. 42 S. Th. q. i. ar. i. & sequēt. Ric. ar. i. q. i. Dur. q. i

Art. An Cognatio spiritualis dirimat Matrimonium contrahendum.

Lege titulum de cognatione spirituali, & legali, & Conc. Trid. cap. 2. ubi supra.

CONCLVSIO.

Ad spiritualem cognationem, ut susciptentes, & ministr baptizati sint, & non solum Cathecumeni, uel credentes, desideratur. Nam ut nemo potest aliū carnaliter generare, quin naturale esse habeat, ita neque potest esse aliquis spiritualis pater, quin spirituale esse per regenerationem spiritualem, sci licet, Baptismum habeat. Qui enim nō est baptizatus, legi de cognatione spirituali non est subiectus.

Quando

Quando alter coniugum malitiose proprium filium baptizauit, uel tempore Baptismi, aut Confirmationis, tenuit, ut uxorem petitione debiti priuaret, uxor non priuatur, sed uir, qui tunc reddere tenetur. Secus autem si in extrema necessitate, quia nullus aderat, hoc fecerit. Definita est expresse in cap. Si uir. De cognatione spirituali.

CONCLVSIO.

Per Exorcismum, siue Catechismum cognatio spiritualis non contrahitur, quia per hæc, cum Baptismum præcedant, non fit regeneratio.

Art. vlt. De cognatione spirituali.

CONCLVSIO.

Adoptio a Catholicis ita definitur legitima assũptio extra neæ personæ in filium, uel filiam nepotem, uel neptem, uel deinceps, unde ad ueram adoptionem desideratur. Primum, ut persona adoptata sit extranea, secundo, ut fiat secundum legis conditiones, quæ diuiditur in adoptionem perfectam, & imperfectam, de qua re lege Ricar. D. Bonæ. 42. ar. 1. q. 2.

CONCLVSIO.

Adoptio siue abrogatio, quæ est imperfecta adoptio Matrimoniũ contrahendum in triplici gradu dirimit, & primus uocatur paternitatis, & filiationis legalis. Secundus est fraternitatis legalis. Et tertius affinitatis legalis appellatur, propter primum gradum inter adoptantem, & adoptatum, eiusque descendentes nõ potest esse Matrimonium: non enim Petrus adoptans Mariam potest illam, uel aliam eius filiam ducere. Propter secundum gradum adoptatus non potest ducere filiã adoptantis, quia est eius legalis soror. Propter tertium gradum Matrimonium non potest contrahi inter adoptantẽ, & filij adoptiui uxorem, quia est eius legalis nurus, neque inter adoptatum, & uxorem adoptantis, quia est legalis patris uxor.

CONCLVSIO.

Primus & secundus gradus cognationis legalis sunt præceptiui, ita, ut cessante adoptione non possit in illis esse coniugium. secundus durat durante tantum adoptione, qua finita, ueluti, si repudietur, aut uel si adoptans, aut adoptiuus moriatur, poterit inter fratres legales contrahi Matrimonium. Ita definitum in cap. uno, de cognatione legali

CONCLVSIO.

Solus secundus gradus iure Canonico est prohibitus, reliqui autem iure Ciuili prohibentur. Suntque ab Ecclesia per consuetudinem receptæ. Hæc est Ric.

Appen. Hinc, constat, Potestatem ciuilem posse aliquos ad Matrimonium inhabilitare, dummodo talis lex ab Ecclesia approbetur, ut supra diximus.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

INDEX

QVAESTIONVM, ARTICVLORVM, DIFFICVLTATVM, AC DVBIORVM,

Quæ in hac prima Parte explicantur.

Qō. i. de his, quæ ad ess. sacr. perti.

ART. 1. de definit. sacram. 1

Art. 2. an determinata materia, & forma sint de essentia cuiuscunque sacramenti. 2

Art. 3. an liceat sacramentorū formas uariare. 3

Dif. an qui prætermissa forma consueta, utitur sufficiēti, mortaliter peccet. 4

Dif. an qui relicta forma consueta, animo inducendi errorem vtitur sufficienti, uere conficiat. 5

Quæst. 2. de instit. sacram.

Art. 1. an sacramentorū institutio fuerit ad salutem necessaria. 5

Art. 2. an in statu innocētię, fuerit aliquod sacrm necessarium. 6

Art. 3. an in statu legis naturæ fuerit aliquod sacrm proprie dictū. 6

Quæst. 3. De causalitate gratiæ.

Art. 1. an sacramēta nouæ legis sint causa gratiæ. 8

Dif. Quomodo sacramēta sunt causa gratiæ. 9

Art. 2. an possit creatura instrumentaliter creare, uel ad creationem concurrere. 10

Art. 3. an sacramētalis gratia in nobis aliquem peculiarem effectum operetur. 11

Art. 4. an sacramenta uirtutem efficiendi gratiam a passione Christi Iesu habeant. 11

Dif. an habeant uirtutem efficiēdi gratiā a qualitate, uel uirtute aliqua supnaturali illius inherēte. 11

Art. 5. De numero excellentia sacramentorum nouæ legis. 12

De numero, an sint septem tātū. 12

De excellentia, & necessitate. 12

Art. vlt. de Circuncisione, & reliqs sacramentis ueteris legis, conferantne gratiam. 13

Quæst. 4. de charactere.

Art. 1. an quibus sacramentis nouæ legis character imprimatur. 15

Art. 2. an character sit qualitas absoluta in anima existens, &c. 16

Dif. an sit character indelebilis. ib.

Art. 3. an sit character in uolūtate, uel intellectu tanq̄ in subiecto. ibi.

Dub. in qua igit potentia inerit. 17

Art. ult. an character sit totius trinitatis sanctissimæ, uel alterius diuinæ personæ, potius quam Christi Iesu appellandus. 18

Quæst. vlt. De minist. sacram.

Art. 1. Quonam pacto Deus, & minister interiorem sacramēti effectū operantur. 18

Art. 2. an Christus, ut homo, sit instrumētalis causa gratiæ, quæ per sacramentum confertur. 19

Art.

Ar.3. An Christus, quatenus homo potuerit hominib. potestatē cōcedere cōstituēdi sacramenta. 20
Ar.4. An p malos ministros scīa, & illorū effect⁹ cōferri possint. 22
Art.5. An minister existens in peccato Mor. peccet scīa admin. 23
Art.6. An qui recipit sacramentū a ministro, quem scit in Mor. existere, Mor. peccet. 24
Ar.7. An fides ministri ad sacramēti ueritatem sit necessaria. 25
Art.8. An intentio ministri sit de necessitate sacramenti. ibi.
Diffic. Si hæreticus est Ecclesię hostis, quomodo habēs eius intētionem baptizabit. 26
Diffic. Qui ioco baptizaret, confert retne Baptismum. ibi.
Diffic. Si sacerdos nō habet intentionem baptizandi puerū, cū nō recipiat Baptismum, si moriatur puer, consequitur ne gratiam. 27
Difficul. An error personæ Baptismum destruat. ibid.
Diffic. An intentio mala ministri veritatē sacramenti annullet. ibi.
Art. ult. An Angelus bonus, uel malus possit de lege sacrm admi. 28

FLORES QVÆSTIONVM Sacramenti Baptismi.

De essentialibus baptismi.

Art.1. Quæ nam est Baptismi definitio. 29
Art. 2. An naturalis, & simplex aqua sit tantū Baptismi materia.
Art. 3. q̄ nā est baptismi forma. 30
Diffic. Estne actus baptizādi, ut ab Ecclesia Latina, & Græca exprimitur, necessario exprimendus. 31
Diffic. An necessario exprimenda sit persona baptizanda. 31
Diffic. An sit persona ministri necessario exprimenda. ibi.
Diffi. An sit Baptismus sub hac forma, ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & humanitatis Christi. 31
Diffic. An fiat Baptismus sub hac forma, Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & spirati. 32
Diffi. An si quis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris, & Iesu Christi, & Spiritus Sancti, sit uerum baptisma. ibid.
Art.4. An in nomine Christi tātū possit Baptismus conferri. ibid.
Art.5. An requiratur immersio baptizati in aqua. 33
Dif. An si minima pars corporis baptizetur, sit uerus Baptismus. 34
Diffic An sit trina immersio de necessitate Baptismi. ibid.
Dub. Quorsum Ecclesia, vt trina fieret immersio. olim præcepit. 35
Art.6. An sint tria genera Baptismi, fluminis, sanguinis, & pœnitētiæ, & unum quodque illorum sit Sacramentum. 36
Diffi. Qui baptizatur sanguine proprio per Baptismum, cum iam iustificatus, si superuixerit eritne baptismate aquæ baptizandus. 36
Art.7. An Baptismus reiterari possit. 37
Dubium. An qui rebaptizat uel rebaptizatur irregularis efficiat. ib.
Dubium. Quid si aliquis dormiens siue ignorās rebaptizetur. ibid.
Dubium. Quanta probabilitas ad non rebaptizandum sufficit. ibi.
Dubiū. Si infidelis, qui nihil de Euāgelio audiuit, amēs fiat, & tota illius prouincia ad fidem Christi con-

cõuertatur, eritne baptizãdus. ib.
Diffi. Quando puer secrete baptizatus est, sũtne benedictiones Ecclesiæ, & cęteræ cæremoniæ repetendæ. 38
Dubiũ. Quid si repetitis solemnitatibus intelligat sacerdos puerũ non esse baptizatum. ibi.
Art. 8. An Baptismus ab eius institutione ante mortem Christi cæperit obligare. ibid.
Diffic. Cur igitur si habuit uim sanandi, non etiam obligandi. 39.
Diffi. Quando igitur lex erit sufficienter promulgata. ibid.
Art. 9. Qñ cessauerunt legalia. 40
Diffic. Quando & ubi Baptismus cœpit esse sub præcepto. 44
Diffic. Vt Baptismus sufficienter, & solemniter promulgaretur, quæ desiderabantur. 45
Diffic. An Euangelio sufficienter ꝓmulgato, adultus ꝑ cõtritionẽ, & Baptismum uoto iustificatus. Baptismum cõtemneret, solo Baptismi contemptu. damnaret. 49
Art. 10. An peccauerit D. Petrus seruans legalia, quando fuit a D. Paul. reprehensus. 45
Ar. ult. An præceptum Baptismi sit ad salutem neeessarium. 46
Quæst. II. De recipientibus Baptismum.
Art. 1. An pueri ante usum rationis sint baptizandi. ibid.
Art. 2. An paruuli infidelium inultis parẽtibus sint baptizandi. 47
Diffi. An infideles adulti minis, & terrorib. ad Baptismum compelli possint. 49
Art. 3. An paruuli intra uteros matrũ existẽtes possint baptizari. 50
Art. 4. Adultus habita fidei notitia, poteritne, Baptismum usq; ad mortem differre. 52
Art. 5. An requiratur dispositio in adulto baptizando, ut gratiam cõsequatur. 53
Diffic. An qui habet cõplacentiã alicuius peccati, sit baptizãdus. ib.
Diffic. An teneatur peccata confiteri, & pro illis satisfacere. ibi.
Diffic. An baptizãdus teneatur habere contritionem. ibid.
Diffic. An desideretur intentio suscipiendi in baptizato. ibid.
Ar. 6 An requiratur fides. 55
Diffic. An amentes, furiosi, & dormientes sint Baptizandi. ib.
Quæst. 3. de ministro baptismi.
Art. 1. An solis presbyteris conueniat ex officio baptizare. 56
Diffic. An pater filium baptizans peccet. ibi.
Art. ul. An minister baptismi unus numero esse debeat, ibi.
Diffic. An quando plures baptizãt eundẽ, possint hac forma uti; nos te baptizamus in nomine Patris, & filij, & spiritus. &c. 57
Quæst. 4. de effectis Baptismi, & eius præparatorijs.
Art. 1. An remissio omnis culpę, & pœnæ, tam æternæ, quã tẽporalis, sit peculiaris baptismi effect⁹. ib.
Ar. 2. An gratia per baptismum cõferatur. 58
Diffi. An apertio ianuæ cœlestis sit peculiaris Baptismi effectus. ibi.
Diffic. An gratia baptismalis æqualis omnibus concedatur. 59
Art. 3. An recedẽte fictione Baptismus suum sortiatur effectum. 60
Art. ult. De ꝑparatorijs ad Bapt. 61
Dif. An circũcisio fuerit Bap. ng. 61

Diffic. An debuerit institui circuncisio statim a lapsu Adæ. ibid.
Dif. Quib. fuit data sub p̃cepto. ib.
Dif. Quid de fœminis iudæorũ. 62
De baptismo Ioannis. ibid.
De Cathechismo. ibid.
Diffic. An illis uerbis abrenuncio sathanæ &c. baptizatus formale uotum seruandi præcepta diuina & ecclesia emittat. 63

De Exorcismo.

Diffic. an exorcismus ex opere operato expellat diabolum. ibid.

FLORES SACRAMENTI confirmationis.

Art. 1. an Confirmatio sit nouæ legis sacramentum. 65
Diffi. Quando fuit institutum. ibi.
Art. 2. an Chrisma ex balsamo, & oleo confectum, sit propria huius sacramenti materia. ibid.
Art. 3. Quænam est cõfirmationis forma. 66
Art. 4. Qui nam sunt huius sacramenti effectus. ibid.
Dif. an cõfirmato cõferat gratiã. ib.
Art. 5. an sit sub præcepto. 67
Art. 6. de susc ipientibus confirmationem, an sit conferenda paruulis ante usum rationis. 68
Diffi. an quis possit ante baptismũ confirmari. ibid.
Ar. 7. an ministeriũ Episcopale sit de necessitate hui⁹ sacramẽti. ib.
Dif. an quibus eundem confirmaret efficeretur irregularis. 69
Dif. Cur iterãtib. bapt. & nõ confirmationem imposita est. ibid.
Art. ult. De patrino Baptismi, & cõfirmationis. 70
Dubium. Quæ debent patrini paruulos docere. 71
Diffic. De ritibus & cæremonijs sacramenti confirmationis. ibi.

FLORES QVÆSTIONVM Sacramenti Eucharistiæ.

Quæst. 1. de his quæ ad essentiam Eucharistiæ pertinent. 72
Ar. 1. an Eucharistia sit nouæ legis sacramentum. ibid.
Diffi. Eritne sacramentum Eucharistiæ consecratio a sacerdote facta, an hostia consecrata, uel hostiæ sumptio. ibid.
Dif. Cum hostiæ species, & uerum Christi corpus reperiantur, quod istorum erit sacramentum. ibid.
Dif. Cũ sint duæ species panis, scilicet, & uini, eritne sacramentum Eucharistiæ unum an plura. 73
Art. 2. An hoc sacramentum fuerit cõuenientera Christo Iesu in ultima cœna institutum, atque in lege naturæ, & ueteri multis figuris præsignatum. 73
Art. 3. An panis triticeus aqua coagulatus sit propria, & necessaria huius sacramenti materia 74
Dif. aqua naturali deficiente, potestne panis aqua rosacea coagulatus cõsecrationis materia esse 75
Dif. an deficiẽte pane cocto in massa cruda possit fieri cõsecratio. ib.
Diffic. Differtne massa specie a pane. ibid.
Dif. Deficiẽte uino poteritne sacerdos celebrãs solũ panẽ cõsec. 76
Dif. an possit sacerdos quãtacũque panis & uini quãtitatẽ cõsecr. ibi.
Diffic. Quemadmodũ Ecclesia determinat absoluẽdi potestatẽ circa hanc materiã, & non circa illã poteritne etiam certã panis, & uini quantitatem determinare. ib.

Dif.

Dif. Poteritne & minimã quãtitatẽ materiæ sacerdos consecrare. 77
Dif. Quãdo sacerdos intẽdit consecrare decẽ hostias tantũ, si facta cõsecratione, reperiãtur undecim eruntne omnes consecratæ. ibid.
Dif. an sit necessaria materia præsentia, ut fiat consecratio. 78
Ar. 4. an. Xps Iesus in pane fermentato, uel azymo consecrauerit. 79
Diffic. an Ecclesia Græcorũ peccet in fermentato conficiendo. 80
Dif. Licebitne sacerdoti latino tpe necessitatis in fermẽtato cõfi. ib.
Ar. 5. an uinũ uitis sola, & propria huius sacramenti materia. ibid.
Diffic. An mustum possit esse consecrationis materia. 81
Diffic. an una materia musto nondum expresso possit esse materia Eucharistiæ. ibid.
Dif. an ẽt ex lora id est, (Agua pie) q̃ fit ex uuis parũ expssis, & aqua calida, fieri possit cõsecratio. ibi.
Art. 6. an uino non consecrato miseri possit aliquis liquor. 82
Diffic. Estne aquæ permixto de necessitate sacramenti. ibid.
Diffic. Quanta aquę quantitas erit apponenda. ibid.
Dif. Si uino iam fuit apposita aqua utre, eritne in missa iterum apponenda. ibid.
Diffic. an uino iam consecrato possit uinum non consecratum, aut alius liquor admisceri ibid.
Art. 7. De forma cõsecrationis corporis Christi. 84
Dif. An hoc sacramentum unam, uel plures formas habeat. 85
Dif. an hæc forma hoc est &c. sic præcisa; quin præcedãt illa uerba qui pride &c. 86
Dif. an posita forma consecrationis panis ante uini cõsecrationẽ suum sortiatur effectum. ibid.
Ar. 8. Sitne præcisa forma cõsecrationis sãguinis hæc: hic est enim &c. usque in remissionem peccatorum. 87
Dif. an Sacerdos cõuertat uinũ in sanguinem p hæc sola uerba, hic est enim Calix sãguinis meiante plationẽ reliquorũ uerborũ. 88
Dubium. Quid si præcisa forma sit hic est sanguis meus, & Sacerdos nõ habeat intẽtionẽ cõsecrãdi p ista sola uerba, sed per alia, quæ sequũtur cõficetne sacramẽtũ. ibi.
Dubium. Estne Græcis necessariũ ad ueritatem sacramenti, uti tota hac forma, hoc est corpus meum quod pro uobis frangetur, qua cõsecrare solent. 89
Ar. 11. Inestne aliqua uirtus [illegible] ctis formis efficiens consecrationem. ibid.
Ar. 10. An huiusmodi formæ sint locutiones ueræ. 90
Dif. An quod demonstratur per illud pronomen, sit aliquod commune uel singulare. 92
Diffic. Illud singulare uagum demõstratne corpus subratione entis, uel substantiæ. ibid.
Diffic. An pronomẽ, hoc, quãdo dicitur, accipite, & comedite ex hoc omnes, supponat materialiter tãtum. 93
Dif. an hæc oratio hoc est &c. significet conuersionem &c. 93
Dif. Estne prius natura conuersionem fieri, quam hæc propositio sit uera, an econuerso. ibid.

Quæst.

Quęſt. 2. De ſuſcipientibus Euchar.
Art. 1. An Euchariſtiæ ſuſceptio, quemadmodũ & Baptiſmi, ſit de neceſsitate ſalutis. 94
Dubium. Cui paruuli poſſunt per uotum interpretatiuum Euchariſtiæ effectum ſuſcipere non autẽ Baptiſmi effectum. ibid.
Art. 2. Quando chriſtus fuit hoc ſacramento uſus. ibid.
Diffic. An ſi tpe paſſionis ſeruata fuiſſet Euchariſtia, anima Chriſti ab eius cpe fuiſſet ſeparata. 95
Ar. 3. An q exigit in mortali, Euchariſtiã ſumat ſacramẽtaliter. 96
Diffic. quo tempore poſt ſuſceptionem deſinit eſſe Chriſtus ſub ſpeciebus conſecratis. ibid.
Diffic. An brutum comedẽs ſacramẽtũ deuoret ẽt Xpi corpus. 97
Art. 4. Peccat ne mortaliter, qui in mortali exiſtens, ad Euchariſtiã accedit. ibid.
Diffi. An qui habet confeſſoris copiam ante receptionem Euchariſtiæ teneatur peccatum, cuius eſt conſcius confiteri. ibi.
Diffic. An deficiente cõfeſſore, & nulla vrgente neceſsitate, in mortali exiſtente poſsit ſolo deuotione motus, uel celebrare, uel etiã Euchariſtiam ſumere. ibid.
Dif. Quãdo erit cẽſenda urgẽs neceſsitas, ut abſq; præuia cõfeſsione ſacerdos celebrare, uel non ſacerdos cõmunicare poſsit. ibid.
Dif. An laicus iam iam cõmunicaturus, cui ocurrit mortalitate peccatũ nõ cõfeſſum, poſsit abſq. cõfeſſione præuia illius peccati. Eucharistiam recipere. 100
Diffic. An poſsit ſacerdos excõmunicatus ratione uitandi ſcandalũ nõ ptermiſſa cõfeſ. celebrare. 101
Diffic. An ſit grauiſsimum omniũ peccatorum, Euchariſtiã in cõſcientia peccati mortalis recipere. 102
Ar. 3. An peccatori peręti Euchariſtiã poſsit ſacerdos illã negare. ib.
Diffi. Peccatori publico, ubi crimẽ eius ignotum eſt, eritne Euchariſtia neganda. 104
Diffic. Excommunicatus, & denuntiatus, cuius tamen excommunicatio eſt occulta, & Soli ſacerdoti nota, poteſtne a publica Euchariſtię receptione retici. ibid.
Diffic. Licetne Euchariſtiam alicui miniſtrare: ut eius crimen miraculoſe detegatur. ibi.
Diffi. Licetne occulto peccatori ex eiuſdem conſenſu, ut ſuo honori & famæ conſulat, hoſtiam non conſecratam porrigere. 105
Ar. 5. An corporalis immũditia, ut nocturna pollutio, Euchariſtiæ receptionem impediat. ibid.
Diffic. Peccatne mortaliter coniugatus, ſi eadem die, qua debitum ſoluit ad Euchariſtiã accedat. ib.
Ar. VI. An q ſolutio ieiunio Euchariſtiã ſumit, mortaliter peccet. 106
Diffi. An ſacerdos, ſi ante conſecrationẽ recordetur ſe non eſſe ieiunum, teneatur miſſam inchoatã non perficere. 107
Dif. ſũpta lotione poterit ſacerdos reliquias in patina excommunicatione ſæcularium remanentes ſumere. ibid.
Diffic. An in Eccleſia Græca ille dicatur eſſe ieiunus naturæ ieiunio qui poſt mediã noctem nihil cibi, aut potus ſumpſit, quemadmodum

dū in Ecclesia Romana. 108
Diffic. An qui deuorauit reliquias cibi inter dētes manentes, uel aqua abluens os, naturæ ieiunium soluisse dicatur. ibid.
Dif. Quo tēpore licebit post susceptionē Eucharistiæ prādere. 109
Art. 7. An sit non utētibus ratione Eucharistia tribuenda. ibid.
Diffic. Si aliquis Sacerdos paruulo daret Eucharistiam, reciperet ne sacramentalem gratiam. 110
Dif. Qua ætate paruuli ad Eucharistiam sumendā obligabuntur. ibi.
Art. 8. An liceat secularib. singulis diebus Eucharistiam sumere. 111
Diffic. Ex duobus æque ad Eucharistiam dispositis, uter erit magis laudandus, qui ob reuerentiā tāti sacramēti aliquot diebus abstinet, an qui propter deuotionem frequenter communicat. ibid.
Diffic. Fuitne in primitiua Ecclesia laicis præceptum communicā di singulis diebus. ibi.
Art. 9. Licetne alicui Christiano per totam a communione omni no cessare &c. 112
Dif. Estne Eucharistia de necessitate salutis, ut bapt. & penitētia. 113
Diffic. Aut sit præceptum diuinum sumere Eucharistiā tempore mortis quando pro uiatico datur. ibi.
Diffic. An sit Eucharistia damnatis ad mortem tribuenda. ibid.
Art. ult. An sit sub præcepto Sacerdotibus celebrantibus, & communicātibus, & laicis etiam sub utraque specie communicare. ibid.
Dif. Daturne maior gratia suscipiē ti Eucharistiā sub utraq; specie. 114
Quæst. 3. De effectis Eucharistiæ.
Art. 1. An uirtute huius sacramenti gratia conferatur. 115
Diffic. An Eucharistia possit primā gratiam, qua homo ex peccatore fit iustus, conferre. ibid.
Diffic. Confertne Eucharistia gratiā, quādo recipitur, an quādo species in stomacho corrūpūtur. ib.
Diffi. Requiriturne actualis deuotio tpe, quo sacerdos Eucharistiā recipit, ut sibi gratia cōferat. 116
Diffic. An qui timore uomitus Eucharistiam tantummodo adorat, gratiam sacramētalē recipiat. ibi.
Diffic. Estne effectus Eucharistiæ gloriæ consequutio, sicut gratiæ collatio. ibid.
Art. 11. Remittitne Eucharistia peccatum mortale. 117
Diffic. An detur accessus medius ad Eucharistiam ita: ut accedens neque peccet, neque gratiam cōsequatur. 118
Diffi. An uenialia peccata per Eucharistiam remittantur. ibid.
Diffic. An per Eucharistiam pœna temporalis luenda in purgatorio remittatur. 119
Quæst. 4. De existentia corporis Christi in Eucharistia.
Art. 1. An uere, & realiter sub hoc sacramēto corpus & sanguis Christi existant. 120
Art. 2. An totus Christi sub hoc sacramento contineatur. ibi.
Diffi. An uirtute cōsecrationis corpus ibi & anima, tanquam terminus formalis conuersionis panis uel per solam concomitantiam contineatur. 121
Art. 3. An totus Christus sub utraq; specie contineatur. ibid

Diffic.

Dif. An sub qualibet particula utriusq. speciei. totus etiam Christus contineatur.
Art.4.an eandē proprietates q̄ cor pori Christi Iesu sub modo naturali existenti in sunt, necesario eidem sub modo sacramentali in sit. ibid.
Art.5.an existentia corporis Christi in sacramento necessario eiusdem existentiam extra sacramentum, & sub modo naturali, supponat. 123
Art.6.an corpus Christi sub specie bus panis, & uini habeat dimensiones quantitatis, lōgitudinem &c. 125
Art.7.an corpus Christi sit sub quā titate panis, ut in loco. ibid.
Ar.8.an per diuinam potentiā posset idem corpus in diuersis locis existere. 128
Ar.9.an corpus Christi sacramētaliter existēs possit ab aliqua creatura motu locati moueri. 129
Diffi. an possit motu alterationis moueri. 130
Dif. an habeat Christus in Eucharistia easdē actiones immanentes quas sub modo naturali habet, v. g. uisionem, auditionem &c. ibi.
Dif. Possetne Deus per suam omni potentiam corpus Christi, quatenus est in Eucharistia, calefacere. 131
Dif. an Christus quando desinit esse in sacramento corruptis specie bus, mutari dicatur. ibid.
Art.10.an corpus Christi. ut & in Eucharistia, uirtutem transmutādi substātialiter, & localiter aliud corpus a seipso habeat. ibid.
Art.11.an aliquis intellectus creatus possit corpus Christi, ut & in Eucharistia, uidere naturaliter. 132
Ar.12.an per Dei omnipotentiam corporalis oculus possit existentiam corporis Christi in Eucharistia uidere. 134
Dif. Oculus Christi uidetne suum corpus in Eucharistia. 135
Art.ult.an quando in sacramento caro uel sanguis, uel alia uisio apparet sit Christus ibi sacramentaliter. ibid.
Diffic. Si hostia sanguinea appareat, uel puer, quid erit sacerdoti faciendum. 136
Quæst.5. De conuersione &c.
Art.1.an panis in corpus Christi cōuertatur. ibid.
Dif. an facta conuersione simul cū corpore, & sanguine, panis, uelui ni substantia maneat. 137
Dif. an conuersio in instanti, uel successiue fiat. ibid.
Diffic. Quibus uerbis hęc conuersio explicari debet. 138
Dif. an quodlibet in quodlibet possit trāsubstantiari, ut lapis in deū uel angelum. ibid.
Art.2.an panis desitio fit annichilatio, uel corruptio, uel transubstantiatio. 140
Quæst.6. De accipientibus Eucharistia permanentibus.
Art.1. Sitne accidentia in hoc sacramento sine subiecto. 141
Dif. an sit eadem notitia sensibilis, quæ de accidentibus ante & post consecrationem habetur. ibid.
Art.2. an reliqua accidentia sint in quantitate, tanquam in subiecto in Eucharistia. 142

Art.

Art.3. Poterũtne ſpecies cõſecratæ corpus aliquod extrinſecũ p alterationẽ naturaliter mutare ibid.
Art.4. An qualitates Euchariſtiæ ab agente naturali poſſint corrũpi. 143
Dif. an quãtitas Hoſtiæ cõſecratæ naturaliter poſsit corrũpi. 144
Dif. an ſacramentales ſpecies principaliter frangantur. 145
Art. ult. An ex accidentibus, tanquam ex materia, naturaliter ſubſtantia poſſit generari. ibid.
Dif. An poſsit homo ſpeciebus cõſecratis nutriri. 147
Quæſt. 7. De miniſtro Euchariſtię.
Art. 1. an ſolus Sacerdos rite per Epiſcopus conſecratus poſsit eſſe Euchariſtiæ miniſter. 148
Dif. Fidelis in m. peccato exiſtẽs a mittitne cõſecrãdi poteſtatẽ. ibi.
Dif. Hæretici, ſchiſmatici; & excõmunicari poſſuntne Euchariſtiã conficere. 149
Dif. an miſſa hæreticorum, & excommunicatorũ illis, pro quibus offertur, ad impetrandum, & pro peccato ſatisfaciendum, pſit. ibi.
Dif. an ſacerdos degradatus poteſt conficere Euchariſtiam. ibid.
Dif. An peccet, qui miſſam peccatoris, uel Hęretici, ſchiſmatici, excommunicati, audit. ibid.
Diffic. an propter Sacerdotem poſſit Diaconus Euchariſtiam populo miniſtrare. 150
Diffic. Poſſuntne omnes Sacerdotes iure poſitiuo Euchariſtiam populo miniſtrare. ibid.
Dif. Poteruntne plures Sacerdotes ſimul eandem Hoſtiã conſecrare ut poſſunt plures eundẽ bap. 151
Diffic. Tenebiturne Sacerdos conſecrans Euchariſtiam recipere. 142
Diffic. Poteritne Sacerdos non curatus p totam uitam ſine peccato a celebratione miſſę abſtinere. ib.
Diffic. Eſtne tanti ualoris, mali Sacerdotis atque boni miſſa. 143
Quæſt. De ualore Miſſæ.
Art. 1. An. Miſſa ſit ſacrificium. ib.
Dif. Eſtne de ratione ſacrificij miſſæ Hoſtię, ſiue uictimę occiſio. 154
Diffic. Quænam ſunt de huius tanti ſacrificij ratione. 155
Diffic. Eſtne. modo aliquod cæremoniale ſacrificium, præter miſſæ ſacrificium. 156
Dif. Suntne multi huius ſacrificij fructus. ibid.
Art. 2. An miſſa oblata pro multis. tãtũ ſingulis, ac ſi pro uno dũtaxat offerretur, prodeſſe poſsit. 157
Diffi. Accipiturne licite ſtipendiũ pro labore inter celebrandũ. ibi.
Art. ult. De ritu miſſæ. 158
Dif. Qui miniſtri miniſtrare prohibentur. ibi.
Diffi. quibus in locis celebrare licet. 159
Dif. Quibus diebus integrum erit miſſam celebrare. ibi.
Dif. Qua hora poterit ſacerdos rẽ ſacram facere. 160
Dif. Quibus ueſtibus, & uaſis miſſa celebranda eſt. ibid.

FLORES SACRAMENTI Pænitentiæ.

Quæſt. 1. De his quæ an eſſentiam pœnitentiæ pertinent.
Dif. an pœnitentia ſupponat pro abſolutione a Sacerdote facta, an pro actib. pœnitentib. contritione,

ne, cõfessione, & satisfactione. 161
Diffic. an sit sacramentum pœnitẽtiæ materia sola, an forma sola, an utrunque simul. 162
Diffic. An peccata commissa sint huius sacramenti materia. 164
Dif. an forma sufficiens sit; Ego te absoluo. ibid.
Diffi. an impositio manuũ sacerdotis ad hoc sacramentum requiratur. 165
Diffi. An hoc sacramentum sit de necessitate salutis. ibid.
Dubium. Quid si præ nimio dolore pœnitens non recordetur proponere obseruantiam mandatorum Dei in posterum. 166
Diffic. An pœnitentia sit secunda tabula post naufragium. ibid.
Diffi. Quando fuit hoc sacramentum institutum. ibid.
Diffi. an post peccatum cõmissum & per actam de illo pœnitentiã. teneatur omnis homo usque ad finem uitæ, dolorẽ habere. ibid.
Diffic. an sacramentum pœnitentiæ sit iterabile. 167
Art. 2. an pœnitentia sit uirtus, uel uirtutis. habitus. ibid.
Diffic. an sit uirtus generalis uel specialis. 168
Diffic. an pœnitentia sit uirtus infusa uel acquisita. ibi.
Diffic. an sit pœnitentia mortalis, uel Theologica uirtus. 169
Diffic. an pœnitentia uirtus, sit iusticia species. ib.
Diffic. an pœnitentia sit in uoluntate, tanquam in subiecto. 170
Ar. 3. an uirtute pœnitẽtiæ omnia peccata mortalia post Baptismũ commissa remittantur. ibid.
Diffic. Quidnam est peccatum in spiritum Sanctum, & cur irremissibile nominatur. 170
Diffic. an aliquod peccatum possit sine pœnitentia remitti. 172
Diffic. Homo transacto peccati actu, a qua re peccator denominatur. 174
Diffic. Quando deus condonat alicui peccatũ, quid remittitur. 175
Diffi. an per solum actum dilectionis Dei super omnia absq; actuali displicentiam aliquando peccata remittantur. ibi.
Dubium. Ille cui remissa sunt peccata per dilectionem &c. si illorũ deinceps. recordetur, tenebitur ne pœnitere. 176.
Dif. an per martyrium pœnitentia, martirium illorum remissionem consequatur. ib.
Dubium. an qui dormiens, & in mortali existens, in contumatia tristi occiditur, per martyrium iustificetur. 177
Diffic. an sola omnino sit satis aliquãdo ad peccatorũ remissionẽ sine actuali illorũ displicẽtia. ib.
Dif. an peccata per ignorantiam commissa remittantur per dilectionẽ Dei, super omnia, aut uirtute generalis pœnitentiæ. 178
Diffic. an possit Deus remittere unum peccatum sine alio. 179
Diffic. an dimisso peccato quoad pœnam æternam, remaneat pœna temporalis luenda. 180
Art. 5. an peccata uenialia etiam uirtute pœnitentiæ remittantur. ibid.
Diffic. an peccata uenialia sint dictum uel factum. &c. ibi.

Dubium.

Dubium. Veniale ex imperfectione actus estne contra præceptum diuinum. ibid.
Diffic. an pœnitentia sit necessaria ad remissionem uenialiũ. 181
Diffic. an requiratur propositum cauendi deinceps uenialia 182
Diffic. an propositum cauendi uenialia, quorum pœnitet, debeat esse formale, uel virtuale. ibid.
Diffic. An qui habet propositum committendi veniale ex contemptu, mortaliter peccet. ibi.
Dif. an uirtute atritionis uenialia remittantur, attrito in gratia existente. ibid.
Dif. an quoties prima gratia per contritionem, vel sacramentũ infunditur uenialia remittant 183
Dif. an per receptionem cuiuscunque sacramenti omnia uenialia remittantur. ibid.
Dif. an etiam per quemcunque actum meritorium. ib.
Diffi. an etiam uirtute martyrij, quod aliquis inter dormiendum patitur illi uenialia remittantur. ibid.
Diffic. an in purgatorio remittantur uenialia. ibi.
Diffic. an uenialia per sacramenta remittantur. 184
Diffic. an remittantur etiam sint quoad pœnam. 185
Diffi. an prædictis opinionibus uenialia ex opere operato, uel operantis remittantur. ibid.
Diffic. an uenialia absque mortalibus remitti possint. ibid.
Art. 5. an possit Deus de potentia absoluta remittere peccata sine gratiæ infusione. 186
Dif. an ad remissionem uenialiũ requiratur ẽt gratiæ infusio. 188
Dif. an actus pœnitentiæ sit prior infusione gratiæ. 189
Diffic. an gratiæ infusio sit remissione culpæ prior natura. ibi.
Art. 6. an pœnitentia a timore pœnarum inferni incipiat. 90
Art. 7. an uirtute pœnitentiæ omnia materia propter peccatum amissa reparentur. 193
Diffic. an illa opera etiam quoad satisfactionem, reuiuiscant. 194
Art. ult. an peccata dimissa, peccatore ad uomitum redeunte, redeant. 195
Diffic. an una conuersio sit alia deterior. ibid.
Diffic. an pœna damni sit in uno intensior, quam in alio. ibi.
Diffic. an peccatum semel iam dimissum, possit secũdũ Dei omnipotentiam redire. 196
Dif. Peccatne grauius, q̃ cadit ab innocẽtia, an qui a pœnitẽtia. 196
Dif. an ingratitudo, qua peccatũ debet esse grauius, sit circonstantia speciali lege prohibita. 197
Diffic. An circonstantia ingratitudinis sit confitenda. ibid.

Quæst. de Contritione.

Art. 1. De definitione Contritionis. ibid.
Dif. An Contritio sit dolor actualis, id est, actualis, peccati nolitio. ibid.
Diffic. an talis nolitio debeat esse propter Deum offensum. ibi.
Dif. an requiratur actuale propositum cauendi in futurum, & auferẽdi omnes pec. occasiones. 198
Dif. An ad sufficientem contritionem,

nem, actuale propositum confitendi tempore debiti & satisfaciendi requiratur. 199
Art.2.Quorum peccatorum sit habendus dolor. ibid.
Dif An de peccato originali sit habendus dolor. 200
Dif.An de mortalibus sit necessario habendus dolor. ibid.
Dif. an de peccatis alienis teneantur habere dolorem. ibid.
Dif.an de peccato futuro sit habẽdus dolor. ibid.
Dif.an sufficiat ad ueram contritionem generaliter de peccatis dolore nulla illorum propria recogitatione,an prius sint omnia in memoriam reuocanda. 201
Art.3.an dolor de peccatis debeat esse maximus secundum intẽtionem. 202
Dub. Quare anima intensius odit malum pœnæ, quam culpę; ex hoc magis noceat. 203
Dif.an contritio nimis intensa, quæ grandẽ generat tristitiã, sic laudabilis. ibid.
Dif.an sit actus charitatis eligere in seipso minus grauia peccata,pp grauiora in proximo uitãda 204
Dif.an possit habere istũ actũ;potiusvellẽ aliquod ueniale cõmisisse, q̃ quod Xp̃s passus fuisset. ibi.
Dif.an requiratur extẽsio doloris, p aliq̃ tẽporis morã a Deo p̃fixã.ib.
Art.4.an actus attritionis idem numero possit fieri contritio. 205
Art.5. De necessitate,& præcepto contritionis. 206
Dif. Est ne ita sub præcepto; ut nõ pœnitere sit nouum mortale. ib.
Dif. Tenebitur ne statim post peccatum commissum pœnitere,sub noui peccati pœna. ib id.
Dif.quando cõfessio est sub præcepto,deficiente sacerdote,q̃ alicuius peccati mortalis recordatur, nunqd ad pœnitẽdũ tenebit' 108
Dif.Post semel peractam pœnitentiam tenebiturne homo quoties suorum peccatorũ recordabitur pœnitere. 109
Diffic.tenemur de alienis peccatis habere dolorem. ibid.
Art.ult.An contritio sit remissionis peccatorum causa. ibi.

Quæst.de Confessione.

Art.I.An confessio sacramentalis sit de iure diuino. 211
Dif.an confessio fuerit de lege naturali. ibid.
Dif.an in lege scripta fuerit peccatorum confessio instituta. ibid.
Dif. an sit confessio a Christo tanquam necessaria ad salutem instituta ut est Baptismus. 212
Dif.an sit de necessitate sacramẽti:vt fiat vni sacerdoti adaurẽ.213
Dif.an sit de iure diuino iste confitendi modus;ut sit quoque de essentia sacramenti. ibi.
Dif.an cõfessio sit sub p̃cepto. ibi.
Dif.an fuerit semper hæreticũ negare confessionis præceptum,vel de illa dubitare. 214
Art.2.Qui teneantur ad confessionem. ibid.
Dif. An sit omnibus hominibus, etiam infidelibus confessionib. præceptum impositum. ibid.
Dif. an papa teneatur ad sacramẽtalem suorum peccatorum confessionem. 215
Dif.a quo Sacerdos Papam absoluens

uens facultatem habet. ibi.
Dif. Qua ætate pueri ad confessionem suorum peccatorũ tenebuntur. 216
Dub. an pueris ante decimũ quartum annũ, & puellis ante duodecimum possit Eucharistia ministrari. ibid.
Dif. an mutus teneatur cõfiteri, ib.
Dif. an qui non habet sacerdotem sui idiomatis, teneatur per interpretem confiteri. ibi.
Dif. an si quis ita confiteretur, esset sacramentalis confessio. 217
Dif. An habens tantum peccatum ueniale, teneatur ex præcepto Ecclesię singulis annuis cõfiteri. ib.
Dif. an qui tempore mortis loqui nõ potest, si generaliter confitea tur, ostendens tunsione pectoris contritionis signa, sit sacramentaliter absoluendus. ibi.
Dif. Qui præter prædictos ad confessionem teneatur. 218
Dif. an possit Ro. Pont. in aliquo casu dispẽsare, ne aliqs p totã uitã ad cõfessionẽ teneatur. ibi.
Art. 3. Quibus temporibus confessio est sub præcepto ibi.
Dif. an homo, cum primum mortaliter peccat, statim iure Diuino confiteri teneatur. ibid.
Si non esset ab ecclesia determinatum tempus, quorũ iudicio standum esset. 220
Dif. an præceptum annuæ confessionis obliget transgressores ad mortale. ibid.
Dif. Qui non est confessus per integrum annum, poterit differre confessionẽ usque ad finem anni sequentis. 221
Art. 4. De integritate confessionis De que eius materia. ibi.
Dif. Sitne ueniale peccatum materia confessionis. ibid.
Dif. Sintne omnia mortalia peccata. confessionis materia. ita ut peccet, qui illa nõ confitetur. ib.
Dif. Suntne omnia peccata quantum ad numerum confitẽda. 222
Dif. Quid si peccatorũ recordatio impossibilis esse uideat; ut si meretrix p triẽniũ fuerit in loco publico, quomodo n. exprimat. 224
Dif an circunstantiæ, quæ peculiari præcepto nõ prohibentur sint necessario confitendæ. ibi.
Dif. An circunstantia diei festi sit necessario confitenda. 226
Dif. an quodlibet peccatũ in loco sacro cõmissũ speciem mutet. ib.
Dif. an circunstantia stupri sit necessario confitenda. ibid.
Dif. an pẽnitẽtiã ex ignorãtia prætermittentẽ aliquod peccatũ, teneat sacerdos illud sciẽs illustrare; ut pẽniteat & cõfiteatur. 227
Dif. Quid si pœnitens prætermittat aliquod mortale peccatũ nõ ex ignorãtia inuincibili; sed ex obliuione, eritne a confessore admonendus. 228
Ar. De casibus reseruatis, explicandæ sunt tres difficultates. ibi.
Dif. Si pẽnitens obtẽta facultate a superiore fecerit cõfessionẽ irritã, ut si ficte confessus sit, tenebitẽ ne iterũ authoritatẽ petere. 231
Dif. Si superior nolit authoritatẽ concedere, tenebiturne pœnitẽs illi confiteri. ibi.
Dif. quãdo absolute Prælat⁹ authoritatẽ cõcedit intelligetur ne de

reseruatis tantum ante cõmissis, uel etiam de cõmittendis intra spatiũ a superiore cõcessum. ibi.
Dif. Si Papa concesserit authoritatem a reseruatis faciens omnia, quæ in Iubileo continentur, si pœnitens V.g. feria sexta non ieiunauit, ut tenebatur, ualebitne reseruatorum absolutio ante feriam sextam facta. 232
Dif. Qui in articulo mortis, uel ꝓpter aliud impedimentum, fuit a censura, uel excommunicatione Papæ, uel alicui superiori reseruata absolutus, cessante illo articulo siue periculo tenebiturne iterum communia superiore comparere. ibi.
Dif. Poteritne alius a Rom. Põt. in foro conscientiæ a censuris sedi Apost. & casibus Cœnæ Domini, & a crimine hæresis hodie absoluere. ibid.
Dif. Quãdo ex cõfessione alicuius peccati timetur malũ aliquod pœnæ, uel culpæ, poteritne pœnitẽs illud peccatum cœlare. 233
Dif. Quando sacerdos, & pœnitens sunt cõtrariæ opinionis, tenetur Sacerdos illum absoluere. 234
Art. 5. Quinam sunt sacramentalis confessionis effectus. ibid.
Art. 7. Quæ nã sunt bonæ confessionis cõditiones, & quot nu. ibi.
Ar. 7. quando erit reiterãda cõfessio. 235
Dif. an quando pœnitens ex malitia non integre cõfitetur, confessionem reiterare teneatur. ibid.
Dif. an confessio ex negligentia dimidiata sit reiteranda. ibi.
Dif. Quando ex ignorantia dimidiatur, & est reiteranda. 23.
Dif. an cõfessio in formis sit reiteranda. 237
Dif. an pœnitentiæ Sacrm fictione p cõtritionẽ recedẽte, suũ ut Baptismus, sortiatur effectum. 238
Dif. Qui ficte in quadragesima cõfitetur, & a Sacerdote nõ absoluitur excusabiturne a præcepto Ecclesiæ de annua confessione. ibi.
Dub. Tenebiturne sacerdos sigillum secreti talis confessionis eo seruare. 239
Dif. An pœnitens excommunicatus reticens, excommunicationẽ teneatur reiterare cõfessionẽ. ib.
Dif. an q̃ mentiẽ in cõfessione imponens sibi aliquod ueniale, aut mortale, confessionem reiterare teneatur. 239
Dif. an cõfessio ob defectum sufficiẽtis cõfessoris, si reiterãda. 240
Dif. Pœnitẽs, qui ex negligẽtia uel obliuione pœnitentiam iniunctam non impleuit; tenebiturne reiterare confessionem. 241
Dif. Estne utilis iteratio confessionis ualidæ. ibi.
Art. 8. De ministro sacramenti cõfessionis. 242
Dif. Poteritne sacerdote deficiente, laico fieri confessio. ibi.
Dif. Laicus, si confessionem audiat, & sacramentaliter absoluat efficitur ne irregularis. ibi.
Dif. Eritne satis simplici sacerdoti confiteri, uel necessario proprio sacerdoti erit confitendum. 243
Dif. Quis nã erit sufficiens cuiuscunque status confessor. ibid.
Dub. Poteruntne Guardiani, Abbates, Priores, Prouinciales &c. sibi con-

confessores quemadmodum Episcopi, eligere. ibid.
Dubiũ. Propter malitiam, & ignorantiam proprij sacerdotis, potest ne aliquis, nõ obtẽta ab illo licentia, alieno confiteri. 246
Dubium. Peccabitne cõcubina, proprij Curati illi confitendo ibid.
Dif. an propter annuã cõfessionẽ teneantur Curati suorum subditorum, quoties confiteri voluerint, suas confessiones audire. ib.
Dif. q cõfessi sũt fratrib. priuilegiatis, tenẽtur ne proprio cõfiteri. ibi.
Dub. Quid potest cõfessor ab Episcopo approbatus efficere. 247
Dif. Potestne habens bullam Cruciatæ simplicem sacerdotem in Confessione eligere. ibi.
Dif. Poteruntne Religiosi inuito Prælato per facultatem Episcopi audire confessiones. ibid.
Di. In ar. mortis potest pœnitẽs cuicunque sacerdoti excommunicato, suspenso, Apostatæ, siue hæretico confiteri. 249
Dif. Potestne laicus in Art. mortis aliquem ab excommunicatione absoluere. ibi.
Dif. Quando minister non habet iurisdictionem, confessio iila facta eritne ualida. ibi.
Art. ult. De sigillo confessionis. ib.
Dif. Quo iure Sacerdos ad sigillũ confessionis tenetur. 250
Dif. An Sacerdos peccatorem impœnitentem silere teneatur. 251
Dif. An possit sacesdos reuelando confessionem uenialiter tantum aliquando peccare. ibid.
Dif. Licetne confessori laudare pœnitentem, ibid.
Dif. An sacerdos in crimine partũ cipantem, etiam sub sigillo confessionis cœlare teneatur. 252
Dif. An integrum si sacerdoti dicere in generali, Ego audiui peccata in confessione, sine ulla pœnitentis reuelatione. ibid.
Dif. An possit Sacerdos ex facultate pœnitentis reuelare peccatum quod ī cõfessione tãtũ nouit. ib.
Dif. an sacerdos possit sine Sacrilegio, crimẽ, quod scit duplici uia cõfessione. s. & extra, reuelare. ib.
Dif. Licetne unam confessionem in alia reuelare, quãdo alias integra confessio fieri non potest. ib.
Dif. sacerdos poterit negare se in confessione crimen alicuius pœnitentis audiuisse. 253
Dif. An Sacerdos ob crimen in sola confessione cognitũ possit pœnitentem ab aliquo actu tanquã indignum repellere. ibid.
Dif. Poteritne Prælatus p notitiã aliquorũ criminũ, quã ex sola cõfessione habet, eorũdẽ de nouo inquisitionem facere. 254
Dif. Si Prælatus, inuenerit peccata subditi scripta ad confessionẽ faciendam, poterit inquisitionem facere. ibi.
Dif. Licebitne sacerdoti communicare cũ pœnitente aliquod peccatum extra confessionem in sola confessione notum. ibi.
Dub. qd, si Sacer. errorẽ aliquẽ intollerabilem cõmiserit &c. ibid.
Dubium. Alia, quæ in confessione præter peccata dicunt cadũtne sub confessionis sigillo. 255
Dub. Quæ extra sacramentũ sub sigillo cõfessionis committuntur

eruntne sub tali sigillo tenẽda, ib.
Dif. testis, qui secreto nouit aliqd crimen, teneturne, in iudicio per contanti iudici respondere se nihil scire. ibi.

Quæst. de satisfactione.

Art. 1. De his, quæ ad essentiam satisfactionis pertinent. 256
Dif. an possit homo Deo pro iniuriis, & peccatis in illũ commissis satisfacere. ibi.
Dif. potest satisfactio ex alias debito fieri. ibi.
Dif. an qui adimplet pœnitentiam audiens missam de pręcepto, satisfaciat. 257
Dif. an dimisso peccato quoad culpam, maneat aliqua pœna, p qua satisfaciendum sit ante gloriæ ingressum. ib.
Dif. an in peccato mortali existens pro peccatis alias dimissis satisfacere possit. ibi.
Dif. an præcedentia opera adueniẽte gratia sint satisfactoria. 259
Dif. an opera facta extra charitatẽ imminuant inferni pœnas. ib.
Art. 2. Quibus operibus debet fieri satisfactio pœnalibusne. ibi.
Dif. possumusne pro peccatis dimissis satisfacere per flagella, quæ nobis a Deo mittuntur. 260
Dif. Suntne satisfactoria iux. quãtitatẽ patientię, an flagellorum, ib.
Dif. Suntne tria operum satisfactoriorum genera. 260
Dif. potestne unus pro alio satisfacere. 261
Art. 3. de purgatorio. 262
Dif. an sit purgatorium post hãc uitam. ibid.
Dif. an pœna purgatorii sit maior quacunque alia præsentis uitę pœna. ibi.
Dif. Quorum ministerio animæ in purgatorio cruciantur. ibid.
Dif. an pœna existentiũ in purgatorio sit meritoria, & uolũtaria, ibi.

Flores quæst. de sacram. extremæ vnctionis.

Art. 1. de his, quæ ad essentiam huius sacramenti pertinent. 263
Dif. an extrema unct. sit sacram. ib.
Dif. an hoc sacramentum sit a Christo institutum. 263
Dif. Cum habeat plures unctiones & formas, estne unum sacramentum, an plura. ibi.
Dif. Quæ nam est huius sacramenti materia. ibi.
Dif. Quęnam est huius sacramenti forma. 264
Art. 2. de effectu huius sacram. ibi.
Dif. an sit remissio uenialium principalis effectus. ibi.
Art. 3. an solus sacerdos sit huius sacramenti minister. 265
Art. 4. de recipientibus extremã vnctionem, an sit ministranda sanis furiosis, & pueris. 265
Dif. estne de necessitate huius sacramenti determinatas corporis partes ungere. 266

Flores quęstionum de sacramento ordinis.

Art. 1. de his, quæ ad essentiam sacramenti ordinis pertinent. 267
Dif. an ordo sit nouæ legis sacramentum. ibid.
Dif. Quando fuit hoc sacramentũ a Christo institutum. ibi.
Dif. an sacramentum ordinis in septem ordines, quorum quilibet sit sacramentum, recte diuidatur,

tur, 268
Dub. Tres ordines sacri imprimũt ne characterem. 269
Dif. Qua actione cuiuscũque ordinis character imprimitur. ibid.
Dub. Instituitne Christus diaconatum, & subdiaconatum. 270
Dub. Peccantne mortaliter diaconus, & subdiaconus, in mortali hęc sacramenta exercentes. ib.
Dub. Licetne septem ordines præpostero ordine percipere. ibid.
Dif. Quæ nã est presbyteratus forma. ib.
Dub. Estne de essentia huius sacramenti; ut ordinandus tangat materiam. ibi.
Art. 2. de annexis huic sacramento 271
Diffi. an sacerdotium, & episcopatus sint ordines iure diuino distincti. ibid.
Dif. Estne episcopatus ordo distinctus a sacerdotio. ibid.
Art. 3. de ministro huius sacramenti, an sit solus episcopus. 272
Art. 4. de suscipientibus hoc sacramentum. 273
Diffi. paruulus ordinatus teneatur contrentium sacris ordini b. annexam seruare. ibid.
Dif. Quando ratione homicidii irregularitas contrahetur. 275
Dubium. de defectu ex parte delicti. 277
Dub. In quibus casibus aliquis est suspensus. 278
Dubium. Malitia sacerdotis impediatne characteris impressionẽ. 279
Art. 5. an Papa habeat etiam supra omnes christianos temporalẽ iurisdictionem. ibi.
Art. ult. an clerici in sacris constituti sint quantum ad personas in potestate ciuili per ius diuinum exempti. 280
Dif. Teneanturne clerici seruare leges regni in quo uitam degunt. 281
Flores Theologorum quæst. sacramenti matrimonij.
Quæst. i. de his, quæ ad essentiam matrimonij pertinent.
Art. i. an matrimonium sit ex institutione diuina, an ex naturali dũtaxat. ibi.
Artic. 2. an matrimonium fuerit a Deo mediate per ministros, uel immediate ab ipso institutũ. 282
Diffi. Quando fuit matrimonium institutum. ibid.
Dif. an matrimonii institutio fuerit consilium, uel præceptũ. 283
Dif. Obligatne hoc præceptũ nunc omnes homines. ib.
Art. 3. an oscula complexusque maritalis, coniugalis copula licite fiant, sintque gratiæ, & glorię meritoria. 284
Arti. 4. Sitne matrimonium nouæ legis sacramentum. 285
Dif. Confertne gratiam, ut est nouæ legis sacramentum. ibid.
Dif. Quænam est matrimonii materia & forma. ibid.
Dif. Quis est huius sacramenti minister. 286
Art. 5. Sitne coniugalis copula de essentia matrimonii. ibi.
Dist. 27. ar. i. quænam est matrimonii definitio. 287
Art. 2. an sit de intrinseca rõne matrimonii mutuus consensus. ibid.

Dif.

Dif. Talis consensus estne signo aliquo exteriori necessario declarandus. 288
Dif. Si Deus uni contrahentiũ alterũ uellet reuelare, essetne hoc satis. ibi.
Dif. Talis consensus a quo est exprimendus. ibid.
Dif. Matrimonium per procuratores contractum estne sacramentum. 289
Dif. Quando alter coniugum ficte contrahit, estne uerum matrimonium. ibid.
Diffi. an matrimonium ratum per ingressum religionis alterius cõiugis dissoluatur. ibid.
Dif. Qua authoritate matrimoniũ ratum dirimitur. 290
Dif. Matrimonium consummatũ potestne aliquando quantum ad uinculum utroque coniugum uiuente dissolui. ibid.
Dif. an sit hoc sacramentum separabile quoad thorum. ibid.
Dub. Quid si alter coniugum solũ religionem profiteatur. 291
Dif. Si unus coniugum de licẽtia alterius professus sit religionem, poteritne, facta professione, qui in sæculo manet illum extrahere. 291
Diffi. Extractus a religione sol. matrim. per mortem alterius tenebitur reuerti ad religionem. ibi.
Dif. Quid si de facto secundas nuptias contrahat. ibi.
Dif. Quid de coniuge qui fine alterius licẽtia solemniter professus est, & ab alio extractus a religione, illo mortuo ad quid tenebitur. ibid.
Dif. Poteritne illi secũdas nuptias contrahere. ibid.
Dif. Suntne hæc uera quando promouetur ad sacros ordines, aut assumitur ad episcopatum. 292
Dif. Quid de separatione coniugũ quæ fit per adulteriũ uxoris. 292
Diffi. an possit Papa dispensare in matrimonio rato, quoad uinculum, ita ut uterque possit ad secũdas nuptias tranfire. ibid.

Art. 4. de sponsalibus.

Dif. an sint promissiones futuratũ nuptiarum. ibid.
Dif. Qua ætate licet sponsalia contrahere. 293
Dif. an sponsalia iuramento affirmata, matrimonij robur obtinent. 293
Dif. Poteritne iudex ecclesiasticus in foro exteriori sponsum cõpellere, ut iuramentũ adimpleat. 294
Diffi. Quid si interim cum alia per uerba de præsenti contrahat. ibi.
Diffi. Copula carnalis post sponsalia de futuro facitne uerum matrimonium. ibid.
Diffi. an in aliquo modo dissolui sponsalia possint. ibi.
Art. ul. Suntne bigami irregul. 295
Diffi. Potestne Papa in bigamis dispensare, ut ad sacros ordines promoueantur. 296
Diffi. an irregularitas bigamiæ per baptismum tollatur. ibi.
Dif. an irregularitas ex homicidio per baptismum tollatur. 297

Quæst. de matrimo. conditionato.

Ar. unicus. an contractus matrimonialis sub conditione factus, conditione nõ existente ualeat. 297
Dif. Quid si conditio de præsenti,

uel

uel de præterito, per uerbum de futuro in cõtractu matrimoniali ponatur. 298
Dif. Quando conditio contingens de futuro uerbo de præsenti apposita impletur, estne nouus consensus necessario præstandus. ibi.
Dif. an conditio habilitatis, posita quando personæ sunt inhabiles ad contrahendum, faciat sponsalia. ib.
Diffi. an conditio impossibilis reddat matrimonium nullum. 299
Dif. an conditiones contrariæ substantiæ matrimonii illud annullent. ibi.
Dif. an conditiones possibiles, & turpes reddant nullum matrimonii contractum, quando nó sunt contra illius substantiam. 300
Dif. Quid si dicat, contraho tecũ, si mecum prius concubueris. ibi.
Dif. an hæc conditio, si te virginẽ inuenero, sit turpis ita ut pro nõ adiecta habeatur. 301
Dif. an ualeat matrimonium, quãdo, conditio est negatiua. ibid.

Quæst. de consensu libero, & coacto.

Art. 1. an metu cadentem in constantem uirum matrimonii contractus annulletur. 302
Dif. eritne tale matrimonium nullum iure diuino, & naturali an ecclesiastico tantum. ibi.
Dif. annulletne matrimoniũ omnis metus cadens in uirum constantem. 303
Dif. an matrimonium metu graui contractum, & iuramento firmatum, sit perinde irritum, ac si sine iuramento contrahatur. 304
Dif. an quando metu graui ad contrahendum, & consumandũ matrimonium aliquis compellitur, sit uerum matrimonium. ibid.
Dif. matrimonium quod antea erat nullum, per subsequentẽ liberam cohabitationem, aut matrimoniale usum effici ualidum. ib.
Artic. 2. de compulsione per imperium. 305
Dif. an pater possit filium ad cõtrahendum matrimonium compellere. ibid.
Diffi. Potestne princeps, uel iudex aliquando subditum metu mortis, siue carceris ad contrahendũ compellere. ibi.

Quæst. de impedimento erroris.

Art. 1. an error in persona, uel in cõditione uerum matrimonium impediat. 306
Art. 2. an error in bonis, & qualitate matrimonium impediat. ibid.
Art. 3. an inter sanctissimam uirginem, & beatissimum Ioseph fuerit uerum matrimonium. ibid.
Dif. Habueritne in lege ueteri præceptum contrahendi matrimonium a potente illud contrahere 307

Quæst. de bonis matrimonii fidei, s. prolis, & sacramenti.

Dif. Indigetne matrimonium aliqua excusatione. ibid.
Dif. Quænam sunt matrimonii bona. 308
Dub. Quod istorum bonorum est dignius, & magis ad matrimonii essentiam pertinens. ibi.
Diffi. Secluso fine prolis, & fidei, actus coniugalis estne licitus. ibi.
Dif. an accedens ad propriam sola causa

causa uitandi fornicationem cũ non sua,uenialiter peccet. 309
Dub. Quando abusus actus matrimonialis erit mortale peccatũ ib.
Quæst. de oblig. soluendi deb.
Artic. 1. An uir uxori, & uxor uiro debitum reddere teneatur. 310
Dif. tenebiturne coniunx sanus leproso debere debitum. 310
Dif. Vxor tempore menstrui excusabiturne a debiti coniugalis solutione. ibi.
Dif. An uir ratione peregrinationis a solutione debiti excusari possit. 312
Dif. An possit unus coniugum a solutione debiti liberari, altero inuito continentiam uouendo. ibid.
Dif. Quo tempore nõ licet debitũ petere. 312
Dubium. Estne hoc Ecclesiæ præceptum an consilium. 313
Dub. Quando coniugatus est communicaturus, licebitne petere debitum 313
Dubium. Licebitne quando Ecclesia nondum impartita est coniugibus benedictionem. ibid.
Diffic. Licebitne in loco sacro debitum petere. ibid.
Quæst. De bigamia.
Art. 1. Quo iure bigamia utroq. uiuente est prohibita. 314
Dif. Quo iure poterant ueteris legis patres plures habere uxo. 315
Diffic. Omnes qui tempore legis scriptæ plures duxerunt uxores, habueruntne reuelationem. 315
Diffic. Poterant etiam gentiles licite plures habere uxores. ibid.
Diffic. Cessauitne talis dispensatio. 316
Diffi. Poteritne Ecclesia in hoc dispensare. ibid.
Dif. An in aliquo saltem euentu sit licitum uxori habere plures uiros. 316
Artic. 2. An inseparabilitas Matrimonij, usque adeo sit inuiolabilis de lege naturę, ut per leges ciuiles ante aduentum Christi non potuerit in aliquo casu reuocari. 316
Dif. An ante aduentũ Christi fuerit licitum Iudæis libellum repudij uxorib. dare, & ad secũdas nuptias per solutionem priorum nuptiarum transire. 317
Quæst. de impedimentis Matrimo.
Art. 1. Potestne Matrimonium impediri. 318
Dubium. Quænam sunt Matrimonij impedimenta. ibi.
Dif. Dirimitne frigiditas Matrimonium contractum. 318
Dub. qua ratione impotemtia temporalis, uel perpetua dignoscetur esse. 319
Dubium. Quomodo mulier poterit uiri impotentiã probare, post quam cũ illo per triennium dormierit. ibid.
Dubiũ. Quod si uir non est Eunuchus, sed integer. ibid.
Dubium. quid si alter tãtum diuortium petat. 320
Dif. quid si facta per Ecclesiam separatione, qui finitus est impotens fiat per aliquam causam naturalem potens &c. ibid.
Dub. quid, si impotentia perpetua per miraculum notorium dimoueatur. 321
Dub. Si neuter cõiugum separationem

nem petat, quamuis alter sit impotens poteruntne simul cohabitare. 321
Dub. poterũtne se inuicem amplexari, & osculari. ibi.
Dif. Si uir uxorem uirginem hẽat, quam non põt reserare põt tamẽ ad corruptã accedere, tenebiturne uirgo per artẽ; ut sit uiro cui semel nupsit, apta, aperiri. 322
Art. 2. an maleficium, ut frigiditas, impediat, & dirimat matrimoniũ ibid.
Dub. quomodo probari poterit, sit ne perpetuum, an non. 322
Dub. Quomodo maleficium erit auferendum. 322
Dif. an destructo maleficio, matrimonium authoritate ecclesię solutum sit reparandum. 323
Art. 3. Furiosi, & amentes possuntne contrahere matrimonium. ib.
Dif. Si amentia superueniat matrimonio contracto, coniunx sanus tenebiturne reddere, & exigere ab amente debitum. 324

Quæstio de diuortio causa adulterii.

Ar. 1. an uir, quo ad thorum, uxorẽ adulteram dimittere possit. ib.
Dif. potetitne a uiro propter crimẽ contra naturam dimitti. ib.
Dub. An uir ex præcepto uxorẽ dimittere teneatur. ibid.
Dif. poteritne uir uxorem adulterã propria authoritate dimitttre. 325
Dif. potestne similiter uxor virum adulterum dimittere. 326
Dif. an possit uir dimissa uxore adultera, aliam ducere. 327
Art. 2. an uir teneatur reconciliare sibi uxorem adulteram. 328
Dif. Tenebiturne cõiunx repudiatus redire, si innocens petat. ibid.
Dif. facto diuortio, si innocẽs adulterium committat, tenebiturne nocentem sibi reconciliare. ibi.
Dif. an uir occulte adulter uxorem adulteram repudiando peccet. ib.
Art. 3. quæ crimina matrimonium contrahendum dirimunt. ibi.
Dub. quid si homicidium sit cõmissum sine intentione contrahẽdi cum participante, &c. 329
Dub. Quid si sola simplex promissio iuramento firmata, uel nõ, ex una tantum parte interueniat. ib.
Dub. quid, si unus adulter alterum coniugatum esse ignoret. 330
Dub. an solum adulterium sine fidei datione, & sine homicidio impediat matrimonium post mortẽ coniugis innocentis. ibi.
Dub. sola fidei datio, uel matrimonium uiuẽte priori coniuge sine adulterio, aut homicidio impeditne matrimonium. ib.
Quæst. de errore cond. seruilis.
Ar. 1. quando quis duxit ancillam, credẽs esse liberã, cognita seruitute erit ualidum matrimoniũ. ibi.
Dub. estne hoc impedimentum de iure naturæ, ut frigiditas, & arctitudo, an de iure canonico tamẽ, ut consanguinitas. 331
dub. Si uir ignoranter contrahens cum ancilla, tanto illam amore prosequitur; ut si tempore contractus seruitutem agnosceret, eam nihilominus duceret, cognita seruitute ualebit. 332
Ar. 2. possuntne duo serui, inuitis dñis, matrimoniũ contrahere. ib.

Art.

Art.3. Potestne uir,uxore inuita se in seruitutam redigere. ibi.
Dub.filius ex serua,& libero natus cuius parentis conditionē sequitur. 333
Art. 4. an ante pubertatem legitimum matrimonium cōtrahi possit. ibi.
Quæst.de impedimento ordinis.
Art.1.an potuerit ecclesia definire, ut in sacris constituti sint ad matrimonium inhabiles, uel an perpetuus cœlibatus sacerdotē ecclesiæ expediat. 334
Dif.Cœlibatus sacerdotū incepit ne a primitiua ecclesia. ibi.
Dif.Quo tempore cœpit sacerdotalis continentia. ibi.
Diffi.In sacris ordinibus constitutus, estne inhabilis ad matrimonium. 335
Dif. Quo iure tale matrimonium esset nullum. ibi.
Dif.an sicut matrimonium est nullum, & impeditur per sacros ordines, ita econuerso sacer ordo per matrimonium impediatur. ib.
Art. 2. de impedimento criminis, quod impedit matrimoniū, non tamen dirimit contractum. 336
Dif.Potestne in aliquo casu uir sine peccato interimere uxorem adulteram. ibid.
Ar.4.an uotum matrimonium impediat. 337
Dif. an uotum simplex continētię matrimonium præcedens impediat, & dirimat contrahendum. ibid.
Dubiū.Quid,si non contrahat animo consumandi matrimonium. 338
Dub. Tenebiturne ante consumationem sub reatu p.m.ingredi religionem. ibi.
Di.Simpliciter uouētes possuntne reddere debitum. 339
Dub.Quid si uterque habeat votū continentiæ. ibi.
Dub.Quid, si uir habeat uotum cōtinentiæ,& uxor debitum petere non audeat,porerit, &c. ibi.
Dub. Vtrum solemne continentię tum impediat, & dirimat matrimonium. 340
Diffi.Potestne Papa dispensare; ut habens uotum solemne monacalis continentiæ,matrimoniū cōtrahat. ibid.
Dub.Poteritne fieri dispēsatio propter bonum peculiare uouentis, ibid.
Art.4.an utroque coniuge uiuēte, possit alter ad secundas nuptias transire. ibi.
Dub. Quanta requiritur certitudo de morte uiri absentis;ut uxor sine peccato ad secundas nuptias transire possit. ibid.
Dub.Quid,si hac certitudine habita,& matrimonio contracto, uir redeat. 341
Dub.Quid,si uir mortuus est, tamē mala fide cum secundo cōtraxit fingens,&c. ibid.
Dub. Valente tunc matrimonio, poteritne petere, & reddere debitum. ibi.
Dub. Quid si bona fide contraxit, & postea dubitet sitne uxor sua, an non. ibi.
Dubium. Vxor stante dubitatione poterit debitum exigere. 342

Quæst. de impedimento, quoad cultus disparitas nominatur.
Art. an infidelis sit ad contrahendum cum fideli inhabilis. 342
Dub. Eritne saltem sacramentũ ex parte fidelis. ibi.
Dub. Valebuntne saltem sponsalia sub conditione, utpote si coniũx infidelis ad fidem reuertatur. ibi.
Art. 2. an coniunx fidelis possit simul cum coniuge infideli habitare. 343
Dub. In hac ecclesia conuersus cũ infideli coniuge, poteritne sine iniuria tamen creatoris, habitare. ibi.
Dub. Si infideles conuertãtur, sintque consanguinei in gradu prohibito, poteruntne tunc simul cohabitare. 344
Dub. Si infidelis habeat plures vxores, & omnes conuertantur, velit. q. cum eo habitare, quam illarũ tenebitur retinere. ibi.
Dub. Altero coniugum ad fidem conuerso, & apud christianos viuente, apud quem debent filii nõdum ratione utentes manere. ibid.
Dif. Per conuersionem alterius cõiugis ad fidem etiam, quod uinculum dissoluitur matrimonium ita; ut liceat vtrique in sua religione ad secundas nuptias transire. 345
Dub. Dissolueturne quam primũ infidelis admonitus non uult habitare sine creatoris iniuria. ibi.
Dubiũ. Poteritne infidelis in sua secta aliam ducere, si fidelis ad secundas nuptias transierit. 346
Dub. Matrimonium infideliũ per uotum solemne religionis a coniuge primo conuerso emissũ, dissolueturne. ibid.
Dif. an post lapsum alterius coniugis in hæresim, uel apostasiã, matrimonium quoad thorũ, aut uinculum dissoluatur. ibi.
Dub. an uir innocens, quandoxor fuerit hæretica, & reconciliata possit sacros ordines recipere, sicut potest monachalem intrare religionem. 345
Dif. Per quodcunque aliud peccatum, propter hæresim, dissoluitur matrimonium, quoad thorum 347
Art. ult. an matrimonium inter infideles sit uerum, & legitimum, ibid.
Dif. Peccantne infideles in usu matrimoniali. 348
Quæst. de impedimento consanguinitatis.
Ar. 1. Quidnam est consanguinitas & quid linea. ibi.
Art. 2. Quidnam est gradus, & quotuplex. 349
Art. 3. an iure diuino sint modo aliqui gradus prohibiti. ibi.
Diffi. Prohibenturne iure naturali gradus in linea recta ascendẽtiũ, & descendentium; ita ut Papa in his dispensare non possit. 350
Dub. Quid si in mundo non esset nisi pater, & unica filia uel plures. 351
Dub. Contractus matrimoniales in secundo gradu lineæ rectæ, & sequentibus in infinitum prohibenturne iure naturali, an ecclesiastico. ibi.

Dif.

Dif. an liceat matrimonium cõtrahere in linea transuersali, æquali & inæquali. 352
Diffic. potestne ecclesia modo aliquos gradus prohibere. 353
Diffi potestas ciuilis regis poterit, quemadmodum ecclesia, aliquos inhabilitare quominus contrahant. ibid.
Quæst. de impedimento affinitatis quo matrimonium impeditur, ne contrahatur, & contractum irritatur.
Art. 1. Quid, & quotuplex est affinitas. 354
Diffi. Qui nam sunt affinitatis effectus 355
Dif. an secluſa lege positiua ecclesiæ prohibente matrimonium intra 4. affinitatis gradum, sit aliqs gradus affinitatis lege naturali tãtum matrimonium contrahendum dirimens; ita ut in eo Papa dispensare nõ possit, prohibitus. 355
Dubiũ. de affinitate collaterali, an mulier possit successiue Papa dispensante duobus fratribus nubere. 356
Art. 3. de impedimento publicæ honestatis. ibi.
Art. 4. an matrimonium inter consanguineos sit ecclesiæ authoritate dirimendum. 357
Art. v. de raptu. 358
Art. ult. an omnis, qui ex damnata copula nascitur illegitimus sit, ib.
Quæst. de cognatione spirituali, & legali.
Art. 1. an cognatione spiritualis dirimat matrimonium contrahendum. 359
Art. ul. de cognatione spirituali. ibi.

FINIS.